

B 880,515


1837
ARTES
VERITAS
SCIENTIA
LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF MICHIGAN
E PLURIBUS UNUM
TUEBOR
SI QUAERIS PENINSULAM AMOENAM
CIRCUMSPICE



Victor, Sextus Aurelius

SEXTI AURELII VICTORIS

HISTORIA ROMANA

EX EDITIONE TH. CHR. HARLESII

CUM NOTIS ET INTERPRETATIONE

IN USUM DELPHINI

VARIIS LECTIONIBUS

NOTIS VARIORUM

RECENSU EDITIONUM ET CODICUM

ET

INDICE LOCUPLETISSIMO

ACCURATE RECENSITA.

VOLUMEN PRIMUM.

LONDINI:
CURANTE ET IMPRIMENTE A. J. VALPY, A. M.
1829.



CONSPECTUS

EORUM QUÆ HAC EDITIONE

CONTINENTUR.

SERENISSIMO

DELPHINO

S. P. D.

ANNA TANAQUILLI FABRI FILIA.

POSTQUAM ingenii tui celeritate et maturitate factum est, Delphine Serenissime, ut studia mea vix jam studiis tuis prodesse amplius possint, illud mihi tantum superest, ut quos Historiæ Romanæ Scriptores invictissimi tui parentis jussu in usum tuum notis illustravi, eos Augusto tuo Nomini nunc inscribam, sub auspiciis tuis Galliarum juventuti profuturos. Tamen, Delphine Serenissime, si te subinde aulicarum deliciarum illecebris, quæ te circumstant, eripere, et imperatorum virorumque illustrium factis perlegendis vacare non dedigneris, multa invenias certe, quæ te mira quadam voluptate perfundant; quid enim tibi jucundius quam legendo cognoscere te eo parente natum esse,

Quo nihil majus meliusve terris,
Fata donavere, bonique Divi,
Nec dabunt, quamvis redeant in aurum
Tempora priscum.

Tum et illud voluptatis ex historicis nostris percipies, quod legendo cernes te ab invictissimo tuo parente excitatum, fortissimi cujusque virtutes ante imitatum esse, quam eas lectione cognosceres. Sed ne te blanditiis tantum allicere videatur historia, multa erunt quæ pectus tuum omni eruditione imbutum egregie roborare possint, et prudenti-

am, quam jam assecutus es, alere. Imperatoria illa vere virtute nunc maxime tibi opus est, Delphine Serenissime, ut expectationi, quam de te ingentem commovisti, respondeas; nihil a te nisi eximium, nihil nisi præter reliquorum omnium principum consuetudinem postulatur, idque omne te præstaturum spondet rex sapientissimus, qui te in partem curarum suarum jam vocat, consiliorumque suorum omnium participem facit. Felices itaque Gallias, quæ sapientissimum Lodoicum Regem habeant! Felices quæ te, Delphine Serenissime, jamjam tanto oneri subeuntem, eique parem aspiciant. Faxit modo Deus Opt. Max. ut, prole tibi simili, sanctissima tua conjux Alma Victoria earum diuturnæ felicitati cito consultet. Vale diu, Delphine Serenissime, et vive.

Parisiis, Prid. Id. Jun. 1681.

ANNÆ FABRI FILIÆ

PRÆFATIO.

UTILISSIMOS Aurelii libellos jussu invictissimi Regis jam pridem cura mea multis locis et emendatos et explicatos, nunc habebis, Lector. Iis quidem antehac viri doctissimi, Schottus, Gruterus, Machaneus, Vinetus felicem operam navarunt; sed dum multa vel negligunt, vel in aliud tempus reservant, eos ita elucidare non potuerunt, ut alienæ industriæ nihil reliquerint. Multa itaque vel post illos inveni quæ non meam, sed doctissimorum hominum diligentiam postulassent. Quare illis ego tractandis cum me parum, et ab ingenio, et a doctrina instructam cernerem, illud studium et eum laborem adhibui, ut tuto gloriari possim, hocce totius historiæ Romanæ compendio vere aureo puerorum teneras mentes recte jam imbui posse; nihil enim mihi prætermisisse videor quod ad rerum explicationem faceret, vel ad locorum emendationem.

De tota autem hac nostra commentandi ratione nihil est, quod tecum agam, Lector. Per totum orbem jam fama percrebuit, sapientissimi et invictissimi Regis benignitate, illustrissimique Montauzerii Ducis consilio, Latinos omnes auctores, et in usum Serenissimi Delphini, et in Gallicæ juventutis gratiam notis et interpretationibus illustrari: tamen si plura desideras, ea tibi petenda sunt ex iis quæ Floro nostro præmisimus.

Nunc de quatuor libellis qui hoc volumine continentur, tecum paucis agendum est.

Jam olim viris doctissimis persuasum fuit libellum 'de Origine Gentis Romanæ,' non esse ejusdem Victoris qui

scripsit 'de Viris Illustribus,' et 'de Cæsaribus;' sed alius cujusdam; sive ante, sive post Aurelium Victorem vixerit. Ante Aurelium vixisse existimant, qui eum Asconium Pedianum dicunt. Sed multa repugnare videntur: primo stylus qui plane diversus est, secundo ipsum libelli argumentum; neque enim is mos fuit antiquis ita argumenta librorum suorum conficere. Deinde cum ipse Victorem Afrum laudet, inde facile colligi potest eum Aurelii Victoris libellos legisse. Nam qui aliter potuisset prima fronte ipse, se historiam suam usque ad consulatum decimum Constantii perducturum, recipere? At, inquies, argumentum illud tantum adulterinum, et ab aliquo exaratum, ut non magis libello 'de Origine Gentis Romanæ,' quam reliquis duobus libellis 'de Viris Illustribus,' et 'de Cæsaribus' inserviret: ipsum vero libellum 'de Origine Gentis Romanæ,' genuinum Asconii fœtum esse: quod enim Asconius Patavinus fuerit, et hic Noster dicat se 'de Origine Patavina' librum edidisse, inde probari Asconium utriusque libelli auctorem habendum. Sed sic etiam nihilo plus agas; quamvis enim daretur Patavinum fuisse Asconium, non inde sequi posset nullum alium 'de Origine Patavina' scribere potuisse. Neque etiam si daretur et Patavinum fuisse Asconium, et eum de Origine Patavina aliquid scripsisse, non ideo verum esset Asconium hunc libellum exarasse 'de Origine Gentis Romanæ;' sed illud utique, hujus libelli auctorem, ut sibi fidem conciliaret, verum Asconii nomen falso sibi ascripsisse. Quod et sæpe alias factum est. Jure igitur eruditissimus Gerard. Vossius hunc Nostrum Aurelio Victore recentiorem esse asseveravit. Eum tu, vel Asconium dicito, vel alium, ut lubet, modo constet eum post Aurelium Victorem natum esse, quod et plane indicat hic libellus. Fateor me olim in alteram partem ivisse; sed eo me impulerat locus iste ex c. XXIII. § 7. 'Horum omnium opinionibus diversis repugnat nostræ memoriæ proclamans Historia Liviana:' dum enim verba illa 'nostræ memoriæ proclamans,' idem valere censeo quam, 'quæ memoria nostra,' vel 'nostro tempore

scripta est;' inde factum ut cum doctiss. Joanne Metello hujus libelli auctorem Asconium Pedianum crediderim. Nunc vero sententiam demuto, et verba illa interpretor, 'Historia Liviana quæ memoriæ nostræ recens est, quæ memoriæ nostræ βοᾷ, clamat.' Nunc ad reliquos.

Libellus 'de Cæsaribus' a Sex. Aurelio Victore vere scriptus est, qui sub Imperatoribus Constantio et Juliano consul fuit cum Valentiniano, a. CIƆCXXI. Ipse plane sua tempora testatur, in Marco Antonino Philosopho, in Julio Philippo, in Constantino, &c.

At de libello 'de Viris Illustribus,' res plane incerta. Eum alii Cornelio Nepoti, alii Plinio Novocomensi, alii Suetonio vindicant: nonnulli, et in iis Vossius, Aurelio Victori. Non exiguæ molis est tantas lites dirimere, quare eas ne tentabo quidem. Illud tantum mihi monuisse sufficiet, libellum 'de Viris Illustribus' alio stylo scriptum videri, quam illum alterum 'de Cæsaribus,' cujus dictio inæqualis, sæpe ferrea, et crebrioribus etiam sententiis aspersa, in quibus tamen eluceat judicium scriptoris eximium. Igitur, vel hinc suspicari saltem licet libellum 'de Viris Illustribus,' ab alio quam ab Aurelio Victore scriptum fuisse: nam et eodem modo Marcus Terentius Varro genuinas Plauti fabulas ab adulterinis discernebat, ex stylo scilicet et jocis. Huc accedit etiam, in 'Viris Illustribus,' et in 'Cæsaribus' contraria legi, quippe Auctor Virorum Illustrium scribit Cæsarem Augusti nomine consecratum ob res gestas, postquam dictator perpetuus factus esset. Aurelius vero in Cæsaribus narrat eum Augusti nomen accepisse ob victoriam partium placide exercitam. Et hæc sane discrepantia me nunc etiam impellit, ut duos hosce libellos diversis auctoribus tribuam: etsi contra sentiant viri docti. Pergamus igitur ad 'Epitomen.'

Hujus libelli auctorem a superiori diversum, qui tamen et ipse Sex. Aurelius Victor dictus, et Urbi præfectus fuerit, ex hac inscriptione probare nititur doctiss. Vossius:

IERVM. PRINCIPVM. CLEMENTIAM
ANCTITVDINEM. MVNIFICENTIAM

SVPERGRESSO
D. N. FLAVIO. THEODOSIO. PIO. VICTORI
SEMPER. AVGVSTO
SEXT. AVRELIVS. VICTOR. V. C. VRBI. PRAEF.
IVDEX. SACRARVM. COGNITIONVM.
D. N. M. Q. E.

Sed inde potius colligi posse arbitror hunc Aurelium Victorem, cujus in hac inscriptione mentio, eundem esse ac superiorem qui sic vitæ suæ tempus usque ad Arcadii et Honorii principatum perduxit. Illud tamen scrupulum tibi movere possit, cur, si Aurelius Victor sub Arcadio et Honorio vixerit, idem in Cæsarum vitis ultra Julianum non pergat: verum multa etiam in causa esse potuerunt, cur Aurelius Victor in Juliano operi suo modum dederit. Nam fortasse reliquorum imperatorum vitas non tam prætermisit, quam eas ad majorem scribendi diligentiam reservavit, quod de se scribit Eutropius. Ut vere dicam quod sentio, libellum 'de Cæsaribus' auctiorem olim fuisse reor, et Theodosii vitam amplexum. Sed paulo post cum aliquis ejusdem fere ætatis ex hoc libello, et aliis, nempe Suetonio, Eutropio, Ammiano, Epitomen, vel in sui ipsius, vel in aliorum usum texuisset, ita factum esse ut libellus 'de Cæsaribus' paulatim neglectus in manus hominum venerit, et multis mendis inquinatus et parte sui etiam mutilus. Hanc iniquam sortem per abbreviatores suos multi alii experti sunt, ut Trogus Pompeius per Justinum, Livius per Florum, &c.

Hæc sunt, Lector, quæ tecum communicata volui. Æquo animo feram te aliter sentire, imo et omnino parata sum has partes deserere, ubi primum per te mihi datum fuerit tutiorem sententiam amplexari. De his utique certius pronuntiare potuissem si mihi vir illustris et admodum reverendus Huetius Abbas Alnetanus ea mihi communicare potuisset, quæ jam olim super auctoribus nostris accurate disputaverat. Sed ea fatali quadam sorte, quæ semper bellis rebus invidet, periere. Eorum jactura æque tibi mihique dolenda est. Vale.

HARLESII PRÆFATIO.

De consilio et ratione novæ hujus editionis paucis me expediam. Pueros atque adolescentes, postquam tirocinium posuerunt, in notitiam historiæ Romanæ, ut alios auctores veteres lubentius legant meliusque intelligant, mature adducendos esse, negabit nemo. Lectionem autem libellorum, qui sub nomine Aurelii Victoris edi solent, non propter elegantiam sermonis venustatemque, quam pueri ne possunt quidem sentire atque perspicere; sed propter facilitatem, tum propter res, quas narrant, et propter brevitatem, quod in tabula quadam vicissitudines fataque populi Romani ab ejus origine proponuntur, illi scopo quam maxime accommodatam esse, eosque prius, quam Cornelii Nepotis vitas, licet multo elegantius suaviusque scriptas, in scholis tractandos censeo. At enim, quoniam quædam minus plene aut accurate recteque enarrantur, opus est doctore, qui ea quæ desunt commode supplere, et, quæ perperam produntur, caute emendare possit. Ipsis autem magistris, quia vel multitudine laborum obruti, vel aliis causis impediti, vel nondum bene imbuti legitima antiquitatis, historiæ veteris, linguæque Latinæ scientia, sine dispendio temporis non statim recordantur, aut ignorant quæ aut quomodo corrigenda sint, aut unde meliora plenioraque facile petere possint, haud ingratum erit, si fontes, ex quibus in tempore haurire possunt, vel apertos vel indicatos reperiunt. Peritiores tamen doctores aut juvenes alacris ingenii rerumque antiquarum cupidi, quibus sive lectio sive repetitio horum libellorum utilis, longior autem

et fere nugax rerum verborumque expositio molesta esse videtur, graviora curant, atque de lectionis dubiæ aut obscurioris varietate veritateque volunt fieri certiores; amant autem brevitatem. Horum omnium, quamquam annis, ingenio, literarum copia animique viribus admodum diversorum, desiderio aut utilitati in animadversionibus servire studui. Non desunt quidem exemplaria, eaque egregia, et sive ab nomine et eruditione editoris, sive a doctrina, subtilitate 'ubertateque notarum commendabilia. Enimvero, quædam sunt rariora aut cariora, quam ut a discipulis aut etiam a doctoribus, iis præcipue, quibus curta est supellex, facile possint comparari; quædam e manibus puerorum juvenumque potius videntur eripienda; in aliis sive critica tantum, sive historica unice tractantur, neglecta multorum locorum, non editori quidem, at aliis multis difficilium, interpretatione. Præstant inter hæc, quæ in tabernis hodie frequentius reperiuntur librariis, ut mihi quidem videtur, exempla Arntzenii ac Gruneri, virorum quondam et diligentiæ sedulitatisque et multarum literarum laude celebrium. Editio, a priore curata, sic est inscripta:—'Sexti Aurelii Victoris Historia Romana, cum notis integris Dominici Machanei, Eliæ Vineti, Andreæ Schotti, Jani Gruteri, nec non excerptis Frid. Sylburgii et Annæ Fabri filiæ. Curante Joanne Arntzenio, JCto. Amstel. et Traj. Bat. 1733-4.' Docta, nitida, et præstans est editio. Multa Arntzenius, adjutus codicibus Franequerano, Boendermaker. duobus Vossian. s. Leidensibus, Dorvillianoque, erudite explicuit; sciteque correxit, e libris tam scriptis quam editis, menda sive librariorum veterum sive typothetarum superiorum: reliqui interpretes, quorum congessit ille notas, præcipue Schottus Æsculapius Victoris, multa præclare emendarunt aut explanarunt. Enimvero quot juvenes, et vero magistri tam carum exemplum parare sibi possunt! Pueris, qui omnibus notis melius carere possunt, plane inutilis est illa editio. Tum mole laborant animadversiones: loca auctorum, e quibus meliora disci debent, haud raro, more superiorum sæculorum, negligenter nec

definite indicantur: Arntzenius ipse multa, quæ ex antiquitate aut historia rectius explanari debuerunt, sicco pede transit; contra in aliis, sæpe levioribus aut minutioribus rebus loca veterum aut sententias judiciaque aliorum nimis cumulat, et præter rem est copiosus.

Gruneriana editionis hæc est inscriptio:—'Sexti Aurelii Victoris Historia Romana ex recensione et cum animadversionibus criticis atque historicis Jo. Frid. Gruneri. Coburgi, a. 1757-8.' Grunerus omnibus, quæ adhibuerat dederatque Arntzenius, subsidiis, præter ea lectionibus duorum codicum Guelferbytanorum suique ipsius, (quos in præfatione sua describit laudatque,) intelligenter usus, permultis locis meliorem medelam aut ex historia antiqua clariorem lucem attulit: errores Victoris investigavit diligentius, atque correxit scitius uberiusque quam Arntzenius aliique interpretes fecerant: at profectioribus et eruditis potius, quam juvenibus, nec accurata rerum verborumque cognitione tinctis, opem tulit. Ipse in præfatione ita de sua opera disserit: 'Historiam ipsam observationibus varii generis illustrare studui. Quam quidem diligentiam eo magis necessariam, lectoribusque gratam fore ratus sum, quod hos scriptores, quos eloquentiæ non adeo magnam laudem merere negari nequit, non tam Latinitatis causa, quam propter res quas narrant, legi memineram. Itaque id agendum mihi inprimis putavi, ut minus diligenter ab iis narrata emendare, obscurius autem relata declarare animadversionibus meis studerem.' Critice tantum atque historice tractavit auctorem. Neque tamen aliis reliquit pauca, quæ melius corrigenda aut rectius explananda viderentur. Equidem, qui neque commentarium uberrimum conficere, neque novam dare recensionem voluissem, ea tantum, quæ magistris juvenibusque videantur scitu utilia et ad interpretandum intelligendumque Victorem necessaria, annotaturus, atque editionem admodum parabilem paraturus, ita in hoc opere versatus sum, ut contextum a Grunero, Arntzenium ut plurimum secuto, constitutum correctumque, ab operis repetendum

curarem, paucissimis factis mutationibus; dein ex animadversionibus Gruneri, Arntzenii, reliquorumque interpretum ea vel integra transferrem, quod quidem rarius factum est, in hanc editionem; vel crebrius, at summa usus brevitate excerperem, quæ usui et scopo viderentur apta et ad intelligentiam expositionemque faciliorem efficacia. Criticen rarius, quam solet, attigi, nisi ubi obscuritas aut sensus loci et verborum illam artem omnino poposcerat. Hinc lectionis varietatem eamque potiorem locis tantum dubiis indicavi. Quod tamen post Arntzenii, Gruneri, Klotzii in Miscellaneis Criticis, aliorumque operam ac medelam haud pauca loca corrupta, luxata, necdum sanata adhuc supersunt, quæ manum postulent medicam; de iis, quomodo tutius faciliusve curari forsitan possent, in notis meam paucis dixi sententiam. Loca, ex quibus magister potissimum lucem queat accipere aut scientiam amplificare historicam, et omnem facti a Victore brevissime expositi historiam quasi haurire, diligenter seduloque excitavi: brevitatis tamen, quam hujus editionis redemtor mihi commendare nunquam destitit, studiosus verba ipsa apponere nolui. Acuet nimirum magister diligentiam studiumque discipulorum et animi intentionem, quando, explicito libri cujusdam capite, historiam ipsam, ducibus auctoribus memoratis, paulo uberius, ita tamen, ut teneat modum, enarrat, et postea discipulos eandem chartæ mandare jubet. Insuper haud pauca alia ad intelligenda explicandaque auctoris verba me attulisse reor. Ad eos tamen libros, qui in urbe quadam haud ignobili facilius possent reperiri, ut plurimum provocavi. Alioquin, si, nescio quam, literarum librorumque copiam ostentare, aut singularis diligentiæ aliarumque virtutum laudem, sive potius speciem umbramque unice venari, aut commentarium, qui novus quasi videretur, uberiorem conficere et jactitare voluissem; forsan multo plures auctores scriptaque plura laudare, et, haud solicitus num magistri et juvenes illa videre et comparare possent, et ad meliorem atque ampliorem scientiam atque eruditionem

illa conferrent aliquid, necne, eorum nominibus alienisque facultatibus atque ornamentis, tanquam, ut est in fabula, pavonis pennis, superbire potuissem: at id nolui; nec lectoribus meis utile fore duxi. Interdum quidem lubentissime essem diutius in expositione locorum quorundam commoratus, aut historiam latius explanassem aut aliorum excitassem sententiam; e. g. quæ ad cap. 25. Epitomes illustrandum Christ. Gottl. Schwarz. professor quondam Altdorfinus, in Diss. 'de Maximino imper. ad illustrand. fragmentum veteris inscriptionis Œringæ nuper repertum,' Altdorf. 1741. docte scripserat, et sic sæpius. At veritus ne fierem justo copiosior et emtores deterrerem, nolui ea studiose anxieque conquirere et fusius exponere. Ex indice denique copiosissimo, quem Grunerus adjecerat suæ editioni, ea vocabula, quæ homines aut res memorabiliores designant, aut quibus addiderat ille explicationem, ne liber mole cresceret, sibique ipse, aut redemtori ea noceret, tantummodo servavi. Quicquid est, si hac editione plures me excitasse cognovero ad amorem et horum libellorum, et vero omnis historiæ antiquæ, quæ in scholis multo magis necessaria scitu atque diligentius interpretanda est, quam quibusdam antiquæ sapientiæ ignaris ideoque ineptis osoribus videtur, et cujus plena maturaque cognitio multo plus valet ad futuram et communem utilitatem, ad nominis laudem et ad literarum honorem, quam frivoli et lepidi illepidique isti libelli, qui hodie sunt innumeri, atque corrumpunt multorum adolescentium animum ingeniumque, satis amplum laboris fructum me percepisse existimabo. Quod Grunerus in præfatione sua de horum libellorum auctoribus, quos omnino plures ac diversos fuisse quilibet ex orationis et narrationis forma, ratione ac diversitate cognoscet, intelligenter breviterque post alios disseruit, magnam illius partem in hac editione repetere volui; id lectoribus, præcipue junioribus, iisve, qui Gruneriano carent exemplo, haud ingratum fore arbitratus. Scr. d. XX. Septembr. CIƆIƆCCLXXXVII.

PRÆFATIONIS GRUNERIANÆ

PARTICULA.

LIBELLOS, quos sub nomine Aurelii Victoris conjunctim hoc volumine editos vides, benevole Lector, non unum omnes auctorem habere, dudum jam observarunt viri docti: idque ipsum ex styli diversitate ita manifestum esse puto, ut in dubium vocari plane nequeat. Sed, singuli a quibus scripti sint, si quæras, non æque certam rem esse deprehendes. Quam infirmis rationibus nitantur, qui libellum 'de Origine Gentis Romanæ' ad Asconium Pedianum referunt, nolo jam pluribus disputare; cum post alios id ab Arntzenio factum sit. Sed inscriptionem libelli non ab ipso auctore profectam, potius a recentiore manu additam esse, non temere affirmavit Jo. Alb. Fabricius, Bibl. Lat. Vol. I. p. 571. Inventor ejus, quicunque fuerit, videtur præter opusculum illud libros 'de Viris Illustribus,' et 'de Cæsaribus' uno volumine habuisse, illique volumini titulum accommodasse. Inde igitur de ipsius libelli auctore nihil suspicari licet.

Sequitur liber 'de Viris Illustribus,' quem olim Plinio nonnulli, alii Cornelio Nepoti, alii Suetonio Tranquillo tribuerunt. Hodie minus ambigi solere, scribit Fabricius l. c. Aurelium Victorem genuinum ejus auctorem esse; eamque opinionem niti auctoritate veterum codicum, in quibus libellus iste dicatur pars prior historiæ abbreviatæ Victoris. Sed Arntzenius codices Mss. omnes Plinium auctorem nominare testatur; atque ita septem, quibus ipse usus sit, sine ulla varietate: qui aliud affirmaverint, eos nimis secure Schottum secutos esse. Quodsi etiam de-

mus, Victorem aliquem librum istum composuisse; illud tamen tenendum videtur, quod Arntzenius monuit, non esse ejusdem scriptoris libros 'de Viris Illustribus,' et 'de Cæsaribus.'

Hujus quidem 'de Cæsaribus' libri auctorem Sextum Aurelium Victorem esse, minus dubium videtur. Is vero Victor ipse 'rure se ortum, tenuique indocto patre,' testatur cap. XX. § 5. Ætatem suam indicat cap. XVI. § 12. scribens, 'Asiæ Ephesus, ac Bithyniæ Nicomedia constratæ terræ motu, æque ac nostra ætate Nicomedia Cereali consule:' quem Neratium Cerealem a. CCCLVIII. consulem fuisse aliunde constat. Sed idem Victor cap. XXVIII. § 2. ubi ludorum sæcularium sub Philippo Augusto mentionem fecerat, hæc addit: 'nostra quoque ætate post mille, centesimus, consule Philippo, excessit, nullis, uti solet, solennibus frequentatus: adeo in dies cura minima Romanæ urbis.' Consulatus autem Fl. Philippi incidit in annum Christi CCCXLVIII. Porro cap. XL. § 14. hæc legimus: 'At memoria mea Constantinum, quanquam ceteris promtum virtutibus, ad usque astra votis omnium subvexere;' (nimirum eruditio, elegantia, comitas; quas virtutes principibus necessarias esse ante dixerat;) et cap. XLI. § 10. 'ea tempestate Imperatori nostro Constantio insigne Cæsaris datum:' unde, sub Constantio scripsisse eum, intelligitur. Annus etiam, quo scripserit, colligi posse ex iis videtur, quæ cap. XLII. § 20. reperiuntur: 'At Julius Constantius annos tres atque viginti Augustum imperium regens, dum externis motibus, modo civilibus exercetur, ægre ab armis abest.' Ejus autem Imperatoris annus vicesimus tertius est annus Christi CCCLIX. Andreas Schottus in Præfatione ad eum Victoris libellum, Gerardus Joannes Vossius de Historicis Latinis lib. II. cap. 8. Martinus Hankius de Romanarum Rerum Scriptoribus I. 29. Sam. Basnagius, Annal. Polit. Eccles. ad ann. 361. n. II. p. 862. Ludov. Ant. Muratorius in Histor. Italiæ tom. II. p. 449. vers. Germ. et Fr. Lindenbrogius in Observatt. in Ammianum Marcellinum, historici ejus verba de hoc nos-

tro Victore intelligenda volunt lib. XXI. cap. 18. 'Imperator' (non Constantius, uti exponit Vossius l. c. sed Julianus) 'revertitur Næssum, copiosum oppidum, quo inde expedite cuncta disponeret suis utilitatibus profutura. Ubi Victorem apud Sirmium visum, scriptorem historicum, exindeque venire præceptum, Pannoniæ secundæ consularem præfecit, et honoravit ænea statua virum sobrietatis gratia multilaudum, multo post Urbi præfectum.' Quam quidem sententiam valde probabilem esse puto. Inscriptio autem vetus, quam Lindenbrogius l. c. attulit, et quæ apud Gruterum quoque p. CCLXXXVI. n. 5. legitur, ad hunc Victorem non magis pertinere videtur, quam ad auctorem Epitomes de Cæsaribus, ad quem Vossius l. c. p. 221. spectare suspicatus est. Christianum non fuisse Victorem nostrum, Schotto libenter assentior. Nam, ut alia jam omittam, profanum animum produnt, quæ cap. XXXIX. § 45. scripsit: 'Veterrimæ religiones castissime curatæ.' Sed hominem Christianis non plane inimicum fuisse, ex cap. XLI. § 5. colligo: 'Licinio ne insontium quidem ac nobilium philosophorum servili more cruciatus adhibiti modum fecere:' ubi per insontes ac nobiles philosophos Christianos intelligit. Igitur in eam sententiam deducor, ut Victorem eorum ex numero fuisse credam, qui Platonicorum juniorum philosophandi ratione magistra religionem Christianam et Deorum cultum inter se conciliare conabantur; ut Christianam religionem in universum non spernerent quidem, tamen Deorum cultum, si is philosophiæ præceptis, non plebis opinionibus, definiretur, illi anteferrent. De monstrosa eorum hominum religione multa jam afferre nihil attinet: plura legere qui cupit, Moshemii Commentationem evolvat de turbata per recentiores Platonicos ecclesia, § XXX. sqq. Dissertt. ad Historiam Eccles. Pertin. vol. I. p. 162. sqq.

Libellus, qui post Victoris 'de Cæsaribus' opusculum hoc volumine positus est, in codicibus manuscriptis, qui in bibliotheca Guelferb. servantur, hanc inscriptionem habet: 'Incipit libellus de Vita et Moribus Imperatorum breviatus

ex libris Sexti Aurelii Victoris a Cæsare Augusto usque ad Theodosium.' Quem supra jam laudavimus, Fabricius, Biblioth. Lat. vol. I. p. 574. libri titulum hunc refert: 'De Vita et Moribus Imperatorum Romanorum Epitome ex libris Sexti Aurelii Victoris a Cæsare Augusto usque ad excessum Theodosii Imp.' Alii ita perhibent: 'De Vita et Moribus Imperatorum Romanorum excerpta ex libris Sexti Aurelii Victoris a Cæsare Augusto usque ad Theodosium Imperatorem.' In his vero nulla plane auctoris mentio: ut recte omnino Arntzenius affirmasse videatur, verum hujus libelli auctorem hodie ignorari. Sed neque inscriptionem, quam supra attuli, ab auctore libelli esse censeo; quod libellus is non ex solo Aurelio Victore 'de Cæsaribus' excerpta continet, sed multa etiam ex scriptoribus aliis desumta, immo quædam contraria iis, quæ apud Aurelium Victorem leguntur. De ætate auctoris nolo temere decernere. Is tamen Theodosium Augustum vidisse, cap. XLVIII. § 8. non obscure significare videtur, &c.

VIRORUM ERUDITORUM JUDICIA

DE SEXTO AURELIO VICTORE.

JOANNES METELLUS SEQUANUS
STEPHANO PYCHIO S. D.

Accepi a clarissimo viro Cornelio Væto Gandavo antiquissimum scriptum codicem. Continet Illustrium Virorum Vitas, quæ Plinii titulo circumferuntur, et Victoris Aurelii Historiæ abbreviatæ, inquit, ab Augusto Octaviano, (id est, a fine T. Livii usque ad consulatum decimum Constantii Augusti et Juliani tertium;) de Cæsaribus libellum. Ille Plinii, nullius ascriptum nomen habet: unde et in suspicionem venio, cum de eo quidam dubitent, (non desunt enim, qui eum Suetonio tribuant,) ut Asconii Pediani esse censeam, non Cornelii, ut alii volunt, Nepotis. Est editio tertia parte completior. Initium facit ab origine urbis Romanæ, et finis sic habet: 'Expliciunt nomina Principum Romanorum.' Quamobrem hanc inscriptionem indidit: 'Q. Asconi Pediani Patavini de Origine Principibusque Gentis Liber.' Dicitur in ejus anonymo titulo collectus et digestus, a quo vero, non scribitur; 'nimirum ex Verrio Flacco, Veratio, Fabio Pictore, Licinio, Varrone, Cæsare, Tuberone, et omni priscorum historia.' 'Proinde,' inquit, 'ut quisque neotericorum asseveravit, hoc est Livius et Victor Afer.' Victorem addit, non propter hunc librum; sed propter Aurelium Victorem, de quo diximus, qui hujus historiam, quæ desinit in Antonio et Cleopatra, continuavit inde in Juliani consulatum tertium. Hi auctores laudantur hoc libro omnes, præter

Varronem, Flaccum, Veratiumque, nec non Victorem Afrum. At ultra illos, etiam nominatim afferuntur, Ennius, Cassius, Pontificalium libri, Alexander Ephesius de bello Marsico, Lutatius, Vulcatius, Acilius Piso, Sempronius, Domitius, Octavius, nec non Cato de origine generis humani, Aulus Postumius de adventu Æneæ, Aufidii epitome, Vennonius, Annius, Sextus Gellius in origine gentis Romanæ. Qui libri non extant. Ex his quos habemus, adducuntur, Virgilius sæpenumero, Sallustius, Plautus, Homerus, ac Livius. Nullus autem horum omnium (ni fallor) post Asconium vixit. Atque hæc tantum priore libri parte, hoc est, ea, quæ originem urbis Romæ, sive auctores et principes, Romani generis conditores, qui ante constitutam remp. fuere, describit. Nam ea parte libri, quæ edita est, quæ habet principes generis Romani qui post remp. fundatam extiterunt, nullius omnino liber, neque in Victoris epitoma refertur. Cur vero credam, hunc 'de Viris Illustribus' librum esse Asconii, moveor, quod paulo post ejus initium sic scribit: 'Quare autem addidit *tutus*' (de Virgilio nimirum loquitur) 'suo loco plenissime adnotavimus in commentatione, quam occœpimus scribere, cognita ex eo libro qui inscriptus est, de Origine Patavina.' Erat enim Patavinus Asconius, ita ut conjectura sit eum potius, quam alium suæ gentis originem scripsisse, quo eam illustraret, et suis gratum faceret. At vero quæ 'de Origine Urbis,' sic quoque commentationem edidisse; quod et antiquitatis perscrutandæ non solum esset studiosissimus, verumetiam scientissimus. Id quod ex ejus in Ciceronem fragmentis luce clarius est. Quæ si quis cum hoc libro conferet, equidem agnoscet par in ea emendanda studium, et similis quædam scribendi illi et huic consuetudo, sive dictionem spectes, sive quid excutiendi rationem, inest et elucet. Eadem et inscriptio. 'Commentationes' enim, appellat suas in Ciceronem explicationes. Efficitur præterea ut Asconium hujus 'de Viris Illustribus' libri auctorem esse putem, quod Livium in eo æqualem scribit. 'Sed horum,' inquit, 'opinionibus

omnium diversis repugnat nostræ memoriæ proclamans historia Liviana, quæ testatur, quod auspicato Romulus ex suo nomine Romam vocavit.' Et pro Cornelio: 'Sunt,' inquit, 'tamen qui eundem illum duorum numerum, quem Cicero, ponant. Inter quos Tuditanus et Pomponius Atticus, Liviusque noster.' Tum etiam quod in hoc 'de Origine, Principibusque Rom.' libello, quemadmodum et illis, quæ supersunt, in Ciceronem fragmentis frequenter admodum Virgilii testimoniis utitur cum quid astruit, et utrobique nonnunquam nostrum appellat. Fuit enim Asconius adeo Virgilii studiosus, ut librum contra Virgilii obtrectatores, quemadmodum in vita ejusdem Virgilii Tit. Claudius Donatus affert, ediderit. Nam Octavium Avitum et Pœtilium Faustinum furta Virgilii, unde videlicet quæque carmina surriperentur, notasse, Servius refert. Asconium itaque Neronis tempore vixisse Eusebius ait; eique Fabius Latinæ linguæ cultum et auctoritatem attribuit. Plinius vero inter auctores suos eum enumerat. Ætatem ad annum octogesimum quintum perduxit, adeo ut Virgilio notus esse potuerit et Livio. Quæ cum ita sint, his fere conjecturis quinque, quas summatim repeto, adducor, ut auctorem hujus libri 'de Viris Illustribus' et 'Origine Urbis' Asconium faciam. Primo quia sub initium capitis I. auctor libri scribit in hæc verba: 'Quare autem addidit *tutus*' (de Virgilio loquitur) 'suo loco plenissime adnotavimus in commentatione, quam occœpimus scribere, cognita ex eo libro qui inscriptus est, de Origine Patavina.' Ita cum eum librum 'de Origine Patavina' scripserit, potuit, et dum eum scriberet, una scribere 'de Origine Gentis Romanæ' quod sit prope ejusdem argumenti. Saltem affinis propter Æneam, a quo urbs initium duxit suum, vel non dissimilis quidem. De Patavina vero origine Asconium potius, quam alium quemvis, scripsisse ideo fit verisimile, quia Patavinus esset, quo suæ gentis historiam illustrans, gratum iis faceret. At si Asconius ejus 'de Origine Patavina' libri est auctor, necessarium est fateri ex his proximis superioribus verbis eum hujus auctorem esse libri.

Secundo probatur a pari in genere eodem scribendi diligentia. Asconio enim consuetum fuit antiquitatis historiam perscrutari potissimum, uti ex ejus in Ciceronem fragmentis constat. In aliis ejus libris generalis argumenti particulares commentationes historicas discutiendi tractandique persimili cum libro nostro consuetudine ac diligentia: neque leviter, sed expensis variis auctorum de iis, ut his sententiis. Cujus antiquitatis fuit omnium sui temporis et doctissimus et diligentissimus: ita ut loca obscura propter ignorantiam antiquitatis abstrusa difficillima explicaret. Id enim ipsius est præcipuum, nempe summa diligentia ex variis auctoribus reconditas historias eruere intelligendo Ciceroni, quod ex parte in Virgilio fecisse, ut in Cicerone ex hoc superiore loco, quo clara faceret duo Latinæ linguæ lumina, credendum; indicatis in iis illis historiis, quæ incognitæ illos aliquibus locis redderent non intellectos, imo impeditos tot etiam, ut historiæ veritas elucesceret. Atque uti his 'commentationem' suam illam ille nominat, et illa quoque in Ciceronem sua commentaria, ipse 'commentationes' (sic enim in vetustis libris legitur) vocat. Tertio non solum antiquitatem in specie enodandi studium et consuetudo, Asconium hujus auctorem esse libri verisimiliter probat; sed etiam par ejus scribendi cum hoc libro stylus, si quis diligenter attenderit. Quanquam necesse est dissimilitudinem esse quandam in nonnullis propter generis scribendi diversitatem. Nam in fragmentis in Ciceronem etiam grammaticum agere cogitur: hic vero historicum præcipue, quia vitas breviter ex professo describit, non autem aliquem auctorem, puta poëtam vel oratorem exponit. Sed tamen animadverti hoc libro clausulas eum non recte incipere ab his particulis, 'at vero,' 'igitur,' id quod in fragmentis illis non observavi fieri, nisi illud tribuatur historiæ diverso generi. At certe uti brevis illic est, et nihil in illis fragmentis, in dicendo redundat; ita hic quoque et quædam verba, quæ Ciceronianis forte non placerent, ut hic usurpat veluti 'neotericus,' &c. atque quosdam loquendi modos, qui deli-

catis auribus duri videri possint. Quarto, verisimile fit Asconium libri auctorem esse, quia hoc libro nullus citatur auctor posterior ætate Asconii; sed omnes ab eo citati, vel ejus ætatem præcesserunt, vel ei certe contemporanei fuerunt. Eum præcesserunt, quos supra enumeravimus; ei vero æqualis fuit Livius, et ejus quoque civis nimirum Patavinus: forte etiam Virgilium videre potuit. Atqui de Livio constant. Nam hoc libro, capite de Roma condita: 'Sed horum,' inquit, 'opinionibus omnium diversis repugnat nostræ memoriæ proclamans historia Liviana, quæ testatur,' &c. At idem in Ciceronis fragmentis Livium appellat nostrum, uti hic. Unde merito conjicere liceat Asconium et hic esse, qui suum et hic Livium vel memoria sua historiam conscripsisse. Porro eo tempore et Livium et Virgilium vixisse, quo floruit Asconius, docere poterunt Fabius et Eusebius, qui Asconii mentionem faciunt. Cum igitur Livio is quamfamiliarissimus fuerit, idque hoc libro ostendat supra scriptis verbis, credi par est eum hujus libri et alterius 'de Origine Patavina' auctorem existere. Et quod ad Virgilium attinet, et hoc libro, et in Cicerone Nostrum etiam appellat: videlicet cap. de Hercule Recarano: 'Quam opinionem,' inquit, 'sequi metuit noster Maro:' et capite de Saturno: 'Usque eo,' inquit, 'ut etiam, cum aliis Diis sacrificium, dato thure in altaria Jovis, prior nominetur, cognomento quoque addito Pater, secundum quod Noster sic intulit:

'Hanc Janus pater, hanc Saturnus condidit arcem.''

Quinto, auctorum quos hic liber citat, in testimonium rei quam probare velit, quosdam Asconius etiam laudat in fragmentis in Ciceronem faciendæ fidei, maxime Livium, quem Nostrum appellat; et Virgilium, quem sæpissime citat, ac Nostrum quoque vocat: ergo hæc ejus utrumque, sic et hoc loco, et fragmentis compellandi tanquam familiares et amicos non infrequens consuetudo, propemodum evincat ipsum auctorem hujus libri credi debere. Citat et Sallustium, Plautumque, ut libet, Nostri tamen omisso pronomine, adeo ut eo pronomine sibi Livium ac Virgilium

familiares amicitia cum iis contracta, et contemporaneos fuisse satis indicet: non autem Nostros eos dixerit ratione communionis studiorum, vel alias amoris quo eos non visos complecteretur.

ANDREAS SCHOTTUS

DE AUCTORIBUS ANTIQUIS VIRORUM ILLUSTRIUM.

LIBET illustres aliquot de viris domi militiæque illustribus scriptores, quos Victor imitandos proposuit, recensere; eos potissimum quorum libri interciderunt. De Plutarcho igitur, qui Græcos et Latinos Imperatores comparavit, non necesse habeo dicere, quod ipsius libros vere philosophicos in bibliothecis desiderari nefas putem. Julium Higinum de claris viris, seu de vita rebusque illustrium virorum laudat Agellius lib. I. cap. 14. Noct. et Asconius in Pisonianam, qui *Lucium* appellat, commutata fortasse *J* litera in *L*, librariorum audacia; nisi forte *L. Julium Higinum* dictum videri placet. Suetonius C. Julium Higinum in illustribus grammaticis nominat; ejusdem exemplorum libros, forte eosdem, idem citat Agellius lib. X. cap. 18. Alphæus Avitus excellentium virorum libros reliquit Iambico dimetro, ut ex fragmentis quæ a Prisciano VIII. XII. et XVIII. libris Gramm. afferuntur, apparet: de quo æqualis ejus Terentianus Maurus:

Ut pridem Avitus Alphius
Conscripsit Excellentium.

T. quoque Pomponium Atticum de viris illustribus carmine scripsisse, in ejus vita auctor est Nepos, et Plinius Nat. Hist. lib. XXXV. cap. 2. atque versibus non amplius quaternis quinisque sub singulorum imaginibus, facta et magistratus eorum descripsisse. Plinii junioris æqualis Titinius Capito exitus illustrium virorum tradidit, in iis quorundam sibi carissimorum: auctor Plinius lib. VIII.

epist. 12. D. quoque Hieronymus in Catalogo eorum qui de scripturis sanctis memoriæ aliquid prodiderunt, ad Dextrum prætorio præfectum aliquot enumerat; quorum nomina tantum, eaque vix integra, ad nostram usque ætatem pervenerunt: 'Fecerunt,' inquit, 'hoc idem apud Græcos Hermippus Peripateticus, Antigonus Caristius, Satyrus doctus vir, et longe omnium doctissimus Aristoxenus Musicus. Apud Latinos Varro, Santra, Nepos, Hyginius, et ad cujus nos exemplum vis provocare, Tranquillus.' De Varronis autem septingentis illustribus, quos primos nominasse oportuit, videndus Plin. Natur. Histor. lib. XXXV. cap. 2. Lactantius quoque, Christianorum Cicero, Divinar. Instit. lib. I. cap. 10. Tarquitium quendam de viris illustribus laudat auctorem, ubi quis *Tranquillum* esse legendum conjiciat, nisi aliud locus ipse suaderet. Memini legere apud Trithemium, Prosperum Aquitanicum de viris quoque illustribus scripsisse, sed sacrisne, an profanis, non liquet; neque enim videre contigit.

DE AUCTORE

VIRORUM ILLUSTRIUM.

Solet in methodo pertractanda hæc primo quæstio agitari: 'An sit, qua de rei natura, an subsistat, quærunt differendi artifices.' Eadem nos via prius, quam ad rem ipsam veniamus, de auctore hujus libelli, Plinius ne, an Cornelius Nepos, an neuter potius sit, breviter sumus disputaturi: de quo variæ sunt doctissimorum hominum, et discrepantes sententiæ: quidam enim C. Plinio Cæcilio, alii Cornelio Nepoti, nonnulli Suetonio Tranquillo inscripsere; nec defuere qui Æmilio Probo. Nam qui C. Cornelium Tacitum auctorem faciunt, toto cœlo errare mihi videntur: stylus enim, dicendique ratio reclamat, falsi fortasse, quod de oratoribus illustribus scripsisse Tacitum audivissent: sed eum, qui vulgo circumfertur, libellum Fabio Quinctiliano vero auctori nuper restituit in his literis doctissimus

Justus Lipsius noster. Qui Suetonium patrem legitimum affirmare non dubitant, næ illi iniqui familiarum censores sunt, digni quibus ignominiæ causa non equus adimatur, sed a Catonibus censura ipsa abrogetur. Quod enim D. Hieronymum in eo libro quem et ipse de Viris illustribus conscripsit, auctorem laudant, dicam libere, vere tamen, errant: nec sensum adsequuntur: verba ipsa apponam: 'Hortaris, Dexter, ut Tranquillum sequens ecclesiasticos scriptores in ordinem digeram; et quod ille in enumerandis Gentilium literarum viris fecit illustribus, id ego in nostris faciam.' Quibus ipsis, qui hæc objiciunt, refelli et tanquam suo gladio confodi, quis ita cæcus est, ut non videat? Illustres enim Suetonii Grammaticos, qui hodieque in manibus sunt, intelligit. Non inficior tamen Stemma illustrium Virorum Romanorum scripsisse Tranquillum, ut ex Suidæ collectaneis apparet: et de Ventidio Basso Suetonium scripsisse Agellius auctor est.

Qui Cornelio Nepoti attribuunt plures, iique doctiores; sed vereor ne fallantur, quod bona eorum venia dixerim. Sed age rationes dispiciamus: In primis Catulli illo carmine pugnant, quo Cornelio Nepoti Veronensi poëma suum dedicat, utpote civi suo et municipi, vel, ut cum Plinio majori castrense vocabulum usurpem, conterraneo:

Quoi dono lepidum, novum libellum,
Arida modo pumice expolitum?
Corneli, tibi: namque tu solebas
Meas esse aliquid putare nugas,
Jam tum, cum ausus es unus Italorum
Omne ævum tribus explicare chartis,
Doctis, Jupiter, et laboriosis.

Fateor equidem de viris illustribus scripsisse Nepotem: nam et Agellius, magna scriptorum laverna, lib. XI. cap. 8. integrum inde caput transcripsit: et Flavius Sosipater libb. XV. et XVI. virorum illustrium citat: aliique quos in eo libro in quem Cornelii Nepotis librorum omnium, qui desiderantur, fragmenta conjecimus, et Corn. Valerio præceptori nuper dicavimus, recenseo. Nunc si quis inferat,

libelli istius auctorem esse Nepotem, constanter negabo: nec enim magis consequitur, quam vel Suetonium, vel Æmilium Probum, vel Hyginum, vel alium quemvis. Huc accedit capita ipsa, quæ Agellius, Sosipater, Servius, cæterique ex Nepotis Illustribus recitant, ne vestigium quidem libelli nostri præferre. Unum de multis exemplum, quoniam ad rem facit, afferam. Agellius (vel si veterum librorum auctoritatem negligis, A. Gellius) Noct. Attic. lib. XVII. cap. 21. non obscure hunc esse Nepotis partum negat. 'M.' inquit, 'Manlius Romæ, qui Gallos in obsidione Capitolii obrepentes per ardua depulerat, convictus est consilium de regno occupando iniisse: damnatusque capitis e saxo Tarpeio, ut M. Varro ait, præceps datus; ut Corn. autem Nepos scriptum reliquit, verberando necatus est.' Noster vero disertim de saxo Tarpeio præcipitatum scribit. Sed nihil agit Catellianus Cotta, qui hæc ad Chronica Nepotis detorquet: nec enim simile vero, tam præstantem historicum tam repugnantia in viris illustribus dixisse. Verum ut symbolam quoque Græcus auctor conferat, non levis, sed *κώμικος μάρτυρ* Plutarchus, ut ipsi observavimus, de Lucullo longe aliter scripsisse Nepotem refert, atque adulterinus iste Nepos: sic enim ait: 'Post cum alienata mente desipere cœpisset, tutela ejus M. Lucullo fratri permissa est.' Plutarchus vero: *Νέπως δὲ Κορνήλιος οὐχ ὑπὸ γήρως φησὶν, οὐδὲ νόσου παραλλάξαι τὸν Λούκουλλον, ἀλλὰ φαρμάκοις ὑπό τινος τῶν ἀπελευθέρων Καλλϊσθένους διαφθαρέντα.* Quæ sic vertebamus: *Cornelius Nepos neque senio, neque morbo, ait, alienata mente fuisse, sed a Callisthene liberto venenis corruptum.* Callisthenis nulla apud auctorem nostrum mentio, neque senii, morbi, aut veneni: necesse est igitur alio Nepote usum Plutarchum. Idem quoque in Tiberio et Caio Gracchis: *Νέπως ὁ Κορνήλιός φησιν οὐ Κράσσου, Βρούτου δὲ θριαμβεύσαντος ἀπὸ Λυσιτανῶν θυγατέρα γῆμαι Γάϊον.* i. *Cornelius Nepos non Crassi, sed Bruti ejus qui de Lusitanis triumphaverat, filiam in matrimonio Caium habuisse scribit.* In Nepote vero isto subdititio filiæ, neque Crassi, neque Bruti ulla mentio extat, nisi cæcutiunt oculi. Rursus in Noctibus Atticis est lib. XI.

cap. 8. et Macrobio præfat. Saturn. Plutarcho in Catone M. Catonem juste A. Albinum reprehendisse, quod homo Romanus Græca oratione res gestas Romanorum cum componeret, veniam ante imperitiæ præfatus esset. Porcii quidem Catonis noster meminit; de Albino vero verbum nullum. Unde relinquitur falli eos qui Nepoti hunc fœtum attribuunt. Porro ad stylum quod attinet, Nepoti is abjudicat, quod illustres viros copiosius scripsisse Nepotem apparet ex T. Pomponii Attici vita, et M. Porcii Catonis, quæ dumtaxat ab injuria temporis reliquæ sunt. Quod et libro, si modo illius est, de Vita Excellentium (vel ut Mss. quidam legunt, *Externorum*) Impp. probari posset. Noster vero ita concisus auctor est, ut Elogia potius Illustrium, quam vitas scripsisse videatur: qualia versibus quaternis Atticum contexuisse testis est Nepos ipse, et Plinius. Plura argumenta ex fragmentis nostris Nepotianis ingenioso cuique facile suppeditabunt: sed hæc facient, nisi vehementer fallor, satis ei, qui non omnino pertinax falsi patronus defensorque esse voluerit.

Nunc ordine de Plinio Nepote videamus, a quo etiam hæc removenda injuria est, ne auctor ejus esse videatur, quem, si reviviscat, pro suo agnoscere, sat scio, nollet. Non enim cadit in tam fœcundum ingenium, tam exile, et plusquam sordidum aliunde mutuandi studium. Verba illius ascribere non pigebit ex epistola 20. lib. VI. ad Corn. Tacitum, quibus hujus libelli auctorem quidam facere se posse confidunt, quod annos natus duodeviginti, historiam se scribere cœpisse affirmet: ‘Agebam,’ inquit, ‘duodevicesimum annum. Posco librum T. Livii et quasi per otium lego, atque etiam, ut cœperam, excerpo.’ Vultisne igitur dari vobis, res gestas breviter e Livio decerpsisse Plinium, eas, inquam, quæ nunc in manibus sunt? cur amabo, totiens a Livio diversus abit, et pugnantia commemorat; Græcos in plerisque potius secutus, ut Dionysium, ut Dionem, ut Appianum, ut Plutarchum? His igitur illud Epicharmi occino, μέμνασο ἀπιστεῖν. Quemadmodum ex lineamentis de legitimis liberis et spuriis filiis εἰκότως judicare solemus;

idem hic sentio faciendum. Certe si quod in his judicium meum est, non sapit Plinium Cæcilium stylus. Ad hæc verisimile fit, si is verus auctor esset, cum aliorum maxime virtute bellica togave illustrium vitas persequatur; eorum qui Augustum sunt insecuti, ad Trajanum usque, Imperatorum hominumque illustrium non omissurum fuisse: propterea quod in epistolis viri, qui cæteris laude antistabant, omnes pæne paginas impleant. Venit in mentem conjectura fortassis vera, cur Nepoti aut Plinio inscripserint quidam: cum enim in Mss. forte vidissent C. Plinii Nepotis, (fuit enim C. Plinius Cæcilius alterius ex sorore nepos) obliteratis nonnihil prioribus, parvaque facta immutatione, Cornelii Nepotis legi cœptum, aut vice versa, accidisse non admodum a vero abhorret. Sed libros, inquies, calamo exaratos, arbitros controversiæ deposco. Quinque nos quidem usi sumus, demtis antiquitus excusis quamplurimis, qui etiam vehementer nos adjuverunt: quod a Theodoro Pulmanno, erudito viro, accepi, longe optimum: lectionum vero varietates aliquot ex Joannis Metelli Sequani, doctissimi viri, codicibus duobus, quorum alter dccc. abhinc annis, vel pluribus, scriptus est, communicavit nobiscum P. Silvius juvenis Græce Latineque doctus. Lutetiæ vero Francisci Pithœi Mss. et Bibliothecæ D. Victoris in suburbiis sitæ usus sum. Pulmanni exemplum hanc ἐπιγραφὴν præfert: 'Aurelii Victoris Historiæ abbreviatæ ab Augusto Octaviano, id est, a fine T. Livii usque ad consulatum decimum Constantii Augusti, et Juliani Cæsaris tertium.' Eratque in duos tomos sectus liber: prior de urbis Romæ origine fragmentum, et viros hosce illustres continebat: alter Cæsarum vitas hinc usque ab Augusto; qui tamen ab edito mire variat, quemadmodum nunc si cum vulgata Epitoma conferat, studiosus Lector cognoscet. Desinent igitur docti dubitare cujus Viri Illustres sint, reperto vero auctore Sexto Aurelio Victore. Priore enim parte, tanquam Prolegomena sunt, quibus ea quæ a Livio dicta prolixius, summatim repetit prius, quam Impp. vitas aggrediatur.

GERARDUS JOANNES VOSSIUS

DE HISTORICIS LATINIS, LIB. II. CAP. 8.

Aurelii Victoris ætas, dignitas, tenuis origo, libri duo genuini. Sed liber de Origine Gentis Romanæ alterius est, qui et de Origine Gentis Patavinæ egerit. Religione prior ille gentilis. Duo alii Aurelii Victores, unus hoc antiquior, alter eo junior.

SEXTUS AURELIUS VICTOR, qui beneficio clarissimi viri, Andreæ Schotti, prodiit in lucem, ætate vixit Constantii et Juliani Imperatorum. Siquidem in Marco Antonino Philosopho ait, 'Constrata terræ motu nostra ætate Nicomedia, Cereali consule.' At Neratius Cerealis post IX. Constantii consulatum consul fuit. Ad hæc in Julio Philippo inquit, 'Nostra quoque ætate, post mille, centesimus, consule Philippo, excessit, nullis, uti solet, solennibus frequentatus.' Denique in Constantino ait, 'Ac memoria mea Constantinum,' (malim cum Schotto *Constantium*) 'quanquam ceteris promtum virtutibus, ad usque astra votis omnium subvexere.' Quare nec dubium, quin hic sit ille Aurelius Victor, qui cum Valentiniano consul fuit anno MCXXII. Ac longe minus ambigo, quin idem sit Victor, de quo sic Ammianus Marcellinus lib. XXI. 'Imperator' (Constantius) 'revertitur Nassum, copiosum oppidum, quo inde expedite cuncta disponeret suis utilitatibus profutura: ubi Victorem apud Sirmium visum, scriptorem historicum, exinde venire præceptum, Pannoniæ secundæ consularem præfecit, et honoravit ænea statua, virum sobrietatis gratia multilaudum, multo post Urbi præfectum.' Atque ex eo loco simul cognoscimus, quo virtute, et honestarum artium studiis, pertigerit, licet 'rure ortus, tenuique et indocto patre,' ut ipse de se Victor in Severo scribit. Extant hujus Victoris libri duo. Prior est 'de Viris Illustribus' a Proca usque ad Julium Cæsarem, qui vel Cornelio Nepoti, vel Plinio Novocomensi, vel Suetonio etiam falso tribui solet. Alter continet vitas Cæsarum usque ad Juliani tertium

consulatum. His libellis præmittitur 'Origo Gentis Romanæ.' Sed cur commentatiuncula istæc minus credatur ejusdem esse Victoris, verisimile facit titulus ejus: quando istic legas, ex fontibus illis petitum esse, ex quibus sua hausere juniores ipsi, Livius, et Victor Afer. Quis enim sit Victor ille Afer, si non est historicus ille Ammiano memoratus, ac cujus duo sunt libelli, quos dicebamus? Nec obstat Afri cognomen. Nam Aurelium Victorem natione fuisse Afrum, a vero non abhorret, quandoquidem multus est in ea laudanda, ac alicubi appellat 'terrarum decus.' Quamobrem ita colligimus, libellum illum de Origine gentis Romanæ congestum esse ab aliquo, qui fuerit post Aurelium Victorem. Atque idem scripsit 'de Origine Gentis Patavinæ:' ut ipse initio libelli de origine gentis Romanæ testatur. Victorem fuisse hominem gentilem, vel inde constat, quod in Hadriani vita eo inclinat, ut Antinoi sacrificium res fuerit pia, religiosaque. Alius ab hoc scriptore est Aurelius Victor, cognomento Primus, de quo sic Julius Capitolinus in Opilio Macrino: 'Verba denique Aurelii Victoris, cui Primo cognomen erat, hæc fuerant: Macrinum, libertinum hominem, prostibulum servilibus officiis occupatum,' &c. Nam Julius Capitolinus misit eam Macrini vitam ad Diocletianum Augustum: ut historicum istum laudare non potuerit, qui breviarium suum perduxit usque ad tempora Juliani. Adde quod ea de Macrino neutiquam in hoc Victoris breviario legantur. Alius quoque est Sextus Aurelius Victor, cujus extat opusculum de vita et moribus Imperatorum Romanorum usque ad Theodosii excessum: de quo postea dicemus. Imo nec semper satis convenit inter hosce Victores historicos: ut cum ille Schotti duos tantum; alter autem tres agnoscit Gordianos.

MARTINUS HANKIUS

De Romanarum Rerum Scriptoribus, I. 29.

I. SEXTUS AURELIUS VICTOR, ille, qui Cæsarum vitas

scripsit, hæc cap. xx. de se tradit: 'Quo bonis omnibus ac mihi fidendum magis, qui rure ortus tenuique indocto patre, in hæc tempora vitam præstiti, studiis tantis honestiorem. Quod equidem gentis nostræ reor, quæ fato quodam bonorum parte fœcunda: quos eduxit tamen, quemque ad celsa suos habet.'

II. Constantio, Constantini Magni filio imperante, claruit. Nam c. XXVIII. cum a Julio Philippo Imperatore annum Urbis millesimum ludis omnium generum celebratum commemorasset, subjungit, 'Nostra quoque ætate post mille centesimus, consule Philippo, excessit, nullis, uti solet, solennibus frequentatus.' At Urbis annus 1100. est Constantii duodecimus, Christi 348. Et cap. XVI. ait, 'Asiæ Ephesus ac Bithyniæ Nicomedia, constratæ terræ motu æque ac nostra ætate Nicomedia, Cereali consule.' Neratius autem Cerealis, post nonum Imperatoris Constantii, consulatum gessit, a. Urbis 1110. Christi 358. Cap. ultimo: 'At Julius Constantius annos tres atque viginti Augustum imperium regens, cum externis motibus, modo civilibus exercetur, ægre ab armis abest:' quæ cum præcedentibus bene conveniunt. Nam XXIII. annus Constantii est Urbis 1111. Christi 359.

III. Inde colligas, eundem Victorem esse, de quo Ammianus Marcellinus lib. XXI. cap. 18. loquitur. Nam rebus, quæ Flavio Florentio, et Flavio Tauro Coss. anno Urbis 1113. qui est Constantii ultimus, Christi 361. contigerunt, adjicit: 'Imperator revertitur Næssum, copiosum oppidum, quo inde expedite cuncta disponeret suis utilitatibus profutura. Ubi Victorem apud Sirmium visum, scriptorem historicum, exinde venire præceptum, Pannoniæ secundæ consularem præfecit, et honoravit ænea statua, virum sobrietatis gratia multilaudum, multo post Urbi præfectum.'

I. Sexti Aurelii Victoris de Romanæ Gentis Origine libellus extat. Qui tamen, an ejusdem Victoris sit, de quo egimus, ideo, quantum observare licuit, dubitari solet, quod in præscripto titulo dicatur, inter alios, ex Victore

Afro desumtus: iste autem Victor Afer non alius videatur, quam qui Cæsarum vitas scripsit, quippe qui in Africæ laudibus copiosior, se Afrum esse subinnuat.

II. De eo quicquid sit; in codicibus ad antiqua Mss. expressis, et huic, et duobus, de quibus mox dicemus, libellis, generalis præmittitur epigraphe: 'Origo gentis Romanæ a Jano et Saturno conditoribus, per succedentes sibimet reges, usque ad consulatum decimum Constantii.' Quod uni, de Romanorum origine, libello nequaquam convenit. Nam hic a Jani, Aboriginum regis, in Italiam adventu, sive ab anno mundi 2621. ante Romam conditam 577. C. N. 1327. incipit: desinit autem in anno Urbis primo, qui est mundi 3198. ante C. N. 750.

III. Deinde Sexti Aurelii Victoris de Urbis Romæ Viris Illustribus liber reperitur. Cujus auctorem, aut Cornelium Nepotem, aut Plinium Novocomensem, aut Suetonium Tranquillum, multi constituunt: meris conjecturis, nullo alicujus momenti argumento, quo fidem prudentioribus quidem lectoribus faciant, instructi.

IV. Certe omnes illos, quibus ascribitur, de viris illustribus aliquid reliquisse contendunt. Id Nepotem A. Gellius lib. XI. cap. 8. Suetonium fecisse, Hieronymus de Scriptoribus Ecclesiasticis cap. 1. tradit. De Plinio, ne istud quidem, unde possint ostendere, video. Neque enim, cum lib. VI. epist. 20. ad Cornelium Tacitum scribit, 'Posco librum Titi Livii, et quasi per otium lego, atque etiam, ut cœperam, excerpo;' inde quisquam paulo solertior collegerit, illustrium virorum vitas illum excerpsisse.

V. Sed demus, a Plinio perinde, ut a Nepote Suetonioque compositas clarorum virorum vitas; an propterea de simili materia liber, cujus auctor non satis certus sit, illorum uni tribuendus erit? Ut nihil de styli differentia, quæ inter Nostrum et laudatos auctores intercedit, dicam; Nepotis cur hoc opusculum habendum non sit, subjiciam. De M. Manlio A. Gellius lib. XVII. cap. 21. 'Qui Gallos,' inquit, 'in obsidione Capitolii obrepentes per ardua depulerat, convictus est consilium de regno occupando iniisse;

damnatusque capitis, e saxo Tarpeio, ut M. Varro ait, præceps datus est; ut Cornelius autem Nepos scriptum relinquit, verberando necatus est.' At Victor ait cap. XXIV. 'Damnatus et de saxo Tarpeio præcipitatus.' Hæc inter se pugnantia Nepotem, nobilem historicum, asseruisse, non est verosimile.

VI. Quæ cum ita sint; præstiterit, meliorum codicum, præsertim ex ipsis Mss. publicatorum, in quibus liber hic Aurelii Victoris nomen præfixum habet, auctoritatem sequi. Solicitos vero cujus Aurelii Victoris hoc de Viris Illustribus opusculum sit, certiores facit, qui de Cæsaribus sequenti libro præmittitur titulus: 'Aurelii Victoris historiæ abbreviatæ pars altera.' Nam inde probabiliter colligere licet, cujus posterior est, ejusdem Victoris priorem esse partem.

VII. Ceterum, primus inter illos illustres viros est Proca, rex Albanorum, qui regnum suum filiis Amulio et Numitori, annuis vicibus habendum reliquit, anno mundi 3155. ante Romam conditam 43. ante C. N. 793. Ultimus est Cn. Pompeius, cujus mors in annum Urbis 705. mundi 3902. ante C. N. 46. incidit.

VIII. Ad hos illustres viros additamentum, in quibusdam antiquis libris Mss. repertum, (quod ejusdem videtur auctoris esse) incipit a Julio Cæsare, qui prætor in Lusitaniam anno Urbis 693. mundi 3980. ante C. N. 58. abiit. Desinit in Cleopatra, Ægypti regina, quæ, victo M. Antonio marito, ipsa mortem sibi acceleravit anno Urbis 723. mundi 3920. ante C. N. 28.

IX. Præterea Sexti Aurelii Victoris de Cæsaribus librum habemus. Horum primus est Octavianus Augustus, a cujus principatu, quem ad annum Urbis 722. id est, ante C. N. 29. refert, incipit. Ultimus est Constantius, Constantini Magni filius, in cujus anno 23. qui est Urbis 1111. Christi 359. desinit.

ANDREAS SCHOTTUS.

Justo Lipsio εὖ πράττειν.

Salutem a me Douzæ, ceteris literatis, apud quos nostrum in Victorem Aurelium conatum ut tuearis a calumniis, etiam atque etiam oro obtestorque: quem fœtum tanquam abortivum cur festinarim, justæ causæ sunt, quas tu spero, probabis; de Metello enim nota res tibi, et Cujacius præsens, cui negare nihil nec possum, nec debeo, a me ut transcribendi potestatem facerem, extorserat: unde plagiarios metuebam: et certe publice interest tam præstantem auctorem non diutius latere. Plantinus ut spero in Maio absolutum dabit. Vale et nos ama. Lutetiæ Parisior. a. d. III. Non. April. anni CIƆIƆLXXIX.

BARTHIUS

Advers. lib. XLVIII. cap. 6.

Sextus Victor, cui scriptori bona apud priscos auctoritas.

Lib. LIV. cap. 13.

Ex eodem scriptore prudente et optimo multa disci possunt.

Wasse ad Sallustium Jug. cap. XLVI. p. 352.

A. Victor, qui Sallustium fere sequitur.

Bœclerus de Compar. L. L. Facultate cap. I. § 14.

Aurelius Victor in Viris Illustribus (nam Cæsares ejus et Epitome diversissimo styli genere utuntur) non quidem Nepotis et similium politæ venustati comparari potest, sed est tamen candidus, et præ ceteris simplex, quippe primas orationis formandæ lineas studioso Latinitatis formare possit.

Idem de Aus. Regio. tom. I. cap. 1. p. 138.

Victori Taciti vestigia legere mos est.

Lipsius Syll. Burm. tom. I. epist. 25.

Victor non usque quaque placebit tibi, brevis, concisus in re, in verbis sciolus et affectator. Quid agas? solus tamen ille reliquus ex antiquis.

Idem de Amphith. cap. 6.

Durum hoc mihi ipsi videretur, nisi Victorem cogitarem et reliquam ejus affectatæ novitatis phrasin.

Gutherius Off. Dom. Aug. III. 1.

Victor scriptor Africanus.

Barthius Advers. LIV. 13.

Scriptor præclari judicii Aurelius Victor, qui charactere cuique fere Principi affingendo paucos omnino pares habet, modo sit emendatus. (Et paulo post:) Sunt in eodem scriptore singulis paginis aliqua castiganda et animadvertenda, sed actum egerit, qui tale quid tentarit, nisi plane assuetus dictioni ejus, et postquam totum aliquoties perlegerit; est enim Afrum in eo acumen et densitas sententiarum nodosa et summo affectatoque studio difficilis. Quæ et causa fuit, quare faciliori stylo non tam in Epitome redacti fuerint Cæsares ejus, quam prorsus explicati; et aliter loqui ipse jussus. Id quod veterem et cordatum etiam scriptorem fecisse alibi ostendimus.

GERARDUS JOHANNES VOSSIUS

De Historicis Latinis lib. II. cap. 15.

Sextus Aurelius Victor itidem vixit temporibus Arcadii et Honorii, ac de vitis Imperatorum Romanorum epitomen fecit: eamque ad Theodosii usque excessum perduxit. Contexta hæc epitome est, cum ex Tranquillo,

Eutropio, Ammiano, aliis; tum etiam Sexto illo Aurelio Victore, de quo superius dictum. At non audiendus doctissimus Gesnerus, cum in priori Bibliothecæ suæ tomo ait, Eutropium ex hoc scriptore potissimum hausisse quæ refert. Nam Eutropius claruit tempore Juliani; ut Victore hoc sit vetustior. Suspicor autem historicum nostrum eum esse, cujus inter inscriptiones veteres hoc fragmentum habemus:

IERVM. PRINCIPVM. CLEMENTIAM
ANCTITVDINEM. MVNIFICENTIAM
SVPERGRESSO
D. N. FLAVIO. THEODOSIO. PIO. VICTORI
SEMPER. AVGVSTO
SEXT. AVRELIVS. VICTOR. V. C. VRBI. PRAEF.
IVDEX. SACRARVM. COGNITIONVM
D. N. M. Q. E.

Sane tempora conveniunt; cum Theodosii ætate vixerit; nec multo post Theodosium et ipse vita excesserit; ut qui in Theodosii morte desinat, ut diximus. Alius tamen fuerit, si historicus noster non Victor dicebatur; sed Victorius, aut Victorinus. Quod posterius in tribus Aurelii hujus codicibus Mss. se reperisse scribit V. Cl. Andreas Schottus. Sane in Aurelia gente fuisse non Victores modo, sed et Victorios, liquet ex antiquo lapide, quem Romæ J. Lipsius exscripsit, ubi legas, M. AVRELIVS. VICTORIV .... Mentio hujus historici fit apud Paullum Diaconum de Gestis Longobardorum lib. II. cap. 18. his verbis: 'Sunt qui Alpes Cottias et Apenninas unam dicunt esse provinciam: sed hos Victoris revincit Historia, quæ Alpes Cottias per se provinciam appellat.' Locus Victoris, quem signat, est iste in Nerone: 'Pontum in jus provinciæ, Polemonis Reguli permissu, redegit, a quo Polemoniacus Pontus appellatus est: itemque Cottias Alpes, Cottio rege mortuo.' Sed veteres editiones in Paulli loco pro *Victoris*, ut est in Mss. habent *Victorini*. Ut nec ex hoc loco liqueat de vero ejus Historici nomine.

MARTINUS HANKIUS,

De Romanarum Rerum Scriptoribus II. 5.

I. SEXTUM AURELIUM VICTOREM, cujus epitomen de vitis Imperatorum habemus, non eundem esse, de quo parte priori, cap. 29. egimus, satis liquet. Nam et dispari scripserunt stylo, et contrariis interdum sententiis pugnant.

II. Præterea noster Aurelius, utrum Victor, an Victorius, an Victorinus cognomine audiat, est cur dubitetur. Ejus enim 'de Imperatorum Vitis' opusculum, epigraphe in Petri Pithœi Mss. quod Andreas Schottus habuit, non expressis ultimis literis, 'Sex. Aur. Victor.' at Petri Danielis et Jacobi Cujacii codices, 'Sex. Aur. Victorini,' docuerunt esse.

III. Imo quid si prorsus alii, quam aut Victori, aut Victorio, aut Victorino, suam debeat originem? Inscriptio est: 'De Vita et Moribus Imperatorum Romanorum, excerpta ex libris Sexti Aurelii Victoris, a Cæsare Augusto usque ad Theodosium Imperatorem.' Suspicari possis, reliquorum auctorum Suetonii, Eutropii, aliorumque (forsan signo quodam addito) omissis nominibus innui Sextum Aurelium Victorem, non per quem sed ex cujus aliorumque libris excerpta sint, quæ subsequuntur. Nam hunc Victorem ex illo, de quo supra diximus, plura desumsisse, conferentibus inter se libros utriusque patet. Ita, ut huic conjecturæ nihil obstent, quæ ex hoc scriptore sub Victoris nomine ab antiquioribus quidem citata inveniuntur, quando in altero etiam Victore leguntur.

IV. Quemadmodum vero istius Epitomes auctor incertus est; sic, qua vixerit ætate, non repertum nobis, quo demonstremus. Gerardo Joanni Vossio ad Theodosii, Arcadii et Honorii tempora de Histor. Latinis II. 15. refertur. Nos eundem propterea, quod historiam suam in Theodosii morte finiat, sub eodem ejusque successoribus filiis, Arca-

dio et Honorio, vixisse, (alio argumento destituti) non sustinemus asserere.

v. Sæpius commemoratus liber incipit a Cæsare Octaviano Augusto, cujus principatum ad annum Urbis 722. qui est mundi 3919. ante C. N. 29. refert: desinit in Theodosii primi excessu, qui in annum Urbis 1146. Christi 394. incidit.

SEXTI AURELII VICTORIS

ORIGO GENTIS ROMANÆ.

PRÆFATIO.

A JANO et Saturno conditoribus, per succedentes sibimet reges, usque ad consulatum decimum Constantii,[a] digesta ex auctoribus Verrio Flacco, Antiate[1] [b] (ut quidem idem Verrius maluit[c] dicere, quam Antia,) tum ex Annalibus

1 *Flacco Andiate* Schottus, Gaesbeeckii. Distinctione post *Flacco* carent etiam Pitiscus et Delph. Vide not. inf. 'Si mendo caret locus, 'Verrii Flacci' patria fuit Antium. Sed cum Suetonius in ejus vita nullam patriæ mentionem faciat; nec alii quoque vel historici vel grammatici; (quod ego quidem sciam) non absurde forsan aliquis legendum existimarit *Verrio Flacco, Valerio Antiate:* nam 'Valerii Antiatis' crebra fit mentio, non tantum apud alios cum Latinos tum Græcos scriptores, sed etiam in hoc ipso libello infra,

NOTÆ

[a] *Usque ad consulatum decimum Const.*] Ergo titulus iste non pertinet tantum ad hunc libellum qui inscribitur 'Origo Gentis Romanæ,' sed etiam ad duos illos sequentes qui 'de Viris Illustribus,' et de 'Cæsaribus' inscripti sunt. Quorum posterior usque ad consulatum decimum Constantii Augusti, et Juliani Cæsaris tertium perducitur. Unde liquet quartum illum 'de vita et moribus Imperatorum Romanorum,' qui 'Epitomes' nomine circumfertur, ab alio Victore scriptum fuisse, quippe qui in Theodosii morte desinat. Sed de hoc postea dicetur, cum ad eum ventum erit.

[b] *Verrio Flacco, Antiate* [*Verrio Flacco Antiate*] Quid: an Verrium Antiatem vocat? dubito. Neque satis liquet Antias-ne fuerit Verrius. Forsan sic distinguendum: *Verrio Flacco, Antiate.* Ita ut per Antiatem Q. Valerius intelligendus sit qui Antias fuit, et Annales reliquit, quorum lib. LXXIV. citat Priscianus in IX. et LXXV. Gellius VII. 9. ex quo etiam multa Livius.

[c] *Ut quidem idem Verr. maluit*] Verrius *Antiatem* maluit dicere quam *Antiam:* utinam ad nos pervenisset locus ille Verrii ubi de hoc disputabat: neque enim apud ullum usquam scriptorem me *Antias, æ,* legisse memini, sed semper *Antias, Antiatis.* Liv. et al. ab 'Antium,' quæ urbs est

Pontificum;[d] dein Cnæo Egnatio Veratio,[e] Fabio Pictore,[f] Licinio Marco,[2 g] Varrone,[h] Cæsare,[i] Tuberone,[k] atque ex

c. XIX.' *Sylburgius.*—2 *Macro* Schott. Pitisc. Delph. Bipont. Arntzenius. 'Vet. lib. *Licinio, Marco Varrone.* Sed Schotti lectio procul dubio verior est: meminit autem 'Licinii Macri' et hic libellus infra c. XIX. et Dionysius Halicarnasseus aliquoties.' *Sylburg.*

NOTÆ

in Latio, est 'Antias Antiatis,' ut ab 'Arpinum' Hirpinorum urbe, est 'Arpinas, atis' Ciceroni, Plinio, &c.

[d] *Annalibus Pontificum*] Annales pontificum monumenta erant quæ dierum, et totius anni rerumque in eo gestarum descriptionem continebant, a pontifice maximo scripta, quæ et ideo annales maximi nominantur. Cic. de Oratore: 'Erat initio historia nihil aliud nisi annalium confectio. Cujus rei memoriæque publicæ retinendæ causa, ab initio rerum Romanarum, usque ad P. Mucium pontificem maximum, res omnes singulorum annorum mandabat literis pontifex maximus, referebatque in album, et proponebat tabulam domi, potestas ut esset populo cognoscendi, ii qui etiam nunc annales maximi nominantur.' Dicebantur etiam ii annales, 'Pontificalium libri,' et 'indigitamenta,' et 'commentarii pontificum.'

[e] *Cnæo Egnatio Veratio*] Aliis Cnæus Egnatius Verrinus; hic semel tantum hujusce operis fine laudatur: 'Contra,' inquit, 'Egnatius libro primo, in ea contentione non modo Remum non esse occisum, sed etiam,' &c. Quare male Joan. Metell. asseveravit Veratium in hoc opere non laudari, qui non vidit ibi Egnatium eum esse, qui hic Cnæus Egnatius Veratius dicitur.

[f] *Fabio Pictore*] Historico, qui Quinctus Fabius Pictor dictus est. Annales scripsit et historiam, sed ejus annales tantum laudat Victor. Hunc et Livius et Dionys. Halicarn. secuti sunt.

[g] *Licinio Marco* [*Macro*] Qui C. Licinius Macer dictus est. Annales scripsit, ex quibus multa Livius. Quædam etiam Nonius in voce 'lues;' 'luculentum,' 'patibulum.' In veteri libro scriptum erat *Licinio, Marco Varrone*, sed melius aliter.

[h] *Varrone*] Is est M. Terentius Varro, cujus libri sex de Lingua Latina, et de Re Rustica libri tres ad nos pervenerunt. Multa alia scripserat; sed hic ejus annales tantum, vel etiam librum de gente Populi Romani a Victore signari verisimile est.

[i] *Cæsare*] Quis sit iste Cæsar incertum videri queat, quippe qui in totius operis serie nunc 'Cæsar,' nunc 'Julius Cæsar,' nunc 'Lucius Cæsar' dicitur. Dubitavit doctissimus Vossius utrum pro *Lucio, Caio*, an pro *Caio, Lucio* debeat reponi: nam multi fuere Lucii Cæsares: ut Lucius Cæsar Augusti ex Julia nepos; item atavus Cæsaris dictatoris, et atavi hujus pronepos, et pronepotis ejus filius, et alii quos a Victore signari non puto. Sed potius C. Julium Cæsarem dictatorem, quem, cum tam multa scripserit, ut vel ex Suetonio certum est, non mirum videri debet quædam etiam de origine gentis Romanæ edidisse, quando Julia gens ortum suum ducere credita est ab eodem, Iulo, sive Ascanio, a quo urbis conditor Romulus genus traxit. Pro hac sententia facit, quod hic modo Caius Cæsar, modo Julius Cæsar dicitur. Nam de locis ubi *Lucius* scrip-

omni priscorum historia,[l] proinde ut quisque neotericorum[m] asseveravit, hoc est, et Livius, et Victor Afer.[n]

NOTÆ

tum est, in iis *Julius* rescribendum esse me doctis probaturam puto, cum tam proclivis sit corruptio *i* in *l*, et vice versa *l* in *i*.

[k] *Tuberone*] Hic est Q. Ælius Tubero qui historiam conscripsit, quam hic signat, qui hæc scripsit. Ex ea quædam etiam Livius, libb. IV. et X. Charisius, Gellius, Nonius, &c.

[l] *Atque ex omni priscorum historia*] Velut ex Ennio, Cassio Alexandro, Ephesio, Lutatio, Vulcatio, Acilio Pisone, Sempronio, Domitio, Octavio Catone, A. Postumio, Aufidio, Vennonio, Annio, Gellio, qui omnes in hoc opere laudantur.

[m] *Neotericorum*] Id est 'recentiorum:' vox Græca Neotericus, sed hanc in veteribus frustra quæras.

[n] *Victor Afer*] Quærunt viri docti an ista scripserit Victor ille Afer, qui sequentes duos libellos 'de Viris Illustribus,' et 'de Cæsaribus' exaravit, qui se ipsum Victorem Afrum vocet, more Græcorum; sed multa repugnant: quare cum doctissimo Voss. cogitandum est argumentum istud, et libellum de Origine Gentis Rom. ab aliquo congestum fuisse qui post Aurelium Victorem fuerit, sive is sit Ascon. Pedianus, sive alius quis.

CAP. I.

ARGUMENTUM. Saturnum primum credi in Italiam venisse: quantaque antiquorum hominum simplicitas fuerit: certum tamen esse, Janum in Italiam priorem advenisse. Virgilii locus illustratus. 'Primus' apud poëtam aliquoties pro 'principe.'

1. PRIMUS in Italiam creditur venisse Saturnus, ut etiam Maronis Musa testatur illis versibus:

Primus ab ætherio[a] venit Saturnus Olympo,
Arma Jovis[b] fugiens, et regnis exul ademtis, &c.

2. Tanta autem usque id tempus antiquorum hominum traditur fuisse simplicitas, ut venientes ad se advenas, qui modo consilio ac sapientia præditi, ad instruendam vitam, formandosque mores aliquid conferrent, quod eorum parentes atque originem ignorabant, cœlo et terra[c] editos non solum ipsi crederent, verum etiam posteris

NOTÆ

[a] *Primus ab ætherio*] Æneid. VIII. 319.

[b] *Arma Jovis*] Qui eum regno fugaverat.

[c] *Cœlo et terra*] Quos tantum Deos tunc noverant homines. Ceterum non tantum apud antiquos illos homines rudes et agrestes invaluit mos iste,

affirmarent; veluti hunc ipsum Saturnum,[d] quem Cœli et Terræ filium[e] esse dixerunt. 3. Quod cum ita existimetur, certum tamen est, priorem Janum in Italiam devenisse,[f] ab eoque postea[g] venientem exceptum esse Saturnum. 4. Unde intelligendum est, Virgilium quoque non ignoratione veteris historiæ,[h] sed suo more, 'primum' dixisse Saturnum, non, ante quem nemo; sed 'principem:'[i] ut 'Trojæ qui primus[k] ab oris.' 5. Cum proculdubio constet, ante Æneam priorem Antenorem[l] in Italiam

NOTÆ

ut eos, quorum originem ignorarent, quique grande aliquod beneficium hominibus præstitissent, Deos, et a Diis ortos esse crederent: nam idem Lystreni de D. Paulo et Barnaba; idem et alii credidere, ut ex sacris literis notum est.

[d] *Veluti hunc ipsum Saturnum*] Qui cum homo esset et a Creta veniret, ob vitæ integritatem et a Diis ortus, et a cœlo lapsus creditus est.

[e] *Cœli et Terræ filium*] Orpheus de Saturno. Γαίης τε βλάστημα καὶ οὐρανοῦ ἀστερόεντος. Id est *terræque incrementum et cœli lucidi.* Quamvis eum alii Oceani et Tethyos filium dicant.

[f] *Priorem Janum in Ital. devenisse*] Immo et ante Saturni adventum Janiculum condiderat. Vid. Ovid. Fast. lib. I.

[g] *Ab eoque postea, &c.*] Ovid. loco supra laudato sic Janum loquentem inducit. 'Hac ego Saturnum memini tellure receptum Cœlitibus regnis ab Jove pulsus erat. Inde diu genti mansit Saturnia nomen: Dicta quoque est Latium terra, latente Deo. Ipse solum colui cujus placidissima lævum Radit arenosi Tibridis unda latus. Hic, ubi nunc Roma est, incædua sylva virebat; Tantaque res paucis pascua bubus erat. Arx mea collis erat, quem vulgus nomine nostro Nuncupat, hæc ætas Janiculumque vocat.'

[h] *Non ignoratione veteris historiæ*] Nam et veterem historiam non ignorasse Virgilium testatur locus Æn. VII. 177. de regia Pici, ubi veterum avorum effigies e cedro stabant ex ordine: 'Italusque, paterque Sabinus Vitisator, curvam servans sub imagine falcem Saturnusque senex, Janique bifrontis imago Vestibulo astabant, aliique ab origine reges,' &c.

[i] *Sed principem*] Hoc est, inter primos: eodem modo Græci dicunt Δῖα θεάων, πρώτιστα θεάων, *divina Dearum, prima Dearum,* id est, inter primas Deas.

[k] *Trojæ qui primus*] Initio lib. I. Æneid. quanquam ibi 'Primus' ad 'Lavinaque littora,' referri posse videatur, ut Virgilius dicat Æneam primum venisse Lavina littora. Nam alio alii appulere. Sed melius *primus,* 'princeps inter primos,' ut supra, sic eodem lib. vs. 27. 'Id metuens veterisque memor Saturnia belli Prima quod ad Trojam pro caris gesserat Argis.' *Prima,* id est, 'in primis;' nam ante Junonem primus ad Trojam bellum gesserat Hercules. Sic semper Virg. et optime Noster supra dixit 'more suo.'

[l] *Priorem Antenorem*] Neque tantum Antenorem, sed Capyn, Politem, &c.

esse pervectum, eumque non in ora litori proxima, sed in interioribus locis, id est, Illyrico, urbem Patavium[m] condidisse, ut quidem idem Virgilius illis versibus ex persona Veneris, apud Jovem de ærumnis Æneæ sui conquerentis:

Antenor[n] potuit mediis elapsus Achivis
Illyricos penetrare sinus,[o] atque intima tutus, &c.

6. Quare autem addiderit 'tutus,' suo loco plenissime annotavimus in commentatione, quam hoc scribere cœpimus,[p] cognita ex libro, qui inscriptus est, 'De Origine Patavina.'[q]

Cap. I. 6 '*Quam hoc* nullum parit sensum. Grunerus malit *quam in hoc scribere cœp.* h. e. se, quare Virgilius addiderit *tutus*, suo loco plenissime annotasse in commentatione, quam ' in hoc Virgilii ' scripserit, et quæ haberetur in libro de Origine Patavina. Klotz tamen in Miscellaneis Criticis, Trajecti ad Rhenum, 1763. ubi c. 8. p. 32. sqq. animadversiones scripsit in Aur. Victorem, loco *hoc* legit *nos*.' Harlesius. Vide Not. Delph. inf. Mox, *ex eo*

NOTÆ

m *Urbem Patavium*] Quam de suo nomine 'Antenoriam' vocavit, civesque 'Antenoridas;' sed mox 'Patavium' et postremo 'Padua' fuit appellata.

n *Antenor*] Æneid. I. vers. 246. locum adj.

o *Illyricos penetrare sinus*] In mari Adriatico. Sinus autem pluraliter, quia mare illud, ob diversa promontoria, in plures distribuitur sinus.

p *Quam hoc scribere cœpimus*] Mihi hic locus corruptus videtur: neque enim ita quenquam locutum arbitror, *quam hoc scribere cœpimus* pro *antequam, hoc, &c.* Fuere qui legerent *quam scribere occepimus.* Id est, *quam commentationem.* Sed quomodo cognitam commentationem diceret, quæ tantum scribi cœpta sit? Dicet quis eam in plures partes dividi, et primam vulgari potuisse; id vero nil aliud est quam se argutum facere. Suspicor scriptum fuisse *Quum hoc scribere cœpimus, &c.* in commentatione illa cognita cum libellum hunc scribere cœpimus, ex eo libro, &c.

q *De Origine Patavina*] Ex hoc loco conjecit Joan. Metellus hujus libelli auctorem esse Asconium Pedianum. Erat enim Patavinus Asconius, quo nomine eum potius quam alium suæ gentis originem scripsisse verisimile est. Sed de his judicium suum ferre nimis periculosum est. Hoc unum dicam non satis liquere Patavinum Asconium fuisse. Nunc ut ad librum de Origine Patavina revertamur, eum jam olim periisse necesse est cum nullam ejus ullibi mentionem factam reperias, ne apud commentatores quidem Virgilii, qui si librum illum vidissent nihil equidem de commentatione illa quæ ad vocem 'tutus' scripta fuerat, tacuissent. Nihilominus tamen cuivis in aperto est, cur Virgilius addiderit *tutus*, scilicet ad augendam invidiam; quasi diceret, Antenor proditor ille patriæ, non modo sinus Illyricos et intima regna Liburnorum penetravit, sed et tuto penetravit. Æneas vero, ille pius Æneas non modo Italis longe disjungitur oris, sed infandum, navibus

7. Itaque nunc, 'primus,' ex ea quoque significatione est, e qua illud in secundo Æneidos, de enumeratione eorum, qui equo Durio[r] digrediebantur. 8. Nam cum nominasset[s] Thessandrum, Sthenelum, Ulyxem, Acamanta, Thoanta, Neoptolemum; post intulit, 'primusque Machaon.' 9. De quo quæri potest; Quomodo potest 'primus' dici, post tantos, qui supra dicti sunt? Verum intelligemus 'primum' pro 'principe,' vel quia is ad perfectum[t] illis temporibus circa peritiam medicæ artis præcipuus fuisse traditur.[u]

libro Schott. Pitisc. Delph. Arntz.—7 Pro *digrediebantur* malit Arntzenius *degrediebantur*.—8 '*Tisandrum* in margine reposuerat Schott. et Sylburgius ejus vestigiis insistens ex Virg. Æn. II. 261. (sed vide ibi Pierium:) et *Thessandrum* quoque exhibent scripti codd. Virgilii, quos vel ego vel alii inspexerunt.' *Arntz.* Mox, *Athamanta* Schott. Pitisc. Delph. 'Et hic et apud Virg. legendum *Acamas* non *Athamas* recte vidit Heinsius ad Sabin. Ep. II. vs. 23. Quare hanc vocem Pierii auctoritate suffultus merito in Virgilii contextum admisit Maasvicius, id quod hoc loco imitari maluimus.' *Arntz.*—9 '*Ad perfectum.* Inclusa hæc Schottio videntur redundare.' *Sylburg.* Vide Not. Delph. inf. 'Quæ ita sentit ex conjectura Schotti margini apposita, sed *ad perfectum præcipuus* recte exponi potest, pro omnino præcipuus, qui sine dubio, illis temporibus, reliquis omnibus palmam præriperet.' *Arntz.*

NOTÆ

amissis tempestati obnoxius, huc et illuc misere vagatur. His similia in commentatione illa scripta fuisse certum est.

[r] *Equo Durio*] *Durio*, id est, 'ligneo:' *δούριος* *ligneus*, *δόρυ* enim *lignum*.

[s] *Nam cum nominasset*] Æneid. lib. II. 'Lætique cavo se robore promunt Tisandrus, Sthenelusque duces, et dirus Ulysses, Demissum lapsi per funem: Athamasque Thoasque, Pelidesque Neoptolemus, primusque Machaon, Et Menelaus, et ipse doli fabricator Epeus.'

[t] *Ad perfectum*] Quid hoc? 'Præcipuus ad perfectum circa peritiam medicæ artis?' dele modo *ad perfectum*.

[u] *Præcipuus fuisse traditur*] Nam et Æsculapii filius erat.

CAP. II.

ARGUMENTUM. Jani nativitas et in Italiam adventus. Janiculum urbs ab eo condita.

1. SED ut ad propositum revertamur, ferunt Creusam[x] Erechthei regis Atheniensium filiam speciosissimam, stu-

NOTÆ

[x] *Ferunt Creusam*] Nescio sane unde hanc fabulam hausit scriptor

pratam ab Apolline, enixam puerum, eumque Delphos olim educandum esse missum; ipsam vero a patre, istarum rerum nescio, Xipheo cuidam[y] comiti collocatam. 2. Ex qua cum ille pater non posset existere, Delphos eum petiisse ad consulendum oraculum, quomodo pater fieri posset. Tum illi Deum respondisse, ut quem postero die obviam habuisset, eum sibi adoptaret. 3. Itaque supra dictum puerum, qui ex Apolline genitus erat, obviam illi fuisse, eumque adoptatum. 4. Cum adolevisset, non contentum patrio regno cum magna classe in Italiam devenisse, occupatoque monte urbem ibidem constituisse, eamque ex suo nomine Janiculum[z] cognominasse.

CAP. II. 1 *Ereithei* Schott. Gaesbeeckii. Mox, *Xutho* pro *Xipheo* al. ante Schott. 'Si libri ulli sunt in quibus restat *Xutho* utique sequendi.' *Gruterus.* Infra pro *collocatam* alios *copulatam* legere monuit in margine Schottus.

NOTÆ

noster. Ea certe perquam ridicula est. Quis enim Erectheum Atheniensium regem, et Apollinem ante Janum, immo et Janum Apollinis filium, ferat? Quid ergo Janus apud Ovid. Fast. I. 'Me Chaos antiqui, nam res sum prisca, vocabant.'

[y] *Xipheo cuidam*] Lege *Xutho*. Xuthus enim Hellenis et Orseidos Nymphæ filius, Creusam Erecthei filiam duxit. Apollod. lib. I. Ἕλληνος δὲ καὶ νύμφης Ὀρσηΐδος, Δῶρος, Ξοῦθος, Αἴολος, αὐτὸς μὲν οὖν ἀφ' αὑτοῦ, τοὺς καλουμένους Γραικοὺς προσηγόρευσεν Ἕλληνας· τοῖς δὲ παισὶν ἐμέρισε τὴν χώραν. καὶ Ξοῦθος μὲν λαβὼν τὴν Πελοπόννησον, ἐκ Κρεούσης τῆς Ἐρεχθέως Ἀχαιὸν ἐγέννησε, καὶ Ἴωνα, ἀφ' ὧν Ἀχαιοὶ καὶ Ἴωνες καλοῦνται. Id est: *Ex Hellene autem et Orseide Nympha nati sunt Dorus, Xuthus et Æolus. Is quidem de se Hellenas, qui postea Græci vocati sunt, nominavit: filiis vero loca partitus est. Xuthus adeptus Peloponnesum ex Creusa Erecthei filia Achæum genuit et Ionem, a quibus Achivi et Iones nuncupantur.*

[z] *Janiculum*] In regione transtiberina, ad lævum latus Tiberis.

CAP. III.

ARGUMENTUM. Saturni profugi in Italiam adventus. Saturnia arx condita. Agriculturæ inventio, ferique homines ad vitam compositam reducti a Saturno. Usus signandi æris et monetæ cudendæ repertus; ejusque prima forma. Caput aut navem, aleatorum optio unde exorta. Ærarium Saturni. Saturno tam bene merito de priscis Italis, cur tamen Jano in sacris omnibus primus locus delatus.

1. IGITUR Jano regnante apud indigenas rudes incul-

tosque, Saturnus, regno profugus, cum in Italiam venisset, benigne exceptus hospitio est; ibique haud procul a Janiculo arcem suo nomine Saturniam[a] constituit. 2. Isque primus agriculturam edocuit, ferosque homines et rapto vivere assuetos ad compositam vitam eduxit: unde Virgilius in octavo sic ait:

Hæc nemora indigenæ[b] Fauni Nymphæque tenebant,
Gensque virum truncis et duro robore[c] nata:
Quis neque mos neque cultus[d] erat: nec jungere tauros,
Aut componere opes norant, aut parcere parto:
Sed rami,[e] atque asper victu venatus[f] alebat.

3. Omissoque Jano, qui nihil aliud quam ritum colendorum Deorum religionesque induxerat, se Saturno maluit annectere;[g] qui, vitam moresque feris etiam tum mentibus insinuans, ad communem[h] utilitatem, ut supra diximus,

CAP. III. 2 'Loco *eduxit* Klotz. in Anim. Crit. p. 32. scribere jubet *deduxit*.' Harl. *Traduxit* reponendum in margine monuerat etiam Schottus. '*Hæc nemora*. Vet. cod. *hæc loca* contra metri legem.' *Sylburg*.—3 '*Que* vel abundat, ut sæpius, vel cum Grunero mutandum in *quæ*, scil. 'gens.'' *Harl.* '*Insinuans ad*. Lego *mentibus insinuans ad comm*. vulgo legitur *insinuasse*, sensu

NOTÆ

[a] *Saturniam*] In regione cistiberina, in monte Tarpeio. Varr. de L. L. lib. IV. 'Antiquum oppidum in hoc monte Tarpeio fuisse Saturniam scribitur.' Hic mons Saturnius etiam dictus fuit.

[b] *Indigenæ*] Αὐθιγενεῖς, id est, ibi nati, geniti, nec aliunde advecti.

[c] *Truncis et duro robore*] Quod homines primum in cavis arboribus et speluncis habitarent Lucret. lib. V. 'Nec dum res igni scibant tractare, nec uti Pellibus, et spoliis corpus vestire ferarum: Sed nemora, atque cavos montes, sylvasque colebant; Et frutices inter condebant squalida membra.' Inde eos poëtæ arborum truncis et duris quercubus natos fabulati sunt.

[d] *Quis neque mos neque cultus*] Lucret. ibid. 'Nec commune bonum poterant spectare, nec ullis Moribus inter se scibant, nec legibus uti.'

[e] *Sed rami*] Lucret. ibid. 'Quod sol atque imbres dederant, quod terra crearat Sponte sua, satis id placabat pectora donum.'

[f] *Atque asper victu ven.*] Junge *victu* cum *alebat*; et *alebat victu* nil aliud est quam *alebat*.

[g] *Se Saturno maluit annectere*] Quis se maluit annectere? Gens illa virum truncis et duro robore nata? Vix hanc scribendi rationem probabunt eruditi.

[h] *Insinuans, ad comm.* [*insinuasse* (*dicitur et*) *ad comm.*] Verba semicirculis inclusa in Mss. deesse signifi-

disciplinam colendi ruris edocuit, ut quidem indicant illi versus:

> **Is genus indocile ac dispersum montibus altis**
> **Composuit, legesque dedit, Latiumque vocari[i]**
> **Maluit, his quoniam latuisset tutus in oris.**

4. Istum[k] etiam usum signandi æris, ac monetæ in formam incutiendæ ostendisse traditur, in qua ab una parte caput ejus[l] imprimeretur, altera navis, qua vectus illo erat. 5. Unde hodieque aleatores posito nummo opertoque,[m] optionem collusoribus ponunt enuntiandi, quid putent subesse, caput, aut navem: quod nunc vulgo corrumpentes 'naviam' dicunt.[n] 6. Ædes quoque sub clivo Capitolino, in quo pecuniam conditam habebat, Ærarium Saturni[o] ho-

imperfecto, cui supplendo Schottus addidit, quod in Ms. deest, *dicitur et*. Minus abit nostra emendatio.' *Scriverius.* prob. Arntz. *Insinuasse* (*dicitur et*) Schott. Gaesb. Delph. Pitisc.—4 Vide Not. Delph. inf.—5 *Naviandi* omnes reliquæ edd. præter Schoenberger. Aut deesse vocem aut *naviam* legendum putantur. Quare forte vera sit doctiss. Scriverii conjectura, qui legit, *Qui vitam moresque feris etiam tum mentibus insinuans ad communem, &c.*

NOTÆ

[i] *Latiumque vocari*] Ovid. Fast. I. 'Dicta quoque est Latium terra, latente Deo.'

[k] *Istum*] Saturnum scilicet. al. legunt *Is tum*.

[l] *Caput ejus*] Jani non Saturni. De hoc ære ubi ab una parte forma Jani biceps, et ab altera ratis erat impressa, Ovid. Fast. I. 'Sed cur navalis in ære Altera signata est, altera forma biceps? Noscere me duplici posses in imagine, dixit; Ni vetus ipsa dies extenuaret opus. Causa ratis superest. Tuscum rate venit in amnem Ante pererrato falcifer orbe Deus. At bona posteritas puppim formavit in ære Hospitis adventum testificata Dei.'

[m] *Posito nummo opertoque*] Non solum posito, et operto, sed et in altum jacto. Utroque modo hodieque fit. Ludum vocamus, *jouer à croix ou pile.*

[n] '*Naviam*' [*navigandi*] *dicunt*] In al. *Naviandi.* Sed legendum *naviam;* est autem navia idem quod linter, 'ex uno ligno exculpto; ut navis, quo utuntur alveo in vindemia.' Fest. Pomp. hujus autem rei meminit Macrob. Saturnal. I. 7. 'Janus cum Saturnum classe pervectum excepisset hospitio, et ab eo edoctus peritiam ruris, ferum illum et rudem ante fruges cognitas victum in melius redegisset, regni eum societate muneravit. Cum primus quoque æra signaret, servavit et in hoc Saturni reverentiam, ut quoniam ille navi fuerat advectus, ex una quidem parte sui capitis effigies, ex altera vero navis exprimeretur, quo Saturni memoriam etiam in posteros propagaret. Æs ita fuisse signatum hodieque intelligitur in aleæ lusu, cum pueri denarios in sublime jactantes capita aut naviam, lusu teste vetustatis, exclamant.'

[o] *Ærarium Saturni*] Cave credas

dieque dicitur. 7. Verum quia, ut supra diximus, prior illuc Janus advenerat, cum eos post obitum divinis honoribus cumulandos censuissent, in sacris omnibus primum locum Jano detulerunt; usque eo, ut etiam, cum aliis Diis sacrificium fit, dato thure in altaria, Janus prior nominetur,[p] cognomento quoque addito Pater,[q] secundum quod noster cognomento sic intulit:

Hanc Janus Pater, hanc Saturnus condidit arcem.

Ac subindit:

Janiculum huic, illi fuerat Saturnia nomen.

Eique, eo quod[r] mire præteritorum memor, tum etiam futuri, [dixerit:

Rex arva Latinus[s] et urbes
Jam senior longa placidas in pace regebat.

tant Schott. et Sylburg. Vide not. inf.—7 '*Cognomento* vel ex superiore versu male huc irrepsit, vel legendum *secundum quod Noster* (Virgilius) *cognomentum*, quæ repetitio ejusdem vocabuli vel optimis scriptoribus haud infrequens est.' *Harl.* 'Forsan leg. *noster Maro sic intulit*: exstat autem Maronis locus Æn. VIII. 357.' *Sylburg.* 'Grunero post voc. *futuri* non pauca videntur excidisse: illa vero *dixerit* usque ad *liberum atque solutum*, ab aliena manu ascripta is opinans, uncis separavit a reliquo sermone. Suspecta quidem sunt omnino.' *Harl.* Uncis carent omnes reliquæ præter Bip. et Schoenb. edd. Incipit Bip. cap. 4. a verbis *Quidam autem.* 'Post parenthesin non pauca deesse videntur: aut certe verbum *dixerit*, cum iis quæ sequuntur, usque ad *quæritur*, pro aliis sunt inserta: ut fortasse talis quæpiam requiratur lectio: *eique (eo quod mire præteritorum memor, tum etiam futuri) gemina seu biceps affingitur facies: ut idem Maro testatur his verbis, Saturnusque Senex, Janique bifrontis imago quæritur q.* porro Sallustii locus, quem citat auctor, exstat initio Catilinariæ.' *Sylburg.*

NOTÆ

ærarium fuisse Saturni tempore, nam ejus ædem primus ærarium fecit Valerius Publicola.

[p] *Janus prior nominetur*] Horat. Epist. XVI. 1. 'Quandocumque Deos vel porco vel bove placat, Jane Pater, clare, clare cum dixit, Apollo, Labra movet metuens audiri.' Vid. Ovid. Fast. l. I. et Macrob. Saturn. I. 9.

[q] *Cognomento quoque addito Pater*] Ut et Deos omnes Patres appellabant. Quamvis Janum propria appellatione, non honoris tantum gratia, Patrem appellatum verisimile est, cum ab eo omnia initium duxisse crederentur. Immo et innuit Athenæus, lib. ult. Ἴανος, ὁ παρ' ἡμῶν θεὸς, ὃν πατέρα προσαγορεύομεν, id est, *Janus, qui nobis Deus est, quem Patrem vocamus.*

[r] *Eique, eo quod, &c.*] Quorsum hæc pertineant non video; nil tamen vel corruptum, vel deperditum ausim pronuntiare, cum de iis nihil interpretes, quibus opinor prona omnia et facilia visa sunt. Videant acutiores.

[s] *Rex arva Latinus*] Æneid. VII. 45.

CAP. IV.

ARGUMENTUM. Aborigines. Unde appellati. Picus rex Italiæ. Post eum Faunus. Versus Saturnii. Faunus et Silvanus dictus, et Inuus et Pan.

1. Quo regnante[t] Trojanos[u] refert Italiam devenisse: quæritur, quomodo Sallustius dicat, 'Cumque his[x] Aborigines, genus hominum agreste, sine legibus, sine imperio, liberum atque solutum?'] 2. Quidam autem tradunt, terris diluvio coopertis, passim multos diversarum regionum in montibus, ad quos confugerant, constitisse: ex quibus quosdam sedem quærentes, pervectos in Italiam, Aborigines appellatos: Græca scilicet appellatione, a cacuminibus montium, qui illi oræ faciunt.[y] 3. Alii volunt, eos, quod errantes[z] illo venerint, primo Aberrigines, post, mutata una litera, altera ademta, Aborigines cognominatos. 4. Eos advenientes Picus[a] excipit, permissos vivere, ut vellent. 5. Post Picum regnavit in Italia Faunus, quem a fando dictum volunt,[b] quod is solet futura præcinere versibus,

CAP. IV. 2 'Victoris etymologia est ridicula: in qua præter ea legendum est cum Schotto, *a cacuminibus montium, quæ illi ὄρη vocant*. (probb. Sylb. et Arntz.) Non placet Klotzii conjectura l. m. *quæ illis oræ fuerunt*, ut *oræ* sit

NOTÆ

[t] *Quo regnante*] Latino.

[u] *Trojanos*] Ænea duce.

[x] *Quæritur, quomodo Sallustius dicat, 'Cumque his*] Hoc est: quo tempore Æneas cum profugis Trojanis Italiam appulit, tum Aboriginum rex erat Latinus. Quomodo igitur Sallustius dicere potuit, Aborigines sine imperio fuisse? Solutionem hanc dedit Zanchius: Quia, inquit, tunc Latinus prælio adversus finitimos Rutulos collato decesserat. Sed vix huic objectioni ita occurrendum esse judico: Aborigines enim sine legibus, sine imperio, quippe genus agreste, nulli obtemperare suetum, sed pro libidine se cuicumque vellet addicere.

[y] *Qui illi oræ faciunt*] Vere Schottus, *quæ illi ὄρη vocant*: ὄρη sunt montes. Sed ridiculum *Aborigines* ἀπὸ τοῦ ὄρεος.

[z] *Quod errantes*] Ridiculum; idem tamen Festus Pomp. et Dionys. Halicarn. Aborigines qui ab origine ibi fuerunt, non ex stirpe adventitia.

[a] *Picus*] Saturni filius, Fauni pater Virg. Æneid. VII. 'Fauno Picus pater, isque parentem Te, Saturne, refert, tu sanguinis ultimus auctor.'

[b] *Quem a fando dictum volunt*] Varro de L.L. lib. VI. 'Fauni Dei Latinorum, ita ut Faunus et Fauna sint in versibus quos vocant Saturnios; in sylvestribus traditum est solitos fari, a quo fando Faunos dictos.'

quos Saturnios[c] dicimus; quod genus metri in vaticinatione Saturniæ primum proditum est. 6. [Sed urbem Saturnus,[d] cum in Italiam venisset, condidisse traditur.] Ejus rei Ennius testis est, cum ait,

Versibus quos olim[e] Fauni vatesque canebant.

7. Hunc Faunum[f] plerique eundem Sylvanum a sylvis, Inuum Deum; quidam etiam Pana, vel Pan esse dixerunt.

genitivus.' *Harl.*—6 '*Sed urbem* .. *traditur.* Hæc verba Sylburg. Gruterus et Arntzen. post versum Ennii putant collocanda. Melius suspicatur Grunerus ea ab aliena manu in margine Aurelii explicandi causa scripta, deinde in textum irrepsisse: hinc uncis (qui in reliquis præter Bip. et Schoenb. edd. desunt) ea inclusit.' *Harl.* Pro *urbem* Schottus mavult *versus*.—7 Ex Schotti emendatione qui in contextu habet cum Gaesb. Pitisc. *Invium Deum*.

NOTÆ

[c] *Quos Saturnios*] A Saturno versus Saturnii dicti sunt: eorum lex adeo soluta fuit, ut non metrum, sed simplex cum rythmo cantus fuerint.

[d] *Sed urbem Saturnus*] Quis non videt hæc male suis sedibus mota fuisse? Ea igitur ex Gruteri conjectura sic ordinanda sunt: 'Quod genus metri in vaticinatione Saturniæ primum proditum est. Ejus rei testis est Ennius cum ait, 'versibus quos olim Fauni vatesque canebant.' Sed urbem Saturnus,' &c.

[e] *Versibus quos olim*] Locus Ennii integer: 'Scripsere alii rem Versibus quos olim Fauni vatesque canebant, Cum neque musarum scopulos quisquam superarat, Nec dicti studiosus erat.' Quæ satis indicant inconditos versus fuisse Saturnios.

[f] *Hunc Faunum*] Idem Livius lib. I. et Servius Æneid. VI.

CAP. V.

ARGUMENTUM. Evandri Arcadis cum Carmenti matre in Italiam adventus. Carmenta a carminibus, vel hæc ab illa dicta potius. Evander ob eruditionem facile se apud Faunum insinuat. Pallanteum mons post Palatium dictus. Ibi Pani fanum ab Evandro dedicatum. Pan Deus Arcadiæ. Literas Itali primum ab Evandro edocti et alia ad terræ cultum.

1. IGITUR regnante Fauno, ante annos circiter sexaginta[g] quam Æneas in Italiam deferretur, Evander Arcas, Mercurii et Carmentis Nymphæ filius, simul cum matre

NOTÆ

[g] *Ante annos circiter sexaginta*] Si vere rationem putes, anni sunt 67. Evander enim colonos in Latium deduxit anno mundi 2698. Æneas vero Laurentium venit anno 2769.

eodem venit: quam quidam memoriæ prodiderunt primo Carmentim dictam, post Nicostraten, de carminibus,[h] eo, quod videlicet omnium literarum peritissima, futurorumque prudens, versibus canere sit solita: adeo ut plerique velint, non tam ipsam a carmine Carmentam, quam carmina, a qua dicta essent, appellata. 3. Hujus admonitu[i] transvectus in Italiam Evander, ob singularem eruditionem atque scientiam literarum, brevi tempore in familiaritatem Fauni se insinuavit, atque ab eo hospitaliter benigneque exceptus, non parvum agri modum ad incolendum accepit; quem suis comitibus distribuit, exædificatis domiciliis in eo monte, quem primo tum illi a Pallante[k] Pallanteum,[l] postea nos Palatium[m] diximus: ibique Pani Deo fanum[n] dedicavit: quippe is familiaris Arcadiæ Deus est, teste etiam Marone, qui ait,

Pan Deus Arcadiæ[o] captam te, Luna, fefellit:

Et item,

Pan etiam[p] Arcadia mecum si judice cantet.

4. Primus itaque omnium Evander Italicos homines legere et scribere edocuit, literis, partim quas ipse[q] antea didice-

CAP. V. 3 '*Palatium.* Hoc loco in margine reposuerat Schottus et Sylburgius: alii *Palatinum.*' Arntz. Vide Nott. Var. '*Marone.* Prior Virgilii locus extat Georg. III. 392. alter, Bucolic. Ecloga IV. ubi *certet* legitur pro *cantet.*' Sylburg.—4 '*Litteris partim quas ipse.* Requiri videtur talis quæpiam lectio: *partim quas ipse invenerat, partim quas a veteribus ante didicerat.* Plin.

NOTÆ

h *De carminibus*] Carmentam dictam de carminibus. Ovid. Fast. I. 'Ipsa mone, quæ nomen habes a carmine ductum.'

i *Hujus admonitu*] Vid. Ovid. Fast. I. 475. qui hanc historiam fuse persequitur.

k *A Pallante*] Evandri filio.

l *Pallanteum*] Virg. 'Et nobile Pallanteum.' Item 'Pallantis proavi de nomine Pallanteum.'

m *Postea nos Palatium*] Solin. cap. I. 'Palatium nemo dubitaverit quin Arcadas habeat auctores, a quibus primum Pallanteum oppidum, &c. Sunt qui velint a balatibus ovium, mutata litera, vel a Pale pastorali Dea; aut, ut Silenus probat, a Palanthe Hyperborei filia.' Vide Festum in voce 'Palatium.'

n *Ibique Pani Deo fanum*] Fuit et sylva eidem Pani consecrata.

o *Pan Deus Arcadiæ*] Georg. III. 392. 'Munere sic niveo lanæ (si credere dignum est,) Pan Deus,' &c.

p *Pan etiam*] Eclog. IV.

q *Literis, partim quas ipse*] Partim, quia et ipse quasdam invenisse traditur.

rat: idemque fruges in Græcia[r] primum inventas ostendit, serendique usum edocuit, terræque excolendæ gratia primus boves in Italia junxit.

VII. 56. literas in Græciam e Phœnice per Cadmum, e Græcia vero in Italiam per Pelasgos illatas refert.' *Sylburg.*

NOTÆ

[r] *In Græcia*] Athenis; ideo eas 'frugum parentem' vocat Florus.

CAP. VI.

ARGUMENTUM. Recarani, qui et Hercules, in Italiam adventus: cui Cacus, servus Evandri, boves surripit; ideoque ei noxæ datur ab Evandro. Ara Maxima ab Hercule consecrata. Unde mos Herculi profanandi decimam tractus sit. Plautus explicatus. Cur fœminæ ab Ara Maxima arceantur.

1. Eo regnante, forte Recaranus quidam[s] Græcæ originis, ingentis corporis et magnarum virium pastor, qui erat forma et virtute ceteris antecellens, Hercules appellatus, eodem venit. 2. Cumque armenta ejus circa flumen Albulam[t] pascerentur, Cacus Evandri servus, nequitiæ versutus,[u] et præter cetera furacissimus, Recarani hospitis boves surripuit; ac, ne quod esset indicium, aversas in speluncam attraxit. 3. Cumque Recaranus, vicinis regionibus peragratis, scrutatisque omnibus ejusmodi latebris, desperasset inventurum, utcumque æquo animo dispendium ferens, excedere his finibus constituerat. 4. At

CAP. VI. 2 '*Nequitiæ versutus.* Græcismo excusari potest. Sed legi potest etiam ablativo casu *nequitia* vel *nequitie.*' Sylburg. 'Mox *præter cetera*, h. e. præter ceteras artes, versutias, &c. (prob. Arntz.) Klotz. tamen in Misc. Crit. probat Munkeri correctionem *præter ceteros*, Cacum n. omnes furandi cupi-

NOTÆ

[s] *Recaranus quidam*] De Recarano nil usquam me legisse memini. Neque scio, unde hæc hauserit Cassius. At Carani Heraclidæ meminere, Liv. l. XLV. Plutarch. in Alexandro, Solinus c. 15. Justin. l. VII. Paterculus lib. I. et Suidas.

[t] *Albulam*] Qui Tibris postea dictus est.

[u] *Nequitiæ versutus*] Mira locutio. *Nequitiæ*, in dandi casu.

vero Evander, excellentissimæ justitiæ vir, postquam rem, uti acta erat, comperit, servum noxæ dedit,[x] bovesque restitui fecit. 5. Tum Recaranus sub Aventino Inventori Patri[y] aram dedicavit, appellavitque Maximam,[z] et apud eam decimam sui pecoris profanavit.[a] 6. Cumque ante moris esset, uti homines decimam fructuum regibus suis præstarent, æquius sibi ait videri, Deos potius illo honore impartiendos esse, quam reges; inde videlicet tractum, ut Herculi decimam profanari mos esset, secundum quod Plautus: 'In partem,' inquit, 'Herculaneam,'[b] id est, decimam. 7. Consecrata igitur Ara Maxima, profanataque apud eam decima, Recaranus, eo quod Carmentis invitata ad id sacrum non affuisset, sanxit, ne cui fœminæ fas esset vesci ex eo, quod eidem aræ sacratum esset: atque ab ea[c] re divina fœminæ in totum remotæ.

ditate arteque superasse.' *Harl.*—3 *Ejuscemodi* Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. —6 'In Sticho: ubi tamen legitur *detraxi partem Hercul.* et in Trucul. Act. 2.' *Schott.* et *Sylburg.* Vide Not. inf.—7 'Forte *atque eam rem, &c.* sed præstaret notari tempus, ex quo remotæ mulieres ab Herculaneo sacrificio: itaque videsis num legendum *atque ab eo*, ut subintelligatur 'tempore.'' *Gruter.* '*Ob ea*, vel, *itaque ab ea* in margine conjecerat Schottus, sed nihil mutandum recte monuit Anna.' *Arntz.* Vide Not. inf.

NOTÆ

[x] *Noxæ dedit*] Noxæ dedere, est in delicti pœnam dare.

[y] *Inventori Patri*] Jovi.

[z] *Appellavitque Maximam*] Sive quod ingens esset, sive quod maximæ dignationis. Serv. Æneid. VIII. 'Ingens enim est ara Herculis, sicut videmus hodieque post januas Circi Maximi. Alii maximam ideo dicunt, quia illo tempore omnibus erat honore potior.'

[a] *Profanavit*] Id est, polluxit, propalam exposuit. Varr. de L.L. lib. v. 'Profanatum quod in sacrario pollutum.'

[b] *In partem, inquit, Hercul.*] Nullibi apud Plautum legitur *in partem Hercul.* Sed in Trucul. 'Mihi partem detraxi Herculaneam.'

[c] *Atque ab ea*] Legendum suspicatur Gruterus *atque ab eo*; id est, ab eo tempore: notatur enim tempus ex quo remotæ mulieres ab Herculaneo sacrificio. Sed falli Gruterum puto. Nihil enim mutandum. Ait Victor ab ea ara (Maxima scilicet) remotas mulieres re divina. Quippe cum duæ essent aræ Herculis, altera in foro Boario, altera ad portam trigeminam in regione Circi Maximi, ab ista tantum mulieres prohibebantur. Plutarch. in Quæst. Rom. διὰ τί, δυοῖν βωμῶν Ἡρακλέους ὄντων, οὐ μεταλαμβάνουσι γυναῖκες, οὐδὲ γεύονται τῶν ἐπὶ τοῦ μείζονος θυομένων; *Cum duæ sint aræ Herculis, cur mulieres prohibentur participes eorum* (fieri) *quæ apud majorem sacrificantur?* Et inde fortasse error eorum qui duas aras maximas esse contendunt, &c.

CAP. VII.

ARGUMENTUM. Alia e libris pontificalium de Hercule, ejusque boum grege, et cæde latronis Caci.

1. HÆC Cassius lib. I. At vero in libris pontificalium[d] traditur Hercules, Jove atque Alcmena genitus, superato Geryone,[e] agens nobile armentum,[f] cupidus ejus generis boves in Græcia instituendi, forte in ea loca venisse, et ubertate pabuli delectatus, ut ex longo itinere homines sui et pecora reficerentur, aliquamdiu sedem ibi constituisse. 2. Quæ cum in valle, ubi nunc est Circus[g] Maximus, pascerentur, neglecta custodia, quod nemo credebatur ausurus violare Herculis prædam, latronem quendam regionis ejusdem, magnitudine corporis et virtute ceteris prævalentem, octo boves in speluncam, quo minus furtum vestigiis colligi posset, caudis abstraxisse. 3. Cumque inde Hercules proficiscens, reliquum armentum casu præter eandem speluncam ageret, forte quadam inclusas boves transeuntibus admugisse, atque ita furtum detectum: 4. interfectoque Caco, Evandrum, re comperta, hospiti obviam ivisse, gratantem, quod tanto malo fines suos liberasset; compertoque, quibus parentibus ortus esset Hercules, rem ita, uti erat gesta, ad Faunum pertulisse. Tum eum quoque amicitiam Herculis cupidissime appetisse. Quam opinionem sequi metuit noster Maro.[h]

CAP. VII. 4 'Schottus conjecit *maluit* pro *metuit;* Sylburg. *sequi meruit,* h. e. non dedignatus est sequi, dignam duxit quam sequeretur, quæ conjectura est ingeniosa, parumque abest ab ingenio sæculi quo scripsit auctor, et ab literarum ductu; Arntzen. putat excidisse *non,* quod factum sæpius est, et legendum *sequi non metuit:* Grunerus posse reponi quoque opinatur *nec sequi metuit.*' Harl.

NOTÆ

[d] *In libris pontificalium*] Quos sequuntur Virg. lib. VIII. Ovid. Fast. I. Liv. lib. I. aliique.

[e] *Geryone*] Chrysaoris et Callirrhoës filius fuit Geryone, trium hominum corpore præditus. Habitabat Erytheam insulam, non procul ab oceano, quam nunc Gadera nominant. Apollod. lib. II.

[f] *Nobile armentum*] Quod fuit coloris punicei.

[g] *Ubi nunc est Circus*] Palatini latere meridionali, quod Aventino oppositum est. Non longe a Tiberi.

[h] *Sequi metuit noster Maro*] Immo *maluit:* et ita omnino legendum, ut

CAP. VIII.

ARGUMENTUM. De Potitiis et Pinariis.

1. CUM ergo Recaranus, sive Hercules,[i] Patri Inventori Aram Maximam consecrasset; duos ex Italia, quos eadem sacra certo ritu administranda edoceret, ascivit, Potitium et Pinarium.[k] 2. Sed eorum Potitio, quia prior venerat,[l] ad comedenda exta admisso, Pinarius, eo, quod tardius venisset, posterique ejus summoti: unde hodieque servatur: nemini Potitio Pinariæ gentis in eis sacris vesci licet. 3. Eosque alio vocabulo prius appellatos nonnulli volunt; post vero Pinarios dictos ἀπὸ τοῦ πεινᾶν,[m] quod videlicet jejuni, ac per hoc esurientes ab ejusmodi sacrificiis discedant. 4. Isque mos permansit usque Appium Claudium Censorem, ut Potitiis sacra facientibus, vescentibusque de eo bove, quem immolaverant, postquam inde nihil reliquissent, Pinarii deinde admitterentur. 5. Verum postea Appius Claudius accepta pecunia Potitios illexit,[n] ut administrationem sacrorum Herculis servos pub-

CAP. VIII. 2 *Qui* pro *quia* omnes reliquæ præter Schoenb. edd. ‘ *Potitio Pinariæ. Patrisio Pinariæ* conjiciebat in margine Schottus plaudente Sylburgio: quod tamen minus commodum videtur. Fortasse a mala manu inserta est prior vox vel transposita, cum legendum esset *Unde hodieque servantur Potitio; nemini Pinariæ, &c.* de ipsa historia agit Vorstius ad Val. Max. I. 1. ex. 17.’ *Arntz.* ‘ Placet Gruneri conjectura *Nemini cum Potitio Pinariæ gen-*

NOTÆ

optime Schottus. His enim gemina sunt quæ apud Virg. leguntur Æneid. VIII. 192.

[i] *Sive Hercules*] Quidam tamen non ipsum Herculem, sed Evandrum aram dicasse contendunt. Alii aliter: neque convenit inter auctores.

[k] *Ascivit, Potitium et Pinarium*] ‘ Sacrum Herculi, adhibitis ad ministerium dapemque Potitiis ac Pinariis, quæ tum familiæ maxime inclytæ ea loca incolebant, factum.’ Liv. I. 7.

[l] *Quia prior venerat* [*qui pr. ven.*] Idem Liv. ibid. ‘ Forte ita evenit ut Potitii ad tempus præsto essent, iisque exta apponerentur. Pinarii, extis adesis, ad ceteram venirent dapem. Inde institutum mansit, donec Pinarium genus fuit, ne extis solennium vescerentur.’

[m] *'Ἀπὸ τοῦ πεινᾶν*] Id est, a verbo *πεινᾶν, esurire:* sed ridiculum; illis enim, et Potitiis et Pinariis, nomen fuit ante Herculis sacrum institutum.

[n] *Potitios illexit*] Infra in libello de Viris Illustribus cap. 34. ‘ Potitios Herculis sacerdotes pretio corrupit, ut sacra Herculea servos publicos

licos edocerent, nec non etiam mulieres admitterent. 6. Quo facto aiunt intra dies triginta[o] omnem familiam Potitiorum, quæ prior in sacris habebatur, extinctam: atque ita sacra penes Pinarios resedisse, eosque tam religione quam etiam pietate edoctos, mysteria ejusmodi fideliter custodisse.

tis.' Harl.—6 'Putat Schottus fortasse legendum *penes Pinarios rediisse*: mox ibidem potius accus. casu legendum videtur *religionem et pietatem*.' Sylburg. '*Etiam pietate*. Conjiciebat Wasse ad Sallust. Jug. c. 96. *etiam impietate*, quod nempe Potitii propter scelus pœnas luerant. Ego nihil muto, cum præcedens *religione* receptæ lectioni faveat.' *Arntz.* 'Gruner vero mallit, *tam religionem*, (h. e. metum et reverentiam numinis Herculis, quam Potitii exuerant,) *quam etiam pietatem* (i. e. ipsam sacrorum castam administrationem,) *edoctos*: alii aliter. Pro *edoctos* mallit Klotzius in Miscell. Crit. p. 33. et antea jam Arntzen. *adductos*: atque facilior inde existit sensus.' *Harl.*

NOTÆ

edocerent: unde cæcatus est: gens Potitiorum funditus periit.'

[o] *Intra dies triginta*] Livius IX. 29. intra annum omnes cum stirpe extinctos dicit.

CAP. IX.

ARGUMENTUM. Æneæ, Ilio ab Antenore prodito, in Italiam adventus. Æneæ pietas. Ænus condita. Lavinia Æneæ uxor. Misenos urbs appellata ab interitu Miseni, gubernatoris, an tubicinis Æneæ.

1. POST Faunum Latino, ejus filio, in Italia regnante, Æneas, Ilio Achivis prodito ab Antenore,[p] aliisque principibus, cum præ se deos Penates, patremque Anchisen humeris gestans, nec non et parvulum filium manu trahens noctu excederet, orta luce cognitus ab hostibus, eo, quod tanta onustus pietatis sarcina[q] erat, non modo a nullo interpellatus, sed etiam a rege Agamemnone, quo vellet, ire permissus, Idam petit:[r] ibique navibus fabricatis, cum

NOTÆ

[p] *Ab Antenore*] Antenorem patriæ proditorem fuisse scribunt Cornel. Sisenna, et Servius. Sed contra Liv. I. 1.

[q] *Tanta onustus pietatis sarcina*] Vix quenquam ita locutum puto, de eo qui propter pietatem suum patrem humeris ferat.

[r] *Idam petit*] Virg. III. 5. 'Classemque sub ipsa Antandro, et Phry-

multis diversi sexus, oraculi admonitu, Italiam petit; ut docet Alexander Ephesius [s] lib. I. Belli Marsici. 2. At vero Lutatius [t] non modo Antenorem, sed etiam ipsum Æneam [u] proditorem patriæ fuisse tradit: 3. Cui cum a rege Agamemnone permissum esset ire quo vellet, et humeris suis, quod potissimum putaret, hoc ferret; nihil illum præter Deos Penates, et patrem, duosque parvulos filios, ut quidam tradunt, ut vero alii, unum, cui Iulo cognomen, post etiam Ascanio [x] fuerit, secum extulisse. 4. Qua pietate motos Achivorum principes remisisse, ut reverteretur domum, atque inde omnia secum, quæ vellet, auferret. Itaque eum magnis cum opibus, pluribusque sociis utriusque sexus a Troja digressum, longo mari emenso per diversas terrarum oras in Italiam devenisse; ac primum Thraciam appulsum, Ænum ex suo nomine [y] condidisse. 5. Dein

Cap. IX. 2 'In membranis fuisse *Lucatius* innuit Schottus noster, inclinatque in *Vulgatius* Sylburgiana conjectura; cujus hominis mentio iterum infra capite decimo: quod si admittimus, idem nomen rursus mutandum capite undecimo: sed locum suum utrobique tueri posset *Lutatius*, ut sit grammaticus ille de familia Q. Catuli, cujus meminit Suetonius, libello de Illustribus Grammaticis.' *Grut.*—4 'Pro *remisisse* divinant alii *permisisse;* at idem omnino notat vox altera, ut pluribus exemplis notificavi in Suspicionibus.' *Grut.*

NOTÆ

giæ molimur montibus Idæ.'

[s] *Alexander Ephesius*] Qui Lycnus fuit cognominatus. Historiam scripsit et carmina; Ovid. Strab. lib. XIV.

[t] *Lutatius*] Nescio cur Sylburgius legi voluerit *Vulcatius*. Id sane abunde refellitur ab iis scriptoribus qui Lutatii non minus quam Vulcatii meminerunt. Hic autem Q. *Lutatius* diversus est ab illo Q. Lutatio cui cognomen fuit Catulus, de quo Cicero in Bruto. Hujus opus 'communes historias' vocat Servius Æneid. IX.

[u] *Sed etiam ipsum Æneam*] Hoc refellit Liv. primulo initio l. I. ut supra dictum est.

[x] *Cui Iulo cognomen, post etiam Ascanio*] Hic Noster binominem vocat Ascanium, Livium et Virgil. secutus. 'Ascaniusque puer cui nunc cognomen Iulo.' Infra tamen Victor Iulum Ascanii filium facit. Cui Dionysius, Eusebius, aliique consentiunt. Ergo hinc etiam colliges libellum istum ab Aurel. Victore nunquam scriptum fuisse.

[y] *Ænum ex suo nomine*] Ænum oppidum littorale Thraciæ: ubi sepultus Polydorus. Sed falsum est Æneam Ænum urbem condidisse. Nec si condidisset, ab Ænea Ænus unquam vocata fuisset. Æneas non Ænum, sed Aineian condidit: quæ diversa est ab Æno: sed utramque veteres confuderunt. Ænus contra Cherroneson Thracicam in Melane sinu ad ostia Hebri fluminis, longe ante Æneam condita, utpote quæ aux-

cognita Polymnestoris perfidia[z] ex Polydori nece, inde digressum, pervectumque ad insulam Delum, atque illinc ab eo Laviniam, Anii sacerdotis[a] Apollinis filiam, in matrimonium ascitam, ex cujus nomine 'Lavinia littora' appellata.[b] 6. Postquam is, multa maria permensus, appulsus sit ad Italiæ promontorium, quod est in Baiano, circa Averni lacum, ibique gubernatorem Misenum morbo absumtum,[c] sepultum ab eo; ex cujus nomine urbem Misenon[d] appellatam, ut etiam scribit Cæsar, Pontificalium lib. I. Qui tamen hunc Misenum non gubernatorem, sed tubicinem fuisse tradit. 7. Inde non immerito utramque opinionem secutus Maro sic intulit:

At pius Æneas[e] ingenti mole sepulcrum
Imponit, suaque arma viro, remumque tubamque.[f]

NOTÆ

ilia ad Trojam miserit, Homero teste. Callimachus et Euphorion a socio Ulyssis dictam scripsere illic sepulto, eo tempore quo missus est ad frumenta portanda, ut refert Servius. Hæc Ænos in propinquo Polydori tumulum habuit. Ænea vero urbs ab Ænea nominata, et ab eodem exstructa, in Cherroneso, quæ Pallene vocatur, ad Thermæum sinum, haud longe a Thessalonica, ut luculenter testatur gravis auctor Dionysius. Græci scriptores disertim distinguunt *Αἶνον* et *Αἰνείαν*, ut et duas illas peninsulas Thracicas, quarum una ad Melana sinum, altera ad Thermæum, quæ et Macedonica. Hæc discrimina Latini auctores strenue confundunt. Nam Virgilius Aineadas vel Æneam in eo loco condi facit ab Ænea profugo, ubi erat Ænus. Et Mela: 'Eximia est Ænos ab Ænea profugo condita.' Perperam: diversa enim oppida Ænus et Ænea. Sed Æneiæ apud geographos nulla mentio, quia, ut Dionysius et Strabo testantur, cum aliis oppidis vicinis contributa est a Cassandro in nomen Thessalonicæ, eum ab eo conderetur. Ænus vero usque ad extrema Græciæ tempora permansit. Plura vide apud Salm. Exercit. Plin.

[z] *Polymnestoris perfidia*] Polymnestor Thraciæ rex fuit, apud quem Priamus, periclitante Troja, Polydorum filium misit cum magna auri copia, ut ad meliora fata servaretur. Sed, capto Ilio, Polymnestor eum auri cupiditate trucidavit.

[a] *Laviniam, Anii sacerdotis*] Nescio quos hic auctores Noster secutus sit, qui Laviniam non Latini regis, sed Anii sacerdotis filiam facit, eamque in Delo, non in Italia, ab Ænea ductam.

[b] *Laviniæ littora appellata*] Quidam tamen ea hoc nomen ante Æneæ adventum habuisse contendunt. Vide quæ de ea re Erythræus.

[c] *Morbo absumtum*] Immo 'Indigna morte peremtum,' qui scilicet sub aquis mersus fuit.

[d] *Urbem Misenon*] Montem etiam, Virg. 'Monte sub aërio, qui nunc Misenus ab illo,' &c. Miseni urbis meminit Joseph. Antiquit. XIX.

[e] *At pius Æneas*] Æneid. VI. 233.

[f] *Remumque, tubamque*] Quod re-

8. Quamvis, auctore Homero, quidam asserant,[g] tubæ usum Trojanis temporibus etiam tunc ignoratum.

8 ' Pro *etiam tunc*, *etiam tum* in margine posuerat Schottus, quod eodem redit.' *Arntz.*

NOTÆ

mex et tubicen fuerat. Male qui per 'remum' lorum intelligunt quod continet tubam.

[g] *Auctore Homero, quidam asserant*] Tubam priscis ignotam fuisse argumento est quod, cum eam Homerus noverit, nunquam tamen heroibus tribuat. Eustath. Iliad. VI. p. 1139. edit. Rom. *φασὶ δὲ οἱ παλαιοὶ ὡς οἶδε μὲν ὁ ποιητὴς σάλπιγγα, ἥρωας δὲ οὐκ εἰσάγει χρωμένους αὐτῇ, οὐδὲ εἰδότας.* Id est: *Aiunt autem veteres tubam novisse quidem Homerum, heroas vero neque ea utentes, neque ejus usus peritos inducere.*

CAP. X.

ARGUMENTUM. Euxinii sinus appellatio. Æneas Sibyllam adit, deque futuris consulit. Prochytæ insulæ appellatio, et portus Caietæ. Laurens ora: ubi Æneas cum suis egressus accubuit, consumtoque cetero jam cibo, crustam de farreis mensis sacratis comedit.

1. ADDUNT præterea quidam, Æneam in eo littore Euxini cujusdam[h] comitis matrem ultimo ætatis affectam,[i] circa stagnum quod[k] est inter Misenon Avernumque extulisse,[l] atque inde loco nomen inditum, qui etiam nunc Euxinius sinus[m] dicitur: cumque comperisset, ibidem Sibyllam mortalibus futura præcinere, in oppido quod vocatur Cim-

CAP. X. 1 ' *Euxinum* vocat eum Serv. ad Virg. Æn. IX. 710. illius mater, ut notat Arntzenius, vocabatur *Boia*, quare, ejusdem Arntzenii mente, fortasse infra *Euboicus sinus*, pro *Euxinius*, (qui non occurrit,) erit scribendum.' *Harl.* Vide Not. Delph. in ill. loc. ' *Cimbarion* nuspiam occurrit. Hinc Arntzenius conjicit *Cumarum urbs* vel *Cumæa urbs* ex Virgil. Æn. III. 441. quod vero antecessit *oppido*, Gruner. malit *in oppido, quod vocabatur Cumæ ab incolis.* A duc-

NOTÆ

[h] *Euxini cujusdam*] De Euxino Æneæ comite nil compertum habeo, de eo enim alii scriptores tacent.

[i] *Ultimo ætatis affectam*] Id est, ultima ætate domitam, senectute affectam dixisset Cicero.

[k] *Circa stagnum quod*] An Lucrinum lacum intelligit?

[l] *Extulisse*] Ad sepulturam, proprie.

[m] *Etiam nunc Euxinius sinus*] Tamen de Euxinio sinu nil usquam re-

barionis,[n] venisse eo sciscitatum de statu fortunarum suarum: aditisque fatis, vetitum, ne is cognitam in Italia sepeliret Prochytam,[o] cognatione sibi conjunctam, quam incolumem reliquerat. 2. Et postquam ad classem rediit, reperitque mortuam, in insula proxima[p] sepelisse, quæ nunc quoque[q] eodem est nomine, ut scribunt Vulcatius[r] et Acilius Piso. 3. Inde profectum pervenisse in eum locum, qui nunc portus Caietæ[s] appellatur, ex nomine nutricis[t] ejus, quam ibidem amissam sepeliit. 4. At vero Cæsar et Sempronius[u] aiunt, Caietæ cognomen fuisse, non nomen, ex eo scilicet inditum, quod ejus consilio impulsuque matres Trojanæ tædio longi navigii classem ibidem incenderint,[x] Græca scilicet appellatione ἀπὸ τοῦ καίειν, quod est *incendere*. 5. Inde ad eam Italiæ oram, quæ ab

tibus corruptæ lectionis minus recedit conjectura Ortelii in ejus Thes. Geograph. voc. 'Cimbarionis' et 'Euxinium,' qui suspicatur *Cimmerium*, aut, uti Heynius Exc. ad Virg. VI. p. 664. scripsit *Cimmerion*, quod oppidum juxta lacum Avernum ponit Plinius.' *Harl.* '*Cognitam* pro interpretamento habent Arntzen. et Heyn. l. cit. prior tamen quoque substituere malit *cognatam*, (ex Nævio apud Servium ad Virg. Æn. IX. 715.) et verba sequentia *cognatione sibi conjunctam* a mala manu ex glossa marginali recepta putat: Gruner. rescribere jubet *denatam*, quod vocabulum sequentia *quam incolumem reliquerat*, et mox, *reperitque mortuam* desiderare videantur. Klotzius in Miscell. Critic. nihil mutat; et *cognitam* explicat vel, 'quam bene jam notam sibi,' vel, 'ne sepeliret Prochytam, illius morte cognita sive audita in Italia,' et laudat Burmann. ad Ovidii Metam. XII. An, f. *cognita morte?*' Harl.

NOTÆ

perias. Dubitavit Ortel. num legendum sit *Ausonius*; quod fieri nequit nisi etiam supra pro *Euxini* legatur *Ausonii*, quod nemini probabitur.

[n] *Cimbarionis*] Nomen istud nullibi apud alios auctores legitur, quare corruptum putavit Ortel. legendumque *Cimmerium*, quod oppidum juxta lacum Avernum agnoscit Plin.

[o] *Prochytam*] De Prochyta muliere, Æneæ cognatione conjuncta, nil reperire potui.

[p] *In insula proxima*] In sinu Puteolano.

[q] *Quæ nunc quoque*] Prochyta, melius alii Prochytam ab effusione dictam volunt, quippe quæ ab Ænaria sit profusa. Græcis προχύτη a προχέω *profundo*, *effundo*. Vid. Plin. lib. III. cap. 6.

[r] *Vulcatius*] Nescio an is sit *Vulcatius Terentianus*.

[s] *Portus Caietæ*] Hodie *Gaieta*.

[t] *Ex nomine nutricis*] Virgil. lib. VII. Æneid. initio. 'Tu quoque littoribus nostris, Æneia nutrix, Æternam moriens famam, Caieta, dedisti.'

[u] *Sempronius*] Sempronius Asellio, ut puto, qui rerum Romanarum libros scripsit. Fuit et alter Sempronius, C. Sempr. Tuditanus dictus, quem hic signari non puto.

[x] *Classem ibidem incenderint*] Virgilius tamen in Sicilia classem incensam dicit, non in Italia; et hortatu Iridis, non Caietæ.

arbustò ejusdem generis Laurens [y] appellata est, Latino regnante, pervectum cum patre Anchise,[z] filioque et ceteris suorum, navibus egressum, in littore accubuisse, consumtoque, quod fuerat cibi, crustam etiam de farreis mensis, quas sacratas [a] secum habebat, comedisse.

NOTÆ

[y] *Ab arbusto ejusdem generis Laurens*] Laurens vel Laurentum a laurea sylva. Varr. de L. L. lib. IV. 'Laurentum ab eo quod ibi sepultus est T. Tatius rex, qui a Laurentibus interfectus est, ab sylva laurea, quod ea ibi excisa, et ædificatus vicus.'

[z] *Cum patre Anchise*] Quem longe ante vita functum tradit Virgil.

[a] *Crustam etiam de farreis mensis, quas sacratas*] Mensas intellige quæ ex frumento confectæ Diis penatibus consecrabantur. Vid. Virg. Æneid. lib. III. vs. 257. et lib. VII. vs. 114.

CAP. XI.

ARGUMENTUM. Anchises inde erroris finem conjicit. Aliud portentum. Lavinium conditum. Aliter de mensis devoratis ex Domitio narratum. Posteris unde traditus mos velandi inter sacrificandum.

1. TUM Anchisa conjiciente, illam esse miseriarum errorisque finem; quippe meminerat, Venerem sibi aliquando [b] prædixisse, cum in externo littore esurie compulsi sacratasque mensas invasissent, illum condendæ sedis fatalem locum [c] fore: 2. Scrofam etiam incientem,[d] quam cum e navi produxissent, ut eam immolarent, et se ministrorum manibus eripuisset, recordatum Æneam, quod aliquando ei responsum esset, urbi condendæ quadrupedem futuram ducem. 3. Tum simulacris Deorum Penatium [e] prosecutum,

CAP. XI. 1 Sylburg. legendum putat *sacratas quoque mensas*.—2 'Vet. cod. *intimentem*. Schottus *incientem* ex Festo reposuit: cui 'inciens' est propinqua partui; quod incitatus sit fœtus ejus.' *Sylburg.*—3 Vide Not. Delph. inf.

NOTÆ

[b] *Venerem sibi aliquando*] Apud Virg. harpyarum una Celæno nomine hanc famem prædicit lib. III.

[c] *Fatalem locum*] Fatis destinatum.

[d] *Incientem*] 'Inciens, propinqua partui, quod incitatus sit fœtus ejus.' Fest.

[e] *Tum simulacris Deorum Penatium*] Hic certe aliquid videtur desiderari. Saltem horum verborum non alius

atque illum, ubi illa procubuit enixaque est porculos triginta, ibidem auspicatum, postquam[f] Lavinium dixit:[a] ut scribit Cæsar lib. I. et Lutatius lib. II.

[a] *Porcam etiam parturientem, quam cum e navi eduxissent ut eam mactarent, et ea se ministrorum manibus subtraxisset, insecutum esse Æneam repetentem quod illi quandoque responsum esset, quadrupedem ducem fore urbi condendæ; tum etiam monitum simulacris Deorum Penatium, atque eum, ubi illa jacuit, peperitque porculos triginta, ibidem incepisse urbem, postque eam Lavinium vocavit.*

'Bene vidit Anna hæc non cohærere, neque tamen quidquam deesse existimem, modo levi immutatione ita legas: *ducem, cum simulacris Deorum Penatium prosecutum*: ut sensus sit, 'Æneam prosecutum esse cum simulacris scrofam.'' *Arntz.* 'Totum caput in libris scriptis mire depravatum et varie a viris doctis emendatum, Grunerus sic constituendum suspicatus est: *Tum Anchisa* . . . . . . *finem* (*quippe meminerat* . . . . . . *fatalem locum fore,*) *scrofam etiam incientem, quam tum e navi produxissent, ut eam immolarent, et se manibus ministrorum eripuisse, et recordatum Æneam,* . . . *futuram ducem, cum simulacris deorum Penatium prosequutum, atque urbem, ubi illa procubuit enixaque est porculos triginta, ibidem auspicatum post, quam Lavinium dixit.*' Harl. *Postque Lavinium* conj. in margine Schott. Mox *Lucatius* Schott. Gaesb. Pitisc.

NOTÆ

esse sensus potest, quam quem in interpretatione posuimus.

[f] *Ibidem auspicatum, postquam*] Corruptum esse hunc locum quivis videt. Restituunt viri docti: *Ibidem auspicatum urbem, postque eam Lavinium dixit.*

CAP. XII.

ARGUMENTUM. Quænam referat super his portentis Domitius historicus, quænam Cato, traditum.

1. At vero Domitius,[g] non orbes farreos, ut supra dictum est, sed mensarum vice sumendi cibi gratia apium, cujus maxima erat ibidem copia, fuisse substratum, quod ipsum, consumtis aliis eduliis, eos comedisse, ac post subinde intellexisse, illas esse mensas, quas illos comesturos prædictum esset. 2. Cum interim immolata sue in littore sacrificium perageret, traditur forte advertisse Argivam clas-

NOTÆ

[g] *Domitius*] Historiam scripsit. Grammatici cujusdam Domitii meminit Gellius lib. XVIII. cap. 7. Sed dubitari potest an idem sit qui hic laudatur.

sem, in qua Ulyxes erat: cumque vereretur, ne ab hoste cognitus periculum subiret, itemque rem divinam interrumpere summum nefas duceret, caput velamento obduxisse,[h] atque ita pleno ritu sacra perfecisse. Inde posteris traditum morem ita sacrificandi,[i] ut scribit Marcus Octavius[k] lib. I. 3. At vero Domitius lib. I. docet, sorte Apollinis Delphici monitum Æneam, ut Italiam peteret, ubi duo maria invenisset, prandiumque cum mensis comesset, ibi urbem uti conderet. 4. Itaque egressum in agrum Laurentem[l] cum paululum e littore processisset, pervenisse ad duo stagna aquæ salsæ, vicina inter se: ibique cum se lavisset, ac refectum cibo, cum apium quoque, quod tunc vice mensæ substratum fuerat, consumsisset, existimantem, procul dubio illa esse duo maria, quod in illis stagnis aquæ marinæ species esset, mensasque, quæ erant ex stramine apii, comestas; urbem in eo loco condidisse; eamque, quod in stagno laverit,[m] Lavinium cognominasse. Tum deinde a Latino rege Aboriginum, data ei, quæ incoleret, jugera quingenta. 5. At Cato, in Origine generis Romani, ita docet: Suem triginta porculos peperisse in eo loco, ubi nunc est Lavinium: cumque Æneas ibi urbem condere constituisset, propterque agri sterilitatem metueret, per quietem ei visa Deorum Penatum[n] simulacra, adhortantium,

CAP. XII. 4 *E* ante *littore* deest in Delph. '*Ac refectum.* Vel deest quidpiam, vel conjunctio *ac* delenda est.' *Sylburg.* 'Quod *ac* offendit in vulgata lectione, Gruner. conjicit . . . *stagna aquæ salsæ, vicina inter se, ibique cum lavisse. Ac refectam cibo, &c.*' Harl.—5 Vide inf. not. *Deorum Penatum.*

NOTÆ

[h] *Caput velamento obduxisse*] Ex præcepto Heleni Virg. Æneid. III. 405.

[i] *Traditum morem ita sacrificandi*] Capite velato Diis omnibus sacrificabant, excepto Saturno et Hercule, quibus capite aperto.

[k] *Marcus Octavius*] Hujus Octavii nemo, quod sciam, meminit præter hujus libelli auctorem, nisi idem sit Octavius Herseunius qui innotuit libro de saliaribus Tiburtium sacris: quem memorat Macrob. Saturnal. lib. III. cap. ult. eo sane inclinare videtur Voss.

[l] *In agrum Laurentem*] Vide supra.

[m] *Quod in stagno laverit*] Supra, 'Ibique cum se lavisset.'

[n] *Per quietem ei visa Deorum Pen.*] Hæc superioribus lucem dabunt, 'Tum simulacris Deorum Penatium:' ubi vocem 'monitum,' vel aliam similem

ut perseveraret in condenda urbe, quam cœperat; nam post annos totidem,[o] quot fœtus illius suis essent, Trojanos in loca fertilia[p] atque uberiorem agrum transmigraturos, et urbem[q] clarissimi nominis in Italia condituros.

NOTÆ

deesse non temere sum suspicata.

[o] *Nam post annos totidem*] Post annos triginta, nam trigesimo anno exacto post conditum Lavinium, Albam Longam condidit Ascanius.

[p] *In loca fertilia*] Ubi Alba condita.

[q] *Urbem*] Albam.

CAP. XIII.

ARGUMENTUM. Latinus adversus Trojanos suas copias educit, sed mox cum iis fœdere contracto Laviniam, Turno antea desponsatam, Æneæ in matrimonium dat. Amatæ reginæ interitus. Æneæ et Latini cum Turno bellum, in quo Latinus cadit: Turnus mox vero ab Ænea interemtus.

1. IGITUR Latinum Aboriginum regem, cum ei nuntiatum esset, multitudinem advenarum classe advectam occupavisse agrum Laurentem, adversum subitos inopinatosque hostes incunctanter suas copias eduxisse: 2. ac prius, quam signum dimicandi daret, animadvertisse Trojanos militariter instructos, cum sui lapidibus ac sudibus armati, tum etiam veste aut pellibus, quæ eis integumento erant, sinistris manibus involutis,[r] processissent. Itaque suspenso certamine, per colloquium inquisito,[s] qui essent, quidve peterent, utpote qui in hoc consilium auctoritate numinum cogebatur: namque extis ac somniis[t] sæpe admonitus

CAP. XIII. 2 '*Inquisito* ablativum esse absolutum, i. e. 'cum inquisivisset,' Anna Fabri et Arntzenius aiunt. Quod vero ablativus ille absolutus semper pendet a præpositione quadam omissa, ad inconsequentiam orationis vitandam, distinguit Grunerus verba signis parentheseos, et locum sic corrigit: . . . *inquisito, qui essent, quidve peterent, (utpote qui in hoc consilium . . . . . cum advenis conjunxisset,) cum cognovisset, &c.*' Harl. Malit Sylburg. *inqui-*

NOTÆ

[r] *Sinistris manibus involutis*] Scilicet ut pelles illæ sibi essent pro clypeis.

[s] *Per colloquium inquisito*] Male quidam legendum contendunt *inquisisse*: est enim *inquisito* ablativus absolutus: id est, *cum inquisisset*. Sic infra 'traditur autem, non proviso, quod propinquus flumini esset,' &c.

[t] *Namque extis ac somniis*] Fauni

erat, tutiorem se adversum hostes fore, si copias suas cum advenis conjunxisset. 3. Cumque cognovisset, Æneam et Anchisen bello patria pulsos, cum simulacris Deorum errantes, sedem quærere, amicitiam fœdere inisse, dato invicem jurejurando, ut communes quoque hostes amicosve haberent. 4. Itaque cœptum a Trojanis muniri locum, quem Æneas ex nomine uxoris suæ, Latini regis filiæ, quæ jam ante desponsata Turno Herdonio [u] fuerat, Lavinium cognominavit. 5. At vero Amatam,[x] Latini regis uxorem, cum indigne ferret, Laviniam, repudiato Turno consobrino suo,[y] Trojano advenæ collocatam, Turnum ad arma concitavisse; eumque mox, coacto Rutulorum [z] exercitu, tetendisse in agrum Laurentem, et adversus eum Latinum pariter cum Ænea progressum, inter prœliantes circumventum occisumque. 6. Nec tamen amisso socero Æneas Rutulis obsistere desiit; namque et Turnum interemit. 7. Hostibus fusis fugatisque, victor Lavinium se cum suis recepit, consensuque omnium Latinorum rex declaratus est: ut scribit Lutatius [a] lib. III. 8. Piso quidem, Turnum matruelem [b] Amatæ fuisse tradit, interfectoque Latino, mortem ipsam sibimet [c] conscivisse.

sisse, qui essent.—3 *Patrio* Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. '*Communes.* Fortasse rectius *communes utrique hostes amicosque hab.* Sylb. Nec hic quicquam mutandum cum Sylb. vox enim *communes* satis indicat de utraque parte intelligendum.' *Grut.*—6 '*Et Turnum. Et* pro 'etiam' accipienda est: vel bimembri periodo legendum *namque et Rutulos devicit, et Turnum interemit.*' Sylburg. —7 *Lucatius*, ut supra Schott. G. Pitisc.

NOTÆ

patris oraculis et augurum responsis. Vide Virg. lib. VII. v. 254. 'Et veteris Fauni volvit sub pectore sortem.'

[u] *Turno Herdonio*] Ab Herdonia Apuliæ urbe.

[x] *At vero Amatam*] Vide Virg. VII. 241.

[y] *Consobrino suo*] Hoc est sororis suæ filio: Turnus enim Veniliæ, quæ Amatæ soror erat, filius fuit.

[z] *Rutulorum*] Rutuli populi in Latio, qui et Dauni dicti.

[a] *Lutatius* [*Lucatius*]. Qui et *Lutatius* supra.

[b] *Matruelem*] Matruelis ex matris fratre natus.

[c] *Mortem ipsam sibimet*] Laqueo vitam finivit. Virg. XII.

CAP. XIV.

ARGUMENTUM. Æneas rerum potitus, Rutulos bello persequi instituit, qui sibi auxilium regis asciscunt Mezentii. Æneæ apotheosis. Post eum rex appellatus filius ejus Ascanius, qui et Euryleo.

1. IGITUR Æneam, occiso Turno, rerum potitum, cum adhuc irarum memor Rutulos bello persequi instituisset, illos sibi ex Etruria auxilium Mezentii regis Agillæorum[d] ascivisse ac imploravisse, pollicitos, si victoria parta foret, omnia, quæ Latinorum essent, Mezentio cessura. 2. Tum Æneam, quod copiis inferior erat, multis rebus, quæ necessario tuendæ erant, in urbem comportatis, castra sub Lavinio collocasse; præpositoque his filio Euryleone,[e] ipsum, electo ad dimicandum tempore, copias in aciem produxisse, circa Numici fluminis stagnum:[f] ubi cum acerrime dimicaretur, subitis turbinibus infuscato aëre, repente cœlo tantum imbrium effusum, tonitrubus etiam consecutis, flammarumque fulgoribus, ut omnium non oculi modo præstringerentur,[g] verum etiam mentes quoque confusæ essent: cumque universos[h] utriusque partis dirimendi

CAP. XIV. 1 *Illis* Schott. Gaesb.—2 'Pro *Numici*, et hic et mox, rectius scribemus *Numicii*.' Sylburg. Vide Nott. Var. '*Præstringerentur*, pro quo Schottus et Sylburg. *præstinguerentur*, alii *perstringer*. affatim defenderunt atque exposuerunt Arntz. et Gruner.' *Harl.* Mox 'legendum erit *aut universos* . . . *incesset*, quod est *incessisset*, aut *universis* . . . *inesset*: num enim *universos* . . . *inesset* dici possit, equidem dubito.' *Harl.* '*Adsumtum* de conjectura Munkeri ad Hygini fab. xv. pro vulgato *absumtum* (in edd. priorr.) reposuerunt Arntzen. et Gruneru.' *Harl.*

NOTÆ

[d] *Agillæorum*] Ab Agilla Tusciæ urbe maritima, quæ et Cære.

[e] *Euryleone*] Ascanio, qui et Euryleon dicebatur. Infra Ascanius, idem qui Euryleo; quanquam hujus Ascanii nominis nemo, quod sciam, meminit.

[f] *Circa Numici fluminis stagnum*] Virg. 'Fontis stagna Numici.' Numicus vel Numicius Latii fluvius, non longe a Lavinio.

[g] *Præstringerentur* [*præstinguerentur*] Hoc est, obscurarentur, a *præ* et *stinguo*; male vero qui 'præstinguere' confundunt cum 'perstringere.' Istud enim longe aliud notat.

[h] *Cumque universos*] Certe legendum *universis*: neque enim dicitur *me inest*. Quod si *universos* retineas, necessario legendum *incesset*, quod est *incessisset*; quod Sylburgio et Grutero video placuisse. Tamen cum veteres dixerint 'illum instat magnum exitium,' amplius deliberandum

prælia cupiditas inesset, nihilominus in illa tempestatis subitæ confusione interceptum Æneam nusquam deinde comparuisse. 3. Traditur autem non proviso,[k] quod propinquus flumini esset, ripa depulsus, forte in fluvium decidisse, atque ita prælium diremtum; dein post apertis fugatisque[l] nubibus cum serena facies effulsisset, creditum est, vivum eum cœlo assumtum. 4. Idemque tamen post ab Ascanio, et quibusdam aliis visus affirmatur super Numici ripam, eo habitu armisque, quibus in prælium processerat: quæ res immortalitatis ejus famam confirmavit: itaque illi eo loco templum consecratum appellarique placuit 'Patrem indigetem.'[m] 5. Dein filius ejus Ascanius, idem qui Euryleo, omnium Latinorum judicio rex appellatus.

CAP. XV.

ARGUMENTUM. Mezentius a Latinis fugatus, Lauso filio ejus interfecto. Cum Mezentio dein societas inita. Ascanii insignis virtus: unde Iobus, et postea Iulus appellatus.

1. IGITUR summam imperii Latinorum adeptus Ascanius, cum continuis præliis Mezentium persequi instituisset, filius ejus Lausus collem Laviniæ arcis occupavit. 2. Cumque id oppidum circumfusis omnibus copiis regis

NOTÆ

est num etiam *universos inest cupiditas, &c.* dicere potuerunt.

[k] *Non proviso*] Ablativus absolutus, ut supra 'per colloquium inquisito.'

[l] *Apertis fugatisque*] Apertis, quia, dum fugantur nubes, eæ quodammodo videntur aperiri.

[m] *Patrem indigetem*] Solin. 'Patrisque indigetis ei nomen datum.' Indigetes, qui ex hominibus Dii facti sunt ab indigitando, hoc est invocando, quod cum ceteris Diis invocentur. Vel indigetes sunt qui certum aliquem locum colunt, ab *indu* hoc est, *in*, et *ago*, dego, maneo. Idque verum est. Æneas enim non solum 'Pater indiges,' sed Pater Deus indiges dictus. Quod probat τὸ *indiges* esse adjectivum, et *indigetem* esse quasi incolam. Quare Dionysius nomen istud Æneæ ita Græce interpretatus est, πατὴρ θεὸς χθόνιος· est ergo *indiges*, χθόνιος, ἐπιχώριος, *indigena*. Indigetes, Dii topici et locales, qui ad alias regiones nunquam transeunt.

teneretur, Latini legatos ad Mezentium miserunt sciscitatum, qua conditione in deditionem eos accipere vellet; cumque ille inter alia onerosa illud quoque adjiceret, ut omne vinum agri Latini aliquot annis sibi inferretur; 3. consilio atque auctoritate Ascanii placuit ob libertatem mori potius, quam illo modo servitutem subire. Itaque vino ex omni vindemia Jovi[n] publice voto consecratoque, Latini urbe eruperunt, fusoque præsidio, interfectoque Lauso, Mezentium fugam facere coëgerunt. 4. Is postea per legatos amicitiam societatemque Latinorum impetravit, ut docet Julius Cæsar[o] lib. I. itemque Aulus Postumius[p] in eo volumine, quod de adventu Æneæ conscripsit atque edidit. 5. Igitur Latini Ascanium ob insignem virtutem non solum Jove ortum crediderunt, sed etiam per diminutionem, declinato paululum nomine, primo Iobum, dein postea Iulum[q] appellarunt; a quo Julia familia[r] manavit; ut scribunt Cæsar lib. II. et Cato in Originibus.

CAP. XV. 4 '*Lucius Cæsar.* Post paullo *Caius Cæsar*, et infra *Julius* nominatur: quare vereor ut recte habeat scripta lectio, legendumque sit *Julius Cæsar.* Certe proclivis error, traductis nonnihil literis pæne iisdem.' *Schott.* et *Sylb.* '*Edidit.* Ita recepi ex conjectura Schotti, quam in margine adposuerat. Vulgatum *dedit* [in Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. obvium] nemini credo satisfaciet.' *Arntzen.*—5 *Filia* pro *familia* Schott. Gaesb. Delph. Pitisc.

NOTÆ

[n] *Itaque vino ex omni vindemia Jovi*] Hinc Fest. Pomp. 'Rustica vinalia appellantur mense Augusto quarto decimo Kalendas Septembris Jovis dies festus, quia Latini bellum gerentes adversus Mezentium omnis vini libationem ei Deo dedicarunt.'

[o] *Julius Cæsar* [*Lucius Cæsar*] Legendum puto *Julius Cæsar.* Vide quæ ad libelli argumentum notavimus.

[p] *Aulus Postumius*] A. Postumius Albinus qui consul fuit cum L. Licinio Lucullo. Historiam Græcam scripsit, et annales Latinos quos laudat Macrob. Saturnal. II. 16.

[q] *Dein postea Iulum*] Alii a prima barbæ lanugine Iulum dictum tradunt, quæ Græce ἴουλος, cum is Mezentium in singulari certamine occidisset. Cato apud Servium.

[r] *A quo Julia familia* [*Iula filia*] Quis non videt legendum *Julia familia?*

CAP. XVI.

ARGUMENTUM. Lavinia metu Ascanii in sylvam profugit, ubi parit Sylvium. Ascanii apud Latinos invidia, quasi Laviniam necasset: cujus tandem reditu, populo reconciliatur. Paulo aliter de his ex aliis narratum.

1. INTERIM Lavinia, ab Ænea gravida relicta, metu, veluti insecuturi se Ascanii, in sylvam profugit ad magistrum patrii pecoris, Tyrrhum,[s] ibique enixa est puerum, qui a loci qualitate Sylvius[t] est dictus. 2. At vero vulgus Latinorum existimans clam ab Ascanio interfectam, magnam ei invidiam conflaverat, usque eo, ut armis quoque ei vim denuntiaret. 3. Tum Ascanius jurejurando se purgans, cum nihil apud eos proficeret, petita dilatione ad inquirendum, iram præsentem vulgi aliquantulum fregit, pollicitusque est, se ingentibus præmiis cumulaturum eum, qui sibi Laviniam investigasset: mox recuperatam cum filio in urbem Lavinium reduxit, dilexitque honore materno. 4. Quæ res rursum ei magnum favorem populi conciliavit, ut scribunt Caius Cæsar, et Sextus Gellius[u] in Origine Gentis Romanæ. 5. At vero alii tradunt, quod, cum Ascanius ab universo populo ad restituendam Laviniam cogeretur, juraretque se neque interemisse, neque scire ubi esset, Tyrrhum, petito silentio, in illa concionis frequentia professum indicium, si sibi, Laviniæque, pueroque ex ea nato fides incolumitatis daretur; tumque eum accepta fide Laviniam in urbem cum filio reduxisse.

CAP. XVI. 1 *Tyrrhenum* legendum esse in margine conjecerat Schottus.—4 Vide not. Delph. inf.

NOTÆ

[s] *Tyrrhum*] Tyrrhenum vocat Dionys. qui hanc historiam narrat.

[t] *A loci qualitate Sylvius*] Liv. lib. I. 'Sylvius deinde regnat Ascanii filius, casu quodam in sylvis natus:' ubi 'Sylvium' Ascanii non Æneæ filium facit. Cum Nostro consentiunt Dionys. Euseb. Servius, qui Æneæ filium dicunt.

[u] *Sex. Gellius*] Hujus nemo alius meminit: forsan non *Sex.* sed *Cn.* *Gellius* legendum sit, qui annales scripsit et memoratur Gellio, Dionysio, Vopisco, Macrobio, Prisciano.

CAP. XVII.

ARGUMENTUM. Alba Longa condita. Ascanii obitus. Contentio inter Iulum ejus filium et Sylvium, postumum Æneæ filium, de imperio, quod obtinet Sylvius. Cujus posteros Sylvios Albæ regnasse, usque ad conditam Romam. Coloniæ deductæ regnante Latino Sylvio.

1. POST hæc Ascanius, completis in Lavinio triginta annis, recordatus novæ urbis condendæ tempus advenisse ex numero porcorum, quos pepererat sus alba, circumspectis diligenter finitimis regionibus, speculatus montem editum, qui nunc ab ea urbe, quæ in eo condita est, Albanus nuncupatur,[x] civitatem communit; eamque ex forma, quod ita in longum porrecta est, Longam, ex colore suis, Albam cognominavit. 2. Cumque illuc simulacra Deorum Penatium transtulisset, postridie apud Lavinium apparuerunt: rursusque relata Albam, appositisque custodibus [nescio quantis[y]], se Lavinium in pristinam sedem identidem receperunt. 3. Itaque tertio nemo ausus est amovere ea, ut scriptum est in Annali Pontificum lib. IV. Cincii et Cæsaris II. Tuberonis I. 4. At Ascanius postquam excessisset e vita, inter Iulum[z] filium ejus, et Sylvium Postumum,[a] qui

CAP. XVII. 2 'Malim *nescio quomodo*, sed id nimis divertit a characteribus et pronuntiatione vocis alterius: quare verius Schottus in marg., *nescio quatenus*, ex veteri scriptura quæ habebat *quat's*. verum neque id satis adhuc facit.' *Grut.* *Nescio queis* conj. Anna. '*Nescio quantis* vel exponi debet, 'nescio quam multis;' (atque hunc significatum usumque hujus voc. 'quantus' non ad infimam Latinitatem detrudendum multis exemplis Arntzenius probavit contra Junkerum,) vel eodem Arntzenio judice a glossatoris manu duæ illæ voculæ apud Aurelium adjectæ sunt: ideo illas, tamquam suspectas, uncis [qui desunt in reliquis præter Bip. et Schoenb. edd.] inclusit Grunerus.' *Harl.*—4 '*Ejus rei.* Vel subintelligendum vel addendum est *plebi*, quod facile

NOTÆ

[x] *Albanus nuncupatur*] Liv. lib. I. 'novam ipse aliam' (urbem) 'sub Albano monte condidit, quæ ab situ porrectæ in dorso urbis Longa Alba appellata.'

[y] *Nescio quantis*] Istud puerile est. Legebat Gruter. *Nescio quomodo*. Schottus *nescio quatenus* ex membrana veteri quæ habebat *quat's*: forsan *nescio queis*.

[z] *Inter Iulum*] Idem Dionys.

[a] *Postumum*] Postumi dicuntur qui mortuo patre nascuntur, et qui post factum testamentum. Item postumus qui post alios omnes liberos ultimus natus est.

ex Lavinia genitus erat, de obtinendo imperio orta contentio est, cum dubitaretur, an Æneæ filius, an nepos potior esset. Permissa disceptatione ejus rei ab universis rex Sylvius declaratus est. 5. Ejusdem posteri[b] omnes cognomento Sylvii, usque ad conditam Romam, Albæ regnaverunt, ut est scriptum Annalium Pontificalium lib. IV. Igitur regnante Latino Sylvio coloniæ deductæ[c] sunt Præneste,[d] Tibur,[e] Gabii,[f] Tusculum,[g] Cora,[h] Pometia,[i] Locri,[k] Crustumium,[l] Cameria,[m] Bovillæ,[n] ceteraque oppida circumquaque.

excidere poterat post *rei;* vel cum Arntzenio legendum *permissa disceptatione ejus plebi.* Grunerus conjecit *permissa disceptatione ea plebi.* Klotz. in Miscell. Crit. p. 33. pro *permissa* malit *remissa,* (quod idem est,) potius tamen legendum illi videtur, *sed missa* (h. e. omissa) *disceptatione ejus rei.*' Harl. Deesse dativum *plebi* vel *nobilibus* adnotat Schottus in marg.—5 *Cameria* ex conjectura Arntzenii duce Livio I. 38. *Camena* ostendunt Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. Arntz. ut mox præferunt eædem *Romillæ* pro *Bovillæ,* quod nomen est de conjectura Sylburgii a reliquis probata, et in textum admissum a Grun. Bip. et Schoenb.

NOTÆ

[b] *Ejusdem posteri*] Liv. lib. I. 'Mansit Sylviis postea omnibus cognomen, qui Albæ regnarunt.'

[c] *Latino Sylvio coloniæ deductæ*] 'Ab eo' (Latino Sylvio) 'coloniæ aliquot deductæ.' Liv. lib. I.

[d] *Præneste*] Latii urbs Mediterranea, hodie *Pilastrina.*

[e] *Tibur*] Latii urbs ad Anienem: hodie *Tivoli.*

[f] *Gabii*] Inter Romam et Præneste.

[g] *Tusculum*] Latii urbs.

[h] *Cora*] Volscorum urbs.

[i] *Pometia*] Latii urbs non longe a foro Appii.

[k] *Locri*] In Brutiis.

[l] *Crustumium*] Vel *Crustumerium* in Latio.

[m] *Cameria* [*Camena*] Camenam urbem ignorant geographi: legebat Ortel. *Capena,* quæ Tusciæ urbs est.

[n] *Bovillæ* [*Rovillæ*] Legendum *Bovillæ;* ut optime Gruter. Bovillæ in Latio.

CAP. XVIII.

ARGUMENTUM. Post hunc rex Tiberius Sylvius. Tiberis appellatio. Inde Aremulus Sylvius, ejusque superbia et pœna. Post quem rex Aventinus Sylvius; a cujus sepultura Aventinus mons appellatus.

1. POST eum regnavit Tiberius Sylvius,[o] Sylvii filius.

CAP. XVIII. 1 '*Tiberinus* legendum esse contendunt quidam, et *Tiberinum* rectius quam *Tiberium* scribi statuit Arntzen. neque tamen negandum esse,

Qui cum adversus finitimos bellum inferentes copias eduxisset, inter præliantes depulsus in Albulam flumen, deperiit, mutandique nominis[p] extitit causa, ut scribunt Lucius Cincius[q] lib. I. Lutatius lib. III. 2. Post eum regnavit Aremulus Sylvius;[r] qui tantæ superbiæ non adversum homines modo, sed etiam Deos fuisse traditur, ut prædicaret, se superiorem esse ipso Jove, ac tonante cœlo militibus imperaret, ut telis clypeos quaterent, dictitaretque clariorem sonum se facere. 3. Qui tamen præsenti affectus est pœna: nam fulmine ictus,[s] raptusque turbine in Albanum lacum præcipitatus est, ut scriptum est Annalium lib. VI. et Epitomarum Pisonis[t] II. 4. Aufidius[u] sane in Epitomis, et Domitius[x] lib. I. non fulmine ictum, sed terræ motu prolapsum, simul cum eo regiam, in Albanum lacum tradunt. 5. Post illum regnavit Aventinus Sylvius;[y] isque, finitimis bellum inferentibus, in dimicando circumventus ab

Tiberium eum quoque ab aliis adpellari, idem docet.' *Harl.* Ita reponendum censuerat etiam in margine Schottus.—2 Ab aliis, ut testatur Schottus in margine, vocatur *Remulus* aut *Romulus.* 'Si quidquam mutandum, quod non credo, posset legi *post eum regnavit Albæ Remulus.*' Arntz.—3 'Vim et potestatem formulæ 'rapi turbine' copiosissime illustravit Arntzenius, quod omnes pæne editores præter Sylburgium *ruptus* retinuissent.' *Harl.*—4 Vide not. *Aufidius* inf.

NOTÆ

[o] *Tiberius Sylvius*] Lege *Tiberinus Sylvius.* Is autem Calpeti filius fuit.

[p] *Mutandique nominis*] Nam postea Tiberis vocatus fuit. Liv. l. I. Ovid. IV. Fast. et XIV. Metam. et alii.

[q] *Lucius Cincius*] L. Cincius Alimentus: cujus sæpe meminit Livius, eumque 'maximum auctorem' vocat. Multa scripsit; historias, libros de Re Militari, Fastos: quos hic signari suspicor.

[r] *Aremulus Sylvius*] Hunc Livius et Messala Corvinus 'Romulum' appellant; 'Remulum' Ovidius; Cassiodorus et Orosius 'Aremulum.' Is Agrippæ Sylvii filius fuit, Alladius vocatur Dionysio, quem Fasti sequuntur.

[s] *Nam fulmine ictus*] Ovid. Dionys. Euseb. Cassiod. anno captæ Trojæ CCCXXX. regni sui XIX.

[t] *Pisonis*] Is fuit L. Calpurnius Piso qui 'Frugi' dictus est. Annales reliquit, quos 'exiliter scriptos' dicit Cicero.

[u] *Aufidius*] An *Bassus Aufidius*, vel *Aufidius modestus?* dubito. Hic inter grammaticos, ille vero inter historicos refertur.

[x] *Domitius*] Jam supra.

[y] *Aventinus Sylvius*] Decimus-tertius Latinorum rex; monti quo sepultus, Aventino nomen imposuit. Liv. Ovid. Varro, et alii. Regnavit an. XXXVII.

hostibus prostratus est, ac sepultus circa radices montis, cui ex se nomen dedit, ut scribit Julius Cæsar lib. II.

CAP. XIX.

ARGUMENTUM. Ab hoc Sylvius Procas rex. Filii ejus Numitor et Amulius. Amulius regnum obtinet. De Rhea Sylvia natisque Romulo et Remo.

1. POST eum Sylvius Procas,[z] rex Albanorum, duos filios Numitorem et Amulium æquis partibus hæredes instituit. 2. Tum Amulius in una parte regnum tantummodo, in altera totius patrimonii summam, atque omnem paternorum bonorum substantiam posuit, fratrique Numitori, qui major natu erat, optionem dedit, ut ex his, utrum mallet, eligeret. Numitor cum privatum omne cum facultatibus regno prætulisset, Amulius regnum obtinuit. 3. Quod ut firmissime possideret, Numitoris fratris sui filium[a] in venando interimendum curavit. 4. Tum etiam Rheam Sylviam ejus sororem sacerdotem Vestæ fieri jussit,[b] simulato somnio, quo admonitus ab eadem Dea esset, ut id fieret; cum re vera ita faciendum sibi existimaret, periculosum ducens, ne quis ex ea nasceretur, qui avitas persequeretur injurias, ut scribit Valerius Antias[c] lib. I. 5. At vero Marcus Octavius, et Licinius Macer[d] tradunt, Amulium patruum Rheæ sacerdotis, amore ejus captum, nubilo cœlo obscuroque aëre, cum primum illucescere cœpisset, in usum sacrorum aquam petenti insidiatum, in luco Martis compres-

CAP. XIX. 4 '*Ne quis.* Quod non additur quid periculosum duxerit Amulius, rescribendum *si quis* videtur Grunero.' *Harl.*

NOTÆ

[z] *Sylvius Procas*] Regnavit annis XXIII.

[a] *Filium*] 'Ægestum' appellat Dionys. Plutarch. 'Ænitum:' alii 'Sergestum:' nonnulli 'Lausum' vocant.

[b] *Sacerdotem Vestæ fieri jussit*] Non tantum sacerdotem Vestæ fieri jussit, sed et Vestæ sacerdotio præfecit, ut optime infra in Vir. Illust. in Proca. Locum adi.

[c] *Valerius Antias*] Vide notata in argumento.

[d] *Marcus Octavius, et Licinius Macer*] Jam supra.

sisse eam: tum exactis mensibus geminos editos. 6. Quod cum comperisset, celandi facti gratia per scelus concepti, necari jussit sacerdotem, partum sibi exhiberi. 7. Tumque Numitorem spe futurorum, quod hi, si adolevissent, injuriarum suarum quandoque ultores futuri essent, alios pro eis subdidisse, illosque suos veros nepotes Faustulo pastorum magistro dedisse nutriendos.

CAP. XX.

ARGUMENTUM. Alia ex aliis de Romuli et Remi nativitate et educatione narratio. Lupus et picus unde in tutela Martis. Arbor Ruminalis.

1. AT vero Fabius Pictor[e] lib. I. et Vennonius[f] solito institutoque[g] egressam virginem, in usum sacrorum aquam petitum ex eo fonte, qui erat in luco Martis, subito imbribus tonitrubusque, quæ cum illa erant, disjectis, a Marte compressam; conturbatamque mox recreatam consolatione Dei, nomen suum indicantis, affirmantisque, ex ea natos dignos patre evasuros. 2. Primum igitur Amulius rex, ut comperit, Rheam Sylviam sacerdotem peperisse geminos, protinus imperavit deportari ad aquam profluentem,[h] atque eo abjici. 3. Tum illi, quibus id imperatum erat, impositos alveo[i] pueros, circa radices montis Palatii

CAP. XX. 1 '*Venonius* a *Venox* nomine facto, scribendum censent Vossius et Anna Fabri.' *Harl.* Mox 'vulgo interpungitur *compressam, conturbatamque mox, &c.* unde Arntzenius conjecit *compr. constupratamque.* Sed Grunerus, suadente Dionys. Halic. I. 1. pag. 63. retinuit vulgatum; at distinxit interpunctione maxima, commate post prius verbum *compressam* deleto.' *Harl.*—

NOTÆ

[e] *Fabius Pictor*] De quo supra.

[f] *Vennonius*] Male *Vennonius*, qui *Venonius* dicendus est. Est enim id nomen a Venox factum ut optime Voss. hujus non semel meminit Cicero.

[g] *Solito institutoque*] Non solum 'solito egressam' Vestalem dicit, sed etiam 'instituto:' ubi morem et ritum notat. Vid. Plutarch. Ovid. Fast. III. 'Sacra lavaturas mane petebat aquas:' de Sylvia.

[h] *Ad aquam profluentem*] 'Pueros in profluentem aquam mitti jubet,' Liv. lib. I. 'In profluentem' Florus.

[i] *Alveo*] Hoc est, navigio rudi, scapha.

in Tiberim, qui tum magnis imbribus stagnaverat,[k] abjecerunt: ejusque regionis subulcus Faustulus, speculatus exponentes, ut vidit relabente flumine alveum, in quo pueri erant, obhæsisse ad arborem fici, puerorumque vagitu lupam excitam, quæ repente exierat, primo lambitu eos detersisse, dein levandorum uberum gratia mammas præbuisse; descendit ac sustulit nutriendosque Accæ Larentiæ,[l] uxori suæ, dedit, ut scribunt Ennius lib. I.[m] et Cæsar lib. II. 4. Addunt quidam,[n] Faustulo inspectante, picum quoque advolasse, et ore pleno cibum pueris ingessisse: inde videlicet lupum picumque Martiæ tutelæ esse. Arborem quoque illam Ruminalem dictam circa quam pueri abjecti erant, quod ejus sub umbra pecus acquiescens meridie ruminare sit solitum.[o]

3 '*Raptum ierat* vel *exierat* malit legere Arntzen. et 'rapere' proprie tribui lupis, docte lateque ostendit.' *Harl.* '*Accæ Larentiæ.* In Mss. constanter *Accelerantiæ:* emendavi *Accæ Larentiæ* transpositis literis, quod propius abest a scripta lectione, quam quod in vulgatis fere *Accæ Laurentiæ.*' Schottus.

NOTÆ

[k] *Magnis imbribus stagnaverat*] Hoc est: propter magnos imbres quietus factus erat, et placidus, ut solet. Et hoc explicat Liv. lib. I. 'Forte quadam divinitus super ripas Tiberis effusus lenibus stagnis, nec adiri usquam ad justi cursum poterat amnis: et posse quamvis languida mergi aqua infantes, spem ferentibus dabat.'

[l] *Accæ Larentiæ*] Optime *Larentiæ;* male qui *Laurentiam* dicunt. Fast. *Elar. Np.* 'Larentinalia Nefastus primo.'

[m] *Ennius lib.* I.] Quinctus Ennius poëta celebris qui annales scripsit et satiras, quorum fragmenta tantum supersunt. Periere etiam quæ huc pertinebant. In serie tamen ejus analium ex hoc loco Paulus Merula hoc quasi genuinum Ennii fragmentum reponit: 'Acca Larentia.'

[n] *Addunt quidam*] Ovid. Fast. III. 'Lacte quis infantes nescit crevisse ferino, Et picum expositis sæpe tulisse cibos?' Vide Plutarch. in vita Romuli.

[o] *Ruminare sit solitum*] Melius Varro apud Fest. 'Ruminalis ficus dicta quod sub ea arbore lupa mammam dedit Remo et Romulo. Mamma autem rumis dicitur, unde et rustici appellant hœdos subrumos, qui adhuc sub mammis habentur.'

CAP. XXI.

ARGUMENTUM. Aliter iterum de Romulo et Remo relatum. Lupanaria unde dicta. Amulii cædes. Romulus et Remus unde dicti.

1. AT vero Valerius[p] tradit, pueros ex Rhea Sylvia na-

tos Amulium regem Faustulo servo necandos dedisse: sed eum a Numitore exoratum, ne pueri necarentur, Accæ Larentiæ amicæ suæ nutriendos dedisse; quam mulierem, eo quod pretio corpus esset vulgare solita, Lupam dictam.[q] 2. Notum quippe, ita appellari mulieres quæstum corpore facientes: unde et ejusmodi loci, in quibus hæ consistunt, Lupanaria dicta. Cum vero pueri liberalis disciplinæ capaces facti essent, Gabiis Græcarum Latinarumque literarum [r] ediscendarum gratia commoratos, Numitore avo clam omnia subministrante. 3. Itaque ut primum adolevissent, Romulum, indicio educatoris Faustuli comperto, qui sibi avus, quæ mater fuisset, quidque de ea factum esset, cum armatis pastoribus Albam protinus perrexisse, interfectoque Amulio Numitorem avum in regnum restitutum. 4. Romulum autem a virium magnitudine appellatum, nam Græca lingua ῥώμην *virtutem* dici certum est; alterum vero Remum dictum, videlicet a tarditate: quippe talis naturæ homines ab antiquis 'Remores' dicti.[s]

CAP. XXI. 2 'Quid si hic pro *hæ*, legeretur *nudæ consistunt?* ut respiciat morem meretricibus in lupanari proprium, ut nudum corpus prostituerent, quo facilius petulantium libidinem excitarent.' *Arntz.*—3 '*Qui sibi.* Vellet aliquis ex sequenti litera restituere *quis sibi.* Sed aliud suadet linguæ genius.' *Arntz.* Mox, *quidve* pro *quidque* Schott. Delph.

NOTÆ

[p] *Valerius*] Valerius Antias, supra.

[q] *Lupam dictam*] Liv. lib. I. 'Sunt qui Larentiam vulgato corpore lupam inter pastores vocatam putent, inde locum fabulæ ac miraculo datum.'

[r] *Græcarum Latinarumque literarum*] Contra al. scriptores eos in montibus educatos tradunt. Vid. Liv. I. 4.

[s] *Remores dicti*] A remorando. Inde et aves remores dictæ, quæ impediebant, remorabantur.

CAP. XXII.

ARGUMENTUM. Lupercal. Fabii. Quintilii. Quomodo Amulius fuerit oppressus, ex libro pontificalium. Manipulares unde dicti.

1. IGITUR actis, quæ supra diximus, et re divina facta

CAP. XXII. 1 *Et* ante *re* del. Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. Arntz. Mox, vide not. Delph. inf.

eo in loco, qui nunc Lupercal dicitur,[t] ludibundi discurrerant,[u] pellibus hostiarum[x] occursantes quosque sibimet verberantes; utque solenne[y] sacrificium sibi posterisque id esset, sanxerunt, separatimque suos appellaverunt, Remus Fabios, Romulus Quintilios:[z] quorum utrumque nomen etiamnum in sacris manet.[a] 2. At vero lib. II. Pontificalium proditur, missos ab Amulio, qui Remum pecorum pastorem attraherent: cum non auderent ei vim afferre, opportunum tempus sibi ad insidiandum nactos, quod tum Romulus aberat, genus lusus simulasse, quinam eorum manibus post terga ligatis lapidem,[b] quo lana pensitari solebat, mordicus sublatum, quam longissime perferret. 3. Tum Remum fiducia virium in Aventinum usque se perlaturum spopondisse: dein, postquam vinciri[c] se passus est, Albam abstractum. Quod postquam Romulus comperisset, coacta pastorum manu, eaque in centenos homines distributa, perticas manipulis fœni[d] varie formatis in summo junctas, dedisse, quo facilius eo signo suum quisque ducem sequeretur. 4. Unde institutum, ut postea milites, qui ejusdem signi essent, manipulares dicerentur. Itaque ab eo, oppresso Amulio, fratrem vinculis liberatum, avum regno restitutum.

NOTÆ

[t] *Lupercal dicitur*] In colle Palatino.

[u] *Ludibundi discurrerant*] Luperci, nudi, per jocum et lasciviam discurrentes, obvios quosque caprinis pellibus terrebant.

[x] *Pellibus hostiarum*] Caprarum; nam iis Fauno faciebant.

[y] *Solenne*] Scribo *solenne*; id est, annuum. Tibul. 'Hoc solenne sacrum, cunctos hoc sumet in annos.'

[z] *Remus Fabios, Rom. Quint.*] Vid. Ovid. libb. II. III. *Julios* de suo nomine addidit Jul. Cæsar. Dio l. XLIV.

[a] *In sacris manet*] Romani enim in sacris nomina quædam dicis causa solebant proferre; in nuptiis 'Caiam Cæciliam' et 'Talassionem;' in Vestali capienda 'Amatam;' in Saliari carmine 'Luciam Volumniam,' et 'Mamurium Veturium;' sic in Lupercalibus 'Fabios' et 'Quintilios.'

[b] *Lapidem*] Lapidibus enim veteres ad ponderandum utebantur, (ut ex libris Sacris notum est,) et ita hodieque quibusdam in locis rustici.

[c] *Dein, postquam vinciri*] Livius narrat, Remo et Romulo Lupercalibus deditis, latrones ob iram prædæ amissæ insidiatos; Romulum se vi defendisse, Remum captum et Amulio regi traditum.

[d] *Perticas manipulis fœni*] Nota manipulorum originem ante urbem conditam. Ovid. Fast. III. 'Illa quidem fœno, sed erat reverentia fœno, Quantam nunc aquilas cernis habere tuas. Pertica suspensos portabat longa maniplos: Unde maniplaris nomina miles habet.'

CAP. XXIII.

ARGUMENTUM. Romuli et Remi contentio de urbis appellatione. Ea augurio cur capta. Remi cædes.

1. CUM igitur inter se Romulus et Remus de condenda urbe tractarent, in qua ipsi pariter regnarent, Romulusque locum, qui sibi idoneus videretur, in monte Palatino designaret, Romamque appellari vellet;[e] contraque item Remus in alio colle,[f] qui aberat a Palatio millibus quinque, eundemque locum ex suo nomine Remuriam[g] appellaret, neque ea inter eos finiretur contentio, avo Numitore arbitro ascito, placuit disceptatores ejus controversiæ immortales Deos sumere; ita ut, utri eorum priori secunda auspicia obvenissent, urbem conderet, eamque ex suo nomine nuncuparet, atque in ea regni summam teneret. 2. Cumque auspicaretur Romulus in Palatio,[h] Remus in Aventino, sex vultures[i] pariter volantes a sinistra Remo prius visos, tumque ab eo missos, qui Romulo nuntiarent, sibi jam data auspicia, quibus condere urbem juberetur, itaque maturaret ad se venire. 3. Cumque ad eum Romulus venisset, quæsissetque, quænam illa auspicia fuissent, dixissetque ille, sibi auspicanti sex vulturios simul apparuisse: At ego, inquit Romulus, jam tibi duodecim[k] demonstrabo; ac re-

NOTÆ

[e] *Romamque appellari vellet*] Non solum Romam appellari voluit; sed et 'Romam quadratam' vocavit. Vide Fest. in 'Quadrata Roma.'

[f] *In alio colle*] Aventino. Infra.

[g] *Remuriam*] Festus in voce 'Remurinus,' sed 'et locus,' inquit, 'in summo Aventino Remoria dicitur, Ubi Remus de urbe condenda fuerat auspicatus.' Unde patet ætate Festi *Remuriam* extitisse.

[h] *Romulus in Palatio*] Ennius tamen in Aventino Romulum de cœlo servasse dicit lib. I. 'At Romulus pulcer in alto Quærit Aventino, servans genus altivolantum.' Quem videtur secutus Ovid. Fast. IV. 'Alter init nemorosi saxa Palati: Alter Aventinum mane cacumen init. Sex Remus; hic volucres bis videt ordine,' &c. Sed historici omnes cum Nostro consentiunt.

[i] *Sex vultures*] Avem tantum commemorat Ennius lib. I. 'Hinc Remus auspicio se devovet, atque secundam Solus avem servat:' sed ibi avem, pro avium auspicio; nisi ea avis fuerit sex vulturum prænuntia, ut infra de Romulo.

[k] *Duodecim*] Ennius lib. I. 'Et simul ex alto longe pulcerrima præpes Læva volavit avis: simul aureus exo-

pente duodecim vultures apparuisse, subsecuto cœli fulgore pariter tonitruque. 4. Tum Romulus, Quid, inquit, Reme, affirmas priora, cum præsentia intuearis? Remus, postquam intellexit sese regno fraudatum, Multa, inquit, in hac urbe temere sperata atque præsumta, felicissime proventura sunt. 5. At vero Licinius Macer lib. I. docet, contentionis illius perniciosum exitum fuisse; namque ibidem obsistentes Remum[l] et Faustulum interfectos. 6. Contra Egnatius lib. I.[m] in ea contentione non modo Remum non esse occisum, sed etiam ulterius a Romulo vixisse tradit. 7. Sed horum omnium opinionibus diversis repugnat [nostræ memoriæ proclamans,[n]] historia Liviana,[o] quæ

CAP. XXIII. 4 '*Intellexit sese.* Ex serie præcedentis orationis posset legi *intellexisset se*, quia hæc præterita præcedunt. Verum talis enallage non est infrequens.' *Arntz.*—6 Vide not. Delph. inf.—7 'Locus corruptus est et conclamatus. Forsan (periculum facere liceat) scripsit auctor *ad nostram memoriam promanans;* h. e. quæ nostra quoque ætate creditur, ad nostram pervenit ætatem, et vulgaris est narratio; atqui Livius ipse I. 7. 2. 'vulgatior,' ait, 'fama est, ludibrio fratris Remum novos transiluisse muros:' vide ibi interpretes: cum ceterorum, quos Aurelius laudat, scriptorum opera vel perierint, vel non adeo fuerint cognita, ideoque illorum narratio ignoraretur vulgo. Arntzenius explicat, 'clare aperiens, in media luce collocans ad nostram usque memoriam;' tamen, se fatetur ex hac difficultate non expedire. Grunerus verba illa, tanquam ab aliena manu profecta, uncis [qui a Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. Arntz. absunt] inclusit. At enim, hoc urere vulnus et secare, non sanare mihi videtur: et Klotzius, omnino ea rejicere, religioni sibi ducit in Miscellan. Critic. p. 34. qui corrigit et exponit, *nostram memori-*

NOTÆ

ritur sol. Cedunt ter quatuor de cœlo corpora sancta Avium, præpetibus sese, polcrisque locis dant.'

[l] *Ibidem obsistentes Remum*] De Remo Liv. lib. I. In decum altercatione congressi, certamine irarum ad cædem vertuntur, ibi in turba ictus Remus cecidit.

[m] *Egnatius lib.* I.] De Egnatio supra dictum est; Ennius etiam Remum a Romulo non fuisse occisum videtur innuere cum ait, 'Nec pol homo quisquam faciet impune animatus Hoc, nisi tu, nam mi calido dabis sanguine pœnas.' Quare Paulus Merula pro *Egnatius* supra legebat *Ennius*, frustra quidem: cum neque de Ennii vera scriptura, neque quo pertineat ejus fragmentum, satis constet.

[n] *Nostræ memoriæ proclamans*] An ad memoriam nostram pertinens? Immo potius quæ 'memoria nostra,' nostro tempore scripta est; *qui a été écrite de nos jours.* Auctor enim hujus libelli æqualis fuit Livio: unde non temere conjecit Joan. Metellus eum esse Asconium qui Livium suum dixit in fragmentis Ciceronis. Sed de hoc jam supra.

[o] *Historia Liviana*] Livii verba sunt: 'Vulgatior fama est ludibrio

testatur, quod auspicato Romulus ex suo nomine Romam vocavit; cumque muniret mœnibus, edixit, ne quis vallum transiliret, quod Remus irridens transilivit, et a Celere[p] centurione, rutro fertur[q] occisus. Romulus asylum convenis, &c.[r]

am, (h. e. nostrarum rerum historiam, v. Cortium ad B. Jug. IV. 1.) *proclamans* (h. e. pro illius ævi Latinitate, narrans, commemorans). Suspicatur quoque *propagans:* malit tamen vulgatam retinere, utut parum elegantem, lectionem.' *Harl.* Post *rutro* edd. Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. *vel rastro:* sed uncis inclusit ea verba Gaesb. Vide not. Delph. inf.

NOTÆ

fratris Remum novos transiluisse muros: unde ab irato Romulo (cum verbis quoque increpitans adjecisset, sic deinde quicumque alius transiliet mœnia mea) interfectum.'

p *A Celere*] A Fabio, qui postea Celer dictus.

q *Rutro fertur* [*rutro, vel rastro fertur*] Immo *rutro*, non *rastro*. Rutrum a ruendo, quod eo terram ruerent. Et longe aliud rastrum.

r *Romulus asylum convenis, &c.*] Hic desinit hujus libelli auctor, ubi Viri Illustres exordium sumunt; is tantum quæ de Proca et Sylvia infra leguntur repetit, quippe quæ ad Remum et Romulum pertinerent. Unde augetur suspicio libellum hunc ab alio scriptore profectum. Quidni enim hic una serie pergeret, si idem ambos scripsisset? Sed notarunt viri docti primum Virorum Illustrium caput de Proca a MS. abfuisse; sequebatur enim perpetua serie, 'Romulus asylum convenis patefecit,' &c.

SEXTUS AURELIUS VICTOR

DE

VIRIS ILLUSTRIBUS

URBIS ROMÆ.

CAP. I.

PROCAS REX ALBANORUM.

ARGUMENTUM. Filiis regnum relinquit Procas. Fratri illud non dat, fratris filiam Vestæ sacerdotem præficit, Vestalis compressæ liberos in Tiberim abjicit Amulius. Amulium interficiunt. Numitori avo regnum restituunt, civitatem condunt Romulus et Remus. Civitatis conditæ vallum transilit, et occiditur Remus.

1. PROCAS, rex Albanorum, Amulium et Numitorem filios habuit; quibus regnum annuis vicibus habendum reliquit, et ut alternis imperarent. Sed Amulius fratri imperium non dedit; et, ut eum sobole privaret, Rheam Sylviam, filiam ejus, Vestæ sacerdotem præfecit,[a] ut virgini-

CAP. I. 1 'Alii *Proca:* ut hic. I. 3. 9. Ovid. Met. XIV. 622. at utraque scriptura est recepta veraque docente Arntzenio.' *Harl.* *Proca* Ed. Pr. Ald. Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. Mox, 'In uno cod. deest *annuis;* in duobus deest *et;* ac legitur post *alternis vicibus;* hæc varietas jam manifestat *νοθείαν*: quare cum Grunero existimo, verba *et ut alternis imperarent*, esse glossemata; et primum ab interprete quodam ad explicandum, *τῶν alternis vicibus* oræ fuisse adscripta, deinde a librario quodam in textum admissa, et ab aliis aliter aucta aut deminuta.' *Harl.* '*Ream Silviam.* Admodum turbant has voces F. et B. *Illius filiam Rheam* (*Ream* legit sine aspiratione B.) *Silviam.* Lugd. 1. *Silviam ejus Rheam filiam.* Lugd. 2. *Filiam e. R. S.* atque ita Just.

NOTÆ

[a] *Vestæ sacerdotem præfecit*] Non dicit *Vestæ sacerdotem fecit, Vestæ sacerdotem fieri jussit*, ut auctor libelli superioris; sed, *Vestæ sacerdotem præfecit.* Intelligit ergo ipsam fuisse virginem *maximam*, quod hodie dici-

tate perpetua teneretur: quæ a Marte compressa, Romulum et Remum edidit. 2. Amulius ipsam in vincula compegit; parvulos in Tiberim abjecit, quos aqua in sicco reliquit. 3. Ad vagitum lupa accurrit, eosque uberibus suis aluit. Mox Faustulus pastor collectos Accæ Larentiæ[b] conjugi educandos dedit. 4. Qui postea, Amulio interfecto, Numitori avo regnum restituerunt: ipsi pastoribus adunatis[c] civitatem condiderunt,[d] quam Romulus augurio victor,[e] quod ipse XII. Remus VI. vultures viderat, Romam vocavit; et, ut eam prius legibus muniret quam mœnibus, edixit, ne quis vallum transiliret; quod Remus irridens transiluit, et a Celere centurione rutro fertur occisus.

XLIII. 2. § 2. 'Filiam ejus Rheam in perpetuam virginitatem demersit.' *Filiam illius R. S.* præferunt H. et Ed. Mach. Ceterum *Ream* sine aspiratione veram scripturam esse existimat Pigh. ad Val. Max. fragm. de Nom. Rat. Init. Et sic reperi in cod. scripto Orosii VI. 1. cum tamen aliter edatur.' *Arntz.* '*Vestæ* abest cod. et Justinus XLIII. 2. (ubi origo Romæ enarratur) in Martis luco sacerdotem fuisse ait.' *Harl.* '*Romulum et Remum.* Inverso ordine tres scripti, *Remum et Romulum:* quo modo et alii ordinem neglexerunt.' *Arntz.*—2 'Pro *compegit*, cod. quidam *conjecit:* utraque forma usurpatur: sed prior est rarior: hinc altera est glossa h. l. habenda. Mox, Arntzenius nubem exemplorum excitat, (quod in libro quodam extat *projecit*,) probaturus, veteres dixisse 'in mare abjicere:' quod nemo negat; sed nullum affert exemplum, *parvulos abjicere* pro consueta formula, *exponere parv.*' Harl.—3 Pro *accurrit* Lugd. 1. præfert *decurrit*. 'Ex Aldina ed. bene reduxit Arntz. *Larentiæ*, et probat, pro vulgato *Laurentiæ* [quod Schott. Gaesb. Delph. Pitisc.].' *Harl.* *Tradit* pro *dedit* Parisinus cod. et Havn. cod. testibus Schott. et Arntz.—4 'Melius Parisiuus *ibi* non *ipsi* præfert.' *Schott.* '*Adunatis* pro 'congregatis,' verbum est serioris ætatis et auctoritatis mediæ, quod aurea ætas ignoravit. Pejus est *coadunatis* in quibusdam edd.' *Harl.* 'Pro *legibus, quam mœnibus muniret* [quod in Ald. Schott. Gaesb. Delph. Pitisc.] consensu plerorumque codd. et edd. reposui *legibus muniret, quam mœnibus.* Verbum scilicet, quod spectat ad duo membra, sæpe ad primum refertur. Pro eo quod sequitur, *transiliret*, in pr. Lugd. est *transiret.*' Arntz. 'Pro

NOTÆ

mus *une abbesse*, et sic virginem regiam decebat. Sed notavit Schottus *Vestæ* abesse in Ms. Flor. Et certe Justinus lib. XIV. in Martis luco sacerdotem fuisse dicit, et Plutarchus Junonis, diserte ex Aristide Milesio. Et infra Noster ad Numam referre videtur.

[b] *Larentiæ* [*Laurentiæ*] Melius *Larentiæ*, ut supra dictum est. Hujus sepulcrum fuit via nova in Velabro. Varro lib. v.

[c] *Pastoribus adunatis*] Id est, in unum congregatis. In quibusdam legitur *coadunatis*.

[d] *Civitatem condiderunt*] Hoc mihi suspectum, nam falsum est Romulum, antequam de cœlo servasset, civitatem condidisse quam postea Romam vocaverit.

[e] *Augurio victor*] Nota *augurio* pro 'auspicio.' Idem Florus: 'Sic Vic-

CAP. II.

ROMULUS, ROMANORUM REX I.

Argumentum. Asylum patefacit; conjugia a civitatibus petit et Consualibus rapit; Acrone devicto Jovi spolia opima consecrat; adversus Tatium, Tarpeiam virginem, cum exercitum ejus in Capitolium produxisset, scutis obruentem, procedit, et pugnam conserit; cum Sabinis fœdus percutit; senatores patres appellat; equitum centurias instituit; plebem in curias distribuit; ad Deos abit; et Quirinus appellatur Romulus, primus Romanorum rex.

1. Romulus asylum [f] convenis patefecit, et, magno exercitu facto, cum videret conjugia deesse, per legatos a finitimis civitatibus petiit. 2. Quibus negatis, ludos Consualia [g] simulavit: ad quos cum utriusque sexus multitudo venisset, dato suis signo virgines raptæ sunt.[h] Ex quibus cum una pulcherrima cum magna omnium admiratione duceretur, Talassio [i] eam duci responsum. 3. Quæ nuptiæ

transiluit, quod codd. II. et Schottus bene et antique, [cum Ald. Gaesb. Delph. Pitisc.] (v. Arntz.) alii *transilivit*, ut supra p. 54. mox *a Fabio Celere* plures edd.' *Harl.* ' *Rutro.* Rutrum, ab eruenda humo seu arena, est instrumentum et rusticum et militare: quare interpretes et critici alteram lectionem *rastro*, [in Ed. pr. et Ald. obviam] a nostro loco alienam, repudiarunt.' *Harl.*

Cap. II. 1 Pro *convenis* est, *omnibus* in Ed. pr. In Mss. est, teste Schott. *mox exerc. fact.*—2 Ad *Consualia*, vide not. Delph. inf. Pro *raptæ* Parisinus, teste Schott. *captæ*. Mox, *Thalassio* Ald. Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. ' Varie hæc vox scribitur. *Talasio.* Lugd. 1. et Franeq. *Talassio* B. *Thalascio* H. Malim abjicere adspirationem, ut Dausq. in Orthogr. part. II. p. 307. et

NOTÆ

tor augurio urbem excitat.' Et Ennius: ' Augusto augurio postquam inclyta condita Roma est.'

[f] *Asylum*] In luco qui inter Capitolium et arcem fuit.

[g] *Ludos Consualia*] Proprie locutus est; malim me ita loqui quam dicere *ludos Consuales.* Pater meus. Sic vetus poëta apud Nonium: ' Ibi pastores ludos faciunt cernui Consualia.' *Consualia* autem, vel ut aliis *Consalia*, a ' Conso ' in cujus honorem fiebant; qui Consus, Neptunus equester est, unde et ' ludi equestres ' dicti sunt.

[h] *Raptæ sunt*] Proprie. Inde factum ut virgines e matris gremio ad maritum raperentur. Catull. ' Qui rapis teneram ad virum virginem.'

[i] *Talassio* [*Thalassio*] Qui dubio procul certo militum numero præerat. Liv. lib. I. ' Unam longe ante alias specie ac pulcritudine insignem a globo Thalassii cujusdam raptam ferunt, multisque sciscitantibus cuinam eam ferrent, identidem, ne quis violaret, Thalassio ferri clamitatum.' Catul. ' Lubet jam servire Thalassio.'

quia feliciter cesserunt, institutum est, ut omnibus nuptiis Talassii nomen invocaretur.[k] Cum fœminas finitimorum Romani vi rapuissent, primi Cæninenses[l] contra eos bellum sumserunt. 4. Adversus quos Romulus processit, et exercitum eorum, ac ducem Acronem singulari prælio devicit. 5. Spolia opima[m] Jovi Feretrio[n] in Capitolio[o] consecravit. [Antemnates,[p] Crustumini,[q] Fidenates,[r] Veientes,[s]] Sabini[t]

Turn. Advers. xi. 17.' *Arntz.*—3 '*Cesserant* codd. [et Ed. pr.] forte rectius, quia sequitur perfectum: mox *iteraretur* malim ex cod. Palat. (quo etiam ducit lectio cod. Lugdun. *uteretur*) quam vulgatum *invocaretur*.' Harl. Habet Ed. pr. *vocaretur*. *Omnibus in nuptiis* Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. '*Cum feminas ergo* Gaesb. eumque secuti posteriores, ut hæc vocula connectioni inserviret; sed cum nec in antiquis editt. nec Mss. nostris appareat, merito ejecimus, cum vel sic liquida satis procedat oratio.' *Arntz.* '*Vi rapuissent. Vi* [a Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. deletum] salva sententia et præeunte Livio i. 9. 'juventus Romana ad rapiendas virgines discurrit,' abesse potest, et Schottus auctoritate sui codicis exterminavit: sed quod reliqui scripti et editi libri illud voc. præbent, et 'vi rapere fœminas' aut 'virgines' a permultis scriptoribus usurpatum est, præcipue quando sermo est de raptu injecta manu, de raptu violento, nec consentiente nec volente virgine, retinuerunt id voc. Arntzenius copiosus de hac forma loquendi, et Grunerus.' *Harl.* Mox, Gryphii codd. *Cenienses*, quomodo et in vulgatis Livii edd. Nos *Cæninenses* per diphthongum scripsimus ex Mss. Plinium etiam iii. 5. Halicarnasseum, et Stephanum de Urbibus secuti. Hi enim Καινίνην urbem appellant. *Schott.* *Cæcinenses* Ed. pr. Deinde *bella sumserunt* Lugd. 1. teste Arntz.—4 *Eorum exercitum ac eorum ducem* Ed. pr. Mox, '*vicit* in H., B. utroque Lugd. et ed. antiq. obvium probavit et in textum recepit Arntz. pro *devicit*. *Certamine* pro *prælio* reperitur etiam in H. Præterea *Pheretrio* est in Ed. pr. et in Ald.—5 '*Antemnates, Crustumini, Fidenates, Veientes.* Hæc quatuor verba in omnibus nostris [in Ed. pr. et in Ald. ut seq. *etiam*] desiderantur, fidem tamen Schotti secutus ejicere nolui, eo contentus, si parenthesi includantur, quo facilius ab aliis secerni possint.' *Arntz.* Mox *etiam* sine uncis exhibent Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. Deinde *ob raptas virgines*

NOTÆ

[k] *Nomen invocaretur*] Vetus codex *nomen iteretur*. Schott. Iterabatur ergo, 'Thalassie, Thalassie,' ut 'Hymen, O hymenæe.'

[l] *Cæninenses*] Populi in Latio qui Cæninam urbem colunt.

[m] *Spolia opima*] Sic dicebantur spolia quæ dux hostium duci a se interfecto detraxerat.

[n] *Jovi Feretrio*] A ferendo, vel a feriendo, vel etiam a feretro Feretrius dictus est, quia in feretro ea spolia ferebantur.

[o] *In Capitolio*] Nota *Capitolio* pro Capitolino monte. Tunc enim nondum erat Capitolium; sic Livius lib. i. 'Spolia ducis hostium cæsi suspensa, fabricato ad id apte ferculo gerens in Capitolium ascendit.'

[p] *Antemnates*] In Sabinis 40. stad. ab urbe Roma.

[q] *Crustumini*] In Latio: supra.

[r] *Fidenates*] In Latio sexto ab Urbe milliario.

[s] *Veientes*] In Latio xviii. mill. ab Urbe.

[t] *Sabini*] Inter Umbriam et Latium.

[etiam] ob raptas bellum adversus Romanos sumserunt. 6. Et cum Romæ appropinquarent, Tarpeiam virginem nacti, quæ aquæ, causa sacrorum,[u] hauriendæ descenderat,[x] ei T. Tatius optionem muneris dedit, si exercitum suum in Capitolium perduxisset.[y] Illa petiit quod illi in sinistris manibus gerebant, videlicet annulos et armillas,[z] quibus dolose repromissis, Sabinos in arcem perduxit, ubi Tatius scutis eam obrui præcepit; nam et ea in lævis habuerant. 7. Romulus adversus Tatium, qui montem Tarpeium[a] tenebat, processit; et in eo loco, ubi nunc Romanum forum est,[b] pugnam conseruit: ibi Hostus Hostilius[c] fortissime dimicans cecidit; cujus interitu consternati Ro-

in Mss. extat, teste Schott.—6 ' *Sacrorum gratia*. Optimo jure *gratia* ejecit Schott. quam vocem alii olim editi [ut Ed. pr. et Ald.] hic intrudunt, a quo tamen peccato abhorrent nostri manu exarati.' *Arntz.* Mox, '*produxisset* e cod. suo Schottus dedit et defendit, consentiente Grutero. At Sylburg. et Arntz. vindicant vulgatum *perduxisset*.' Harl. Vide Arntz. Mediolanensis, teste Schott. *dolose repromissis*. Denique *Titus* pro *Tatius* legunt Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. *Tatius Titus* Leid. 2. et F. non male, teste Arntz. *Titus Tatius* Ald.—7 ' *Tenebant*. Cod. Fran. *tendebat* forte pro *in montem Tarpeium tendebat*. Sed recte se habet vulgata lectio.' *Arntz.* *Hostius Host*. Ald. *Tullus Host*. Ed. pr. ' *Dimicans cecidit*. Leid. 2. et ed. ant. *dimicando*. Cave quidquam mutes; est enim elegans locutio, cum participia illa 'dimicans' et 'pugnans' exprimant, tales non inultos periisse.' *Arntz.* Mox ' Nonnemo

NOTÆ

[u] *Causa sacrorum*] Vox *causa* in Ms. abest, et recte mea quidem sententia; irrepsit enim ex ora in contextum: solent enim Latini, teste Prisciano, eleganter hac prætermissione in generandi casu uti, ut intelligatur 'causa' vel 'gratia:' unde hic ab aliis ascriptum fuisse suspicor. Sallust. Jugurth. 'Belli patrandi cognovit.' Sic alii, 'Reip. defendendæ laborat.' Liv. etiam lib. v. quod alii ante me monuerunt. In insulam igitur glossema deportetur. Schot.

[x] *Hauriendæ descenderat*] Id est, ad aquam hauriendam: sic Plautus, Sallustius, Tacitus.

[y] *Perduxisset* [*produxisset*] Al. *perduxisset*. Ut mox 'Sabinos in arcem perduxit:' nihil tamen mutandum, ita enim Sueton. frequenter. Quanquam *promissio* relationem, ut cum dialecticis loquar, sua vi significet. Utitur et in Scævola auctor noster.

[z] *Videlicet annulos et armillas*] Vide notata ad Florum, lib. I. cap. 1.

[a] *Montem Tarpeium*] Id est, Capitolinum: nam et Tarpeius dictus est.

[b] *In eo loco, ubi nunc Romanum forum est*] Florus cap. 1. 'Ita admissis intra mœnia hostibus, atrox in ipso foro pugna.' Per forum autem, forum Romanum intellige, quod inter Palatinum et Capitolinum collem fuit.

[c] *Hostus Hostilius*] Liv. lib. I. 'Principes utrimque pugnam ciebant: ab Sabinis Mettius Curtius, ab Romanis Hostus Hostilius. Hic rem Romanam iniquo loco ad prima

mani fugere cœperunt. 8. Tunc Romulus Jovi Statori ædem vovit, et exercitus seu forte, seu divinitus restitit. 9. Tunc raptæ in medium processerunt; et hinc patres, inde conjuges[d] deprecatæ, pacem conciliarunt. 10. Romulus fœdus percussit, et Sabinos in Urbem recepit; populum a Curibus, oppido Sabinorum,[e] Quirites vocavit. 11. Centum senatores a pietate Patres[f] appellavit. Tres equitum centurias instituit, quas a suo nomine Ramnenses,[g] a Tito Tatio, Tatienses, a Lucumone Luceres[h] appellavit. 12.

mutat *fugam cœperunt.*' Schott.—8 '*Et exercitus seu forte.* Sic ex Mediolanensi et Mss. optimis restitui. Simonis Colinæi, aliorumque edd. *et exercitui seu forte.* Parisinus cod. antiq. *et exercitum seu forte, seu divinitus restituit*, eximie. *Forte* autem, non *sorte* legendum hic et in antiquis scriptoribus, ut in Tulliis infra cap. 7. admonuimus.' *Schott.* '*Exercitui* legit B. F. et aliquot vetustæ edd. ceteri codd. nihil mutant nisi quod eæd. edd. et F. pro *forte* habeant *sorte.*' Arntz. Mox *restituit* pro *restitit* Ed. pr.—9 '*Tunc raptæ.* Non ita Parisinus. Sed *tum captæ.*' Schott. Pro *patres* Mss. habent *matres*, non recte, teste Schott. Parisinus, eod. test. verbis decurtatis legit *et hinc patres inde conjuges conciliarunt.* 'Leid. 2. *hinc patres, deinde.* Porro voc. *pacem* non admittunt G. B. et F. sed melius receptam tuebimur.' *Arntz.* Præterea *deprecantes* pro *deprecatæ* Ed. pr.—10 '*A Curibus. A Quiritibus* in Mss. Pulmanni est, qui, vulgatis plenior, legit, *Centumque ex senioribus elegit, quorum consilio omnia ageret: quos pro senectute Senatores; Patres a pietate nominavit. Tris Equitum, &c.* nec dubito quin germana sint, quare in contextum recipienda.' *Schott.*—11 'Vide Arntzen. omnia hæc latius docteque explanantem. Quod alii libri habent *ab ætate* conjecit Schottus, suffragante Sylburgio, *Centum senatores ab ætate, a pietate Patres appellavit.*' Harl. Mox, 'Alii *Rhamnenses* scribunt. Mss. concisius *Ramnes;* Parisinus *Romnes*, quam lectionem parum abest quin præferam, ut Romulo magis affinem.' *Schott.* Vide not. Delph. *Ramnes* etiam G. et F. Arntzenii. *Titienses* vel *Ticienses* habent F. B. G. et Lugd. 1. ap. Arntz. *Tacio Tacienses* Ed. pr. 'Tres Mss. pro *Lucumone* habent *Luci communione*' Sylburg. *A Luci communione* quoque G. F. B. Arn-

NOTÆ

signa animo atque audacia sustinebat. Ut Hostus cecidit, confestim Romana inclinatur acies, fusaque est ad veterem portam Palatii.' Hic Hostus Hostilius Tulli Hostilii tertii Romanorum regis avus fuit.

[d] *Hinc patres; inde conjuges*] Totidem pæne verbis Livius: 'Hinc patres, hinc viros orantes,' &c.

[e] *A Curibus, oppido Sabinorum*] Liv. lib. I. 'Ita geminata Urbe, ut Sabinis tamen aliquid daretur, Quirites a Curibus appellati.'

[f] *A pietate Patres*] Alii, ab auctoritate; alii aliter: vide Festum Pomp. in voce 'Patres.' Schottus et Machaneus legebant ut in Ms. *Centum senatores ab ætate, a pietate patres appellavit.*

[g] *A suo nomine Ramnenses*] Sed quomodo a *Romulo, Ramnenses?* Malim *Romnes* ut in aliis. Romulus, 'Romulus,' 'Romnus,' 'Romnis.' Sic cum de nomine suo Urbem vocavit, Romulus eam 'Romam,' non 'Ramam' dixit.

[h] *A Lucumone Luceres*] Idem Varr. lib. I. 'De LL. Tatienses a Tatio,

Plebem in triginta curias distribuit, easque raptarum [i] nominibus appellavit. 13. Cum ad Capræ paludem [k] exercitum lustraret, nusquam comparuit: unde inter Patres et populum seditione orta, Julius Proculus, vir nobilis, in concionem processit, et jurejurando firmavit, Romulum a se in colle Quirinali [l] visum augustiore forma,[m] cum ad Deos abiret; eundemque præcipere, ut seditionibus abstinerent, virtutem colerent: futurum, ut omnium gentium domini existerent. 14. Hujus auctoritati creditum est. Ædes in colle Quirinali Romulo constituta, ipse pro Deo cultus, et Quirinus est appellatus.[n]

tzenii.—12 *Nomine* pro *nominibus* ante Schott. legebatur. 'Ego verba *easque raptum nom. adpellavit*, quæ absunt a IV. codd. ex Livio aliove scriptore primum margini adscripta, dein a librariis in textum recepta crediderim: nec placet illa iteratio τοῦ *adpellavit*.' Harl.—13 '*Capreæ* tres Mss. et omnes, si a Machaneo decesseris, veteres edd. Utrumque quidem recte dici existimant viri docti; verum hoc observandum erit, quamvis utrumque in Mss. codd. occurrat, optimos tamen ex iis et præstantissimos fere *Capræ* præferre.' *Arntz.* *Apud* pro *ad* etiam ante Schott. legebatur. '*Nusquam comparuit* malim. *Nunquam* quidam libri, male.' *Schott.* 'Posteriori tamen modo Fran. et Leid. 2. et magna pars editorum, minus bene.' *Arntz.* '*Contionem* Ed. pr. solus Leid. 2. et sic depravate alii alibi codd. a quibus recte a viris doctis discessum est.' *Arntz.* Mox, *jurando* Lugd. 2. teste Arntz. '*Augustiorem forma* Lugd. 1. *angustiora* Fran. obtrudit.' *Arntz.* '*Ad Deos abiret.* Pro *abiret*, Aldus *obiret* excudit.' *Schott.* 'Ex qua Aldi ed. hoc petierit, ignoro, cum mea Aldina *abiret* exprimat. *Adiret* legitur in Lugd. 2. quod etiam vanum est. Pro seq. *eundemque* habet B. [cum Ald.] *eum denique*.' Arntz. '*A seditionibus* edidit Mach. Sed reliqui scripti (excepto H.) et impressi *ut seditionibus*.' Arntz. *Ut a seditione* edd. ante Schott.—14 Quidam libri, teste Schott. *auctoritate* legunt. '*Appellatus.* Non celabo lectorem hic eadem manu ascriptum in Mss. omn. *Regnavit annos XXXVII.*' Schott.

NOTÆ

Ramnenses a Romulo, Luceres, ut ait Junius, a Lucumone. Sed omnia hæc vocabula Tusca, ut Volumnius, qui tragœdias Tuscas scripsit, dicebat.' Alii *a luci communione Luceres.* Vide Festum.

[i] *Easque raptarum*] Idem Liv. lib. I. Sed contra Plutarch. in Romulo et Dionysius lib. II.

[k] *Ad Capræ paludem*] Juxta urbem Ovid. et Florus *Capreæ* vocant. Livius *Capræ*, et utrumque dici Plutarch. auctor.

[l] *In colle Quirinali*] Sic dicta ab æde Quirini Ovid. II. Sed falsum est. Nam illa ædes post Romuli mortem dicata, mons autem antea Quirinalis dictus. Melius qui a Curibus Sabinis dictum tradunt. Idem et Agonius, vel agonalis dictus.

[m] *Augustiore forma*] *Augustiore*, quippe Deus jam factus. Sic Florus I. 1. 'Visum a se Romulum affirmans augustiore forma quam fuisset.'

[n] *Quirinus est appellatus*] Hinc et Quirinalia instituta, alio nomine stultorum festa XIII. Kal. Mart. in vet. Kalendario Rom. et Ovidio lib. II Fast. In apotheosi quoque nomina mutari solita Lactantius hinc docet I. 15.

CAP. III.

NUMA POMPILIUS, ROMANORUM REX II.

ARGUMENTUM. Romam venit; sacra instituit; ædem Vestæ facit; Vestales legit; Flamines et Salios instituit; pontificem maximum creat; Jano portas ædificat; annum distribuit; leges fert; morbo solvitur, et sepelitur Numa Pompilius, secundus Romanorum rex.

1. POST consecrationem Romuli, cum diu interregnum [a] esset, et seditiones orirentur,[b] Numa Pompilius, Pomponis filius, Curibus oppido Sabinorum accitus, cum, addicentibus avibus,[c] Romam venisset, ut populum ferum [d] religione molliret, sacra plurima instituit. Ædem Vestæ fecit;[e] virgines Vestales legit;[f] Flamines tres,[g] Dialem, Martia-

CAP. III. 1 'Locus variis modis corruptus. Quinque scripti et ant. ed. [cum Ed. pr.] *Diu interregnum* (vel *inter regnum*) *seditiones orirentur.* Leid. 2. *cum divinitus regnum* O. S. olim editi [cum Ald.] *interregno seditiones orirentur.* Erudit. vero Scheff. in Epist. ad Heins. quas hodie beneficio Burmanni habemus Syll. Ep. tom. v. 5. p. 6. maluit scribere *cum de interregno.* Sed cum codd. scripti non *interregno*, verum *interregnum* omnes agnoscant, non dubitavi Schotti fidem secutus ita edere, ut ille in Mss. se invenisse testatur.' *Arntz.* Mox 'Mediol. *dissensiones* non *seditiones* legebat.' *Schott.* '*Pomponis F.* Sic

NOTÆ

[a] *Diu interregnum*] Annuum fuit interregnum Liv. lib. I. 'Itaque rem inter se centum Patres, decem decuriis factis, singulisque in singulas decurias creatis qui summæ rerum præessent, consociant. Decem imperitabant, unus cum insignibus imperii et lictoribus erat: quinque dierum spatio finiebatur imperium, ac per omnes in orbem ibat: annuumque intervallum regni fuit. Id ab re, quod nunc quoque tenet nomen, interregnum appellatum.'

[b] *Seditiones orirentur*] Seditiones vocat dissensiones plebis et Patrum de novo rege creando. Neque enim ullæ seditiones ortæ.

[c] *Addicentibus avibus*] 'Addicere' dicuntur aves, cum aliquid vel garritu, vel volatu suo approbant, et faciunt ratum. Idem et 'admittere.'

[d] *Populum ferum*] Barbaros vocat Florus I. 11. multitudinem imperitam et rudem Livius lib. I.

[e] *Ædem Vestæ fecit*] Inter Capitolium et Palatium medio ferme spatio extra Romam quadratam. Forma rotunda.

[f] *Virgines Vestales legit*] Quatuor tantum legit 'Gegamam, Veraniam, Canuleiam, Tarpeiam.' Duas addidit postea Tarquinius Priscus.

[g] *Flamines tres*] Quidam primam Flaminum institutionem ad Romulum referunt. Sed reclamat Livius lib. I. ubi de Numa: 'Flaminum,' inquit, 'Jovi assiduum sacerdotem creavit, insignique eum veste et curuli regia sella adornavit; huic duos flamines adjecit, Marti unum, alterum Quirino.' Idem et Dionys. Flamines autem quasi *Filamines*, quod caput cinctum habebant filo; vel *flamines* a *flameo*, quod tegminis capitis genus est.

lem, Quirinalem; Salios[h] Martis sacerdotes, quorum primus Præsul vocatur,[i] XII. instituit; Pontificem Maximum[k] creavit; portas Jano Gemino[l] ædificavit. 2. Annum in XII. menses[m] distribuit, additis Januario et Februario. Leges quoque plures[n] et utiles (tulit): omnia (quæ gerebat,) jussu Egeriæ nymphæ, uxoris suæ, se facere simulans. Ob hanc tantam justitiam bellum ei nemo intulit. 3. Morbo solutus in Janiculo sepultus est, ubi post

scripsi antiquis libris auctoribus, quomodo et Livius et Dionysius: quidam et *Pomponi* habebat. Parisinus *Pompilii*, vulgatus *Pomponii* ponit.' *Schott.* '*Pomponii* priscæ edd. [Ed. pr. et Ald.] et scripti quinque. Franeq. *Pomponi Pomponis* est apud Livium XL. 42.' *Arntz.* '*Curibus.* Nonnulli *a Curibus* legunt.' *Schott.* 'Nulla in nostris varietas, nisi quod Lugd. 2. *Curribus.*' Arntzen. Pro *addicentibus avibus* Ed. pr. et Ald. *adducentibus civibus.* Ex Mss. correxit Schott. concinentibus F. et B. Arntzenii. Deinde pro *fecit* habent quidam codd. teste Schott. *confecit:* et *Diales* pro *Dialem* Leid. 2. Præterea pro *Martis* legunt quidam codd. teste Schott. improb. *arcis.* Tum *alios* inter *vocatur* et *XII.* inserit Ed. pr. Denique '*Jano geminas* est in H. et Leid. 2. nec melius quatuor hæ voces *portas Jano gemino ædificavit* non apparent in Boend.' *Arntz.* *Jano Geminio* Parisinus, teste Schott.—2 *Annos* pro *annum*, quidam, teste Schott. legunt. 'Puto, locum male interpunctione laborare, et legendum esse *A. descripsit, in decem menses p. &c.* ut illud *in decem menses* non ad priorem partem, sed ad posteriorem referatur.' *Arntz.* '*Addito* pro *additis* quidam legunt. Nihil tamen muto.' *Schott.* *Addito* codd. Boend. et Mach. Pro *plures et ut.* habent *plurimas et ut.* Ald. Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. *plures utiles* abjecto *et* Ed. pr. Mox in Ald. non comparent in uncinis verba *tulit* et *quæ gerebat.* In Ed. pr. legitur *quæ jussu Eg. conjugis suæ se facere simulans.* Habent etiam Arntz. quinque scripti et ed. Mach. *conjugis.*—3 *Multos* del. Ed. pr. et habet ea mox *fercula* pro *arcula.* Mediol. *scrinia*, teste Schott. '*Fercula* Fran. Leid. 2. Gram. et Haun. *Scrinia* Lugd. 1. quod sine dubio erit melius, si cer-

NOTÆ

[h] *Salios*] A saliendo dictos, qui certis diebus per Urbem armati, ancilia ferientes, cum tripudiis et saltu discurrebant.

[i] *Præsul vocatur*] Lucilius de Saliorum exultationibus: 'Præsul ut amptruat, et inde volgus redamptruat olli.'

[k] *Pontificem Maximum*] 'Pontificem deinde Numam Marcium, Marci filium, ex Patribus legit, eique sacra omnia exscripta exsignataque attribuit, quibus hostiis, quibus diebus, ad quæ templa sacra fierent, atque unde in eos sumtus pecunia erogaretur.' Livius lib. I. 'Pontifex,' quasi *potifex;* quia penes eum sacrorum potestas.

[l] *Jano Gemino*] Qui clausus pacem, apertus bellum significabat. Geminus a gemina facie, hac ortum, illa occidentem spectante.

[m] *Annum in duodecim menses*] Qui prius a Romulo in decem tantum distributus fuerat.

[n] *Leges quoque plur.*] Inde Virgilius de illo: 'Primus qui legibus urbem Fundabit, Curibus parvis, et paupere terra, Missus in imperium magnum.'

multos annos[o] arcula cum libris[p] a Terentio[q] quodam exarata;[r] qui libri, quia leves quasdam sacrorum causas[s] continebant, ex auctoritate Patrum cremati sunt.[t]

tum sit, duas inventas arcas, ut plurimi volunt, præsertim cum etiam vox ea huic rei sit accommodatissima.' *Arntz.* '*A Terentio quodam.* Mire variant libri veteres: alii *Terrentio* scribunt, alii *Tarentino*, ut præter Parisinum et Agrippinensis codex habet: qui summo consensu *extracta* legunt, quod non probo.' *Schott.* *Tarentio* Haun. cod. teste Arntz. '*Leves.* Agrippinus codex *leges* pro *leves* præfert, non recte, nisi *caussas* redundare dicamus. Quid si *lævas*, id est, sinistras?' *Schott.* Pro *continebant* præfert Ed. pr. *obtinebant*, quæ mox del. τὸ *Patrum.*

NOTÆ

[o] *Post multos annos*] Post annos 490.

[p] *Arcula cum libris*] Immo duæ lapideæ arcæ, octonos ferme pedes longæ, quaternos latæ, inventæ sunt. Literis Latinis Græcisque utraque arca inscripta erat, in altera Numam Pompilium sepultum esse, in altera libros Numæ Pompilii inesse. Quæ titulum sepulti regis habuerat, inanis inventa, sine ullo vestigio corporis humani, aut ullius rei; per tabem tot annorum omnibus absumtis. In altera duo fasces candelis involutis, septenos habuere libros, non integros modo, sed recentissima specie. Septem Latini de jure pontificio erant, septem Græci de disciplina sapientiæ, quæ illius ætatis esse potuit. Vide Liv. XL. 29. Plin. XIII. 13. Val. Max. I. 1.

[q] *A Terentio*] Hunc etiam Terentium vocat Festus, et scribam dicit. Livius agrum Petilii cujusdam scribæ.

[r] *Exarata*] Id est, 'arando effossa.' Lex Numæ: 'Si quis terminum exarasset, ipsus et boves sacri sunto.' Utitur et Cicer. l. I. de Leg. et alii.

[s] *Leves quasdam s. c.*] Pro *leves* Schottus legebat *lævas*, id est sinistras; sed frustra, nam *leves* retinendum. Ideo autem cremati fuere, quia leves quasdam, et futiles sacrorum causas continentes, ad dissolvendas religiones facere posse videbantur. Liv. XL. 29. 'Lectis rerum summis, cum animadvertisset (Q. Petilius prætor) pleraque dissolvendarum religionum esse, L. Petilio dixit sese eos libros in ignem conjecturum esse.'

[t] *Cremati sunt*] Septem Latini tantum combusti: septem Græci magna cura asservati: quippe de disciplina tantum sapientiæ tractabant.

CAP. IV.

TULLUS HOSTILIUS, ROMANORUM REX III.

ARGUMENTUM. Rex creatur; Albanis bellum indicit; Albam diruit; Albanos Romam transire jubet; curiam constituit; Cœlium Urbi addit; fulmine icitur et conflagrat Tullus Hostilius, tertius Romanorum rex.

1. TULLUS HOSTILIUS, quia bonam operam adversum[a]

CAP. IV. 1 *Tullius* duo codd. teste Arntz. et duo *qui* pro *quia* legunt.

Sabinos navaverat, rex creatus, bellum Albanis indixit, quod trigeminorum certamine finivit. 2. Albam propter perfidiam[b] ducis Metii Fufetii diruit: Albanos Romam transire[c] jussit. 3. Curiam Hostiliam[d] constituit. Montem Cœlium[e] Urbi addidit. 4. Et dum Numam Pompilium[f] sacrificiis imitatur, Jovi Elicio[g] litare non potuit, fulmine ictus cum regia conflagravit.

Vide not. Delph. inf. Schott. testatur Mediol. legere *navarat.* Mox *tergeminorum* Mediol. et Leid. 1. test. Schott. et Arntz. tum pro *certamine* habent *certatione* Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. '*Certatione* etiam est in Lugd. 2. et ant. edit. reliqui scripti et editi *certamine*, quod mihi quidem magis placet.' *Arntz.*—2 '*Perfidiam. Proditionem* habet Parisinus et Agrippinensis. Sed quæ isthæc commutandi audacia? veterem scripturam retineo.' *Schott. Finivit et Albam* Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. *Suffetii* Ed. pr. *Suffecii* Ald. Mox *Albanos etiam* Ed. pr.—3 Ed. pr. *Curiam Hostam.* Tum 'pro *Cœlium* alii *Cælium*, et absque diphthongo Mss. nostri.' *Schott.*—4 *Sacrificii*, ut Schott. ait Parisinus. Tum Ed. pr. *imitaretur.* Mox *Elitio* Ed. pr. 'B. F.

NOTÆ

[a] *Quia bonam operam adversum*] Optime viris doctis annotatum hic legendum *quia avus ejus bonam, &c.* Neque enim de Tullo Hostilio loqui potest Victor; sed de avo ejus Hosto Hostilio, qui contra Sabinos fortissime dimicans cecidit. Liv. I. 22. 'Numæ morte ad interregnum res rediit; inde Tullum Hostilium, nepotem Hostilii, cujus in infima arce clara pugna adversus Sabinos fuerat, regem populus jussit.'

[b] *Propter perfidiam*] Vide infra Metius Fufetius. Varr. de vita Pop. Rom. lib. I. 'Metium Fufetium propter perfidiam interfecit,' &c.

[c] *Albanos Romam transire*] Flor. I. 3. 'Albamque ipsam, quamvis parentem, æmulam tamen diruit, cum prius omnes opes urbis, ipsumque populum Romam transtulisset.'

[d] *Curiam Hostiliam*] Ubi senatus res humanas curabat. Varr. de L.L. lib. IV. 'Curiæ duorum generum. Nam et ubi curarent sacerdotes res divinas; ut Curiæ Veteres: et ubi senatus humanas; ut Curia Hostilia, quod primus ædificavit Hostilius rex. Ante hanc rostra,' &c.

[e] *Montem Cœlium*] Quem Strabo ab Anco Marcio, Tacitus a Tarquinio Prisco Urbi additum scribunt; sed cum Victore facit Livius I. 30. 'Cœlius additur Urbi mons, et quo frequentius habitaretur, eam sedem Tullus regiæ capit.'

[f] *Dum Numam Pompilium*] Liv. I. 31. 'Ipsum regem tradunt volventem commentarios Numæ, cum ibi quædam occulta solennia sacrificia Jovi Elicio facta invenisset, operatum his sacris se abdidisse: sed non rite initum aut curatum id sacrum esse; nec solum nullam ei oblatam cœlestium speciem, sed ira Jovis solicitati prava religione, fulmine ictum cum domo conflagrasse.'

[g] *Jovi Elicio*] Dictus est Jupiter Elicius, quod eum Numa ope Deorum Fauni et Pici in Aventinum elicuerit. Ovid. Fast. III. 327. 'Eliciunt cœlo te Jupiter: unde minores Nunc quoque te celebrant, Eliciumque vocant.' Et Varro de L.L. lib. V. 'Sic Elicii Jovis ara in Aventino, ab eliciendo.'

Argumentum. Rem paucorum certatione finituri concurrunt trigemini, Horatii et Curiatii. Fugam, duobus Horatiis cæsis, simulat; Curiatios vulneratos insequentes singulos interficit; sororem sponsi paludamento viso flentem occidit; apud duumviros condemnatur; ad populum provocat; patriis lacrymis condonatur, et expiatur Horatius.

5. Cum inter Romanos et Albanos bellum fuisset exortum, ducibus Hostilio [a] et Fufetio,[b] placuit rem paucorum certatione finire. 6. Erant apud Romanos [c] trigemini Horatii, tres apud Albanos Curiatii, quibus fœdere icto concurrentibus, statim duo Romanorum ciderunt, tres Albanorum vulnerati. 7. Unus Horatius quamvis integer, quia tribus impar erat, fugam simulavit, et singulos per intervalla,[d] ut vulnerum erat dolor, insequentes, interfecit. 8. Et cum spoliis onustus rediret, sororem obviam habuit;

Lugd. 2. et H. *Delitio* vel *Delicio*, vitiose.' *Arntz.*—5 *Romanos et* del. Ed. pr. et habet infra et passim *Suffetio:* mox etiam pro *certamine* legit ea *certatio.*—6 *Oratii* Ed. pr. habetque perpetuo sine spiritu Agrippinense exemplum, teste Schott. quo modo G. B. et Leid. 2. Arntzenii. '*Fœdere icto.* Reponit *fœdere inito* Cod. Hann. melior tamen lectio loco movenda non est, quam ceteri codd. et ipsa antiquitas tuentur.' *Arntz.* Mox Agrippinense exemplum *ceciderant:* Leid. 1. *occiderunt*, test. Schott. Arntz.—7 '*Ut vulnerum erat dolor*, h. e. singulos per intervalla, illum citius, hunc tardius, ut fuerit vulnerum vel major dolor, vel minor, insecutos esse: sic veterem lectionem, quæ quoque plurimorum codd. fide nititur, bene reduxit et exposuit Gruner. Contra Schottus ex suo reposuit, *ut vulnerum dolor patiebatur:* eumque secutus est Arntzenius [cum Gaesb. Delph. Pitisc.] Klotzius in Miscell. Crit. p. 34. fortasse legendum esse putat *ferebat* pro *erat:* at præter necessitatem.' *Harl.* *Et vulnerum dolores interfecit* Ed. pr.—8 Boend. et cod. Hann. habent

NOTÆ

[a] *Hostilio*] Tullo Hostilio Romanorum rege.

[b] *Fufetio*] Metio Fufetio Albanorum duce.

[c] *Erant apud Romanos*] Livius I. 24. 'Horatios Curiatiosque fuisse satis constat, nec ferme res antiqua alia est nobilior. Tamen in re tam clara nominum error manet; utrius populi Horatii, utrius Curiatii fuerint: auctores utroque trahunt: plures tamen invenio qui Romanos Horatios vocent. Hos ut sequar inclinat animus.'

[d] *Singulos per intervalla*] Hinc intelligendus Florus I. 3. 'Qui superat Horatius, addito ad virtutem dolo, ut distraheret hostem, simulat fugam, singulosque, prout sequi poterant, adortus, exsuperat.' Idem Liv. 'Ergo ut segregaret pugnam eorum, capessit fugam, ita ratus secuturos, ut quemque vulnere affectum corpus sineret.'

quæ, viso paludamento[e] sponsi sui, qui unus ex Curiatiis erat, flere cœpit. Frater eam occidit. 9. Qua re apud duumviros[f] condemnatus ad populum provocavit:[g] ubi patriis lacrymis condonatus, ab eo expiandi[h] gratia,[i] sub tigillum[k] missus, quod nunc quoque viæ suppositum,[l] Sororium appellatur.

ARGUMENTUM. Veientes et Fidenates adversum Romanos incitat; belli fortunam secuturus aciem in collem subducit; quadrigis religatur; et in diversa distrahitur Metius Fufetius.

10. METIUS FUFETIUS, dux Albanorum, cum se invidiosum apud cives videret, quod bellum solo trigeminorum certamine finisset, ut rem corrigeret, Veientes et Fidenates adversum Romanos incitavit. 11. Ipse ab Tullo in auxilium[a] arcessitus, aciem in collem subduxit, ut fortunam

viri sui pro *sponsi sui* test. Arntz. Mox *fuerat* pro *erat* Ed. pr.—9 Arntz. testatur quatuor habere codd. *quo* pro *qua re*. *Ad pop. provocavit* Ald. Delph. 'Sine præpositione habent libri Mss. sed haud scio an ferri debeat.' *Schott*. *Patriis* dedit Schottus e cod. Mediol. *patris* reliqui codd. edd. pr. et Arntzenius, qui bene illustravit. Præterea pro *suppositum* malint Sylburg. Anna Fabri et Arntz. *superpositum*, Pulmanni *suprapositum*, Lugd. alter

NOTÆ

[e] *Paludamento*] 'Paludamentum' vestis imperatoria colore croceo, interdum etiam albo, cujus duo extrema longitudinis utrimque angusta erant imis latioribus. Aliquando etiam 'paludamentum' milites gerebant. Sallust.

[f] *Apud duumviros*] Quos ea causa tunc primum Tullus creavit.

[g] *Ad* [*apud*] *populum provocavit*] Latinum non est: legendum *ad populum provocavit*.

[h] *Expiandi*] Nota passive positum; ut apud Virgil. 'Penuria edendi.'

[i] *Ab eo expiandi gratia*] Liv. I. 26. 'Ut cædes manifesta aliquo tamen piaculo lueretur, imperatum patri, filium expiaret pecunia publica. Is quibusdam piacularibus sacrificiis factis, quæ deinde genti Horatiæ tradita sunt, transmisso per viam tigillo, capite adoperto, velut sub jugum misit juvenem. Id hodie quoque publice semper refectum manet. Sororium tigillum vocant.'

[k] *Sub tigillum*] Duo tigilla recta defixit, tertiumque transversum imposuit. Sub quod filius, quasi sub jugum missus; consecratisque ibi aris Junoni Sororiæ et Jano Curiatio, liberatus omni noxia sceleris est, auguriis approbantibus. Ex quo sororium id tigillum est appellatum. Fest. In regione IV. ponit P. Victor.

[l] *Viæ suppositum*] Lege *superpositum*: ratio et auctoritas probant.

[a] *Ipse ab Tullo in auxilium*] Ex fœdere quod cum Albanis ictum fuerat, cum trigemini pugnavere. Hinc Florus I. 3. 'Nec diu in fide Albanus,

sequeretur.[b] 12. Qua re Tullus intellecta, magna voce ait,[c] suo illud jussu Metium facere. Qua re hostes territi et victi sunt. 13. Postera die Metius cum ad gratulandum Tullo venisset, jussu ipsius quadrigis[d] religatus, et in diversa distractus est.[e]

subsitum.—10 *Sola trigemin. certatione* Ed. pr. Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. '*Ut rem corrigeret.* Abest a libris nostris antiquis.' *Schott.* '*Ut re corrig.* Leid. 2. in ceteris nulla est varietas, nisi quod Fran. *et* pro *ut* habeat.' *Arntz.* —11 '*Accersitus* quinque Mss. [Ed. pr.] sed vel pueris nota est hæc scripturæ varietas, cum eruditiores receptam facile approbabunt.' *Arntz.* Supra *Tullos* pro *ab Tullo* habet Ed. pr. Post *fortunam* verba in uncis inclusa *belli experiretur ac* add. Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. habet sine uncis Ald. Redundant, teste Schott. ex omnibus libris Mss. Paris. et Colon. item teste Grut. ex Palatinis duobus, quorum alter destituitur præterea illo *belli*. Neque agnoscunt has voces Arntzenii scripti, neque antiq. ed.—12 Pro *qua re* conj. Schottus *eaque re*. Mox *victique* Ald. Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. 'Pro *victique* Mss. *et victi sunt* Mediolanensis, *victi et territi sunt*.' Schott. 'Quomodo etiam in quinque nostris. *Victi et territi* Ed. Mach.' *Arntz.*—13 '*Postera.* Hæc paragraph. non apparet in Franc.' *Arntz.*

NOTÆ

nam Fidenate bello missi in auxilium ex fœdere, medii inter duos expectavere fortunam.'

[b] *Ut fortunam [belli experiretur ac] sequeretur*] Hæc verba semicirculis inclusa optime in Mss. desiderantur, ut viri docti notavere.

[c] *Magna voce ait*] Scilicet ut suorum animos tolleret.

[d] *Quadrigis*] Duabus admotis quadrigis, in currus earum illigatum Metium, equis in diversum concitatis distraxit.

[e] *Distractus est*] Proprie. Varro de vita Pop. Rom. 'Nam equis ad curriculum ex utraque parte deligatum distraxit.' Virg. VI. Æneid. 'Turbatis distraxit equis.' Florus: 'Pernicibus equis distraxit.'

CAP. V.

ANCUS MARCIUS, ROMANORUM REX IV.

ARGUMENTUM. Latinos bello domat; Urbi montes addit; oppido mœnia circumdat; sylvas publicat; vectigal instituit; carcerem ædificat; Ostiam coloniam deducit; jus feciale Romam transfert; et immatura morte præripitur Ancus Marcius, quartus Romanorum rex.

1. ANCUS MARCIUS, Numæ Pompilii ex filia[a] nepos,

CAP. V. 1 *Cnæus Marcius* male scribi in quibusdam libris, *T. Martius* male in aliis testantur Schott. et Harl. *Ancus Martius* Ald. Mox 'in Mss. quibus-

NOTÆ

[a] *Ex filia*] Plutarch. *Ex sorore*; sed Livius, Florus, aliique, *ex filia*.

æquitate et religione avo similis, Latinos bello domuit. 2. Aventinum et Janiculum [b] montes Urbi addidit: nova mœnia oppido [c] circumdedit. Sylvas [d] ad usum navium publicavit.[e] Salinarum vectigal [f] instituit. 3. Carcerem [g] primus ædificavit. Ostiam, coloniam [h] maritimis commeatibus opportunam in ostio Tiberis, deduxit. 4. Jus feciale,[i] quo legati ad res repetundas uterentur, ab Æquiculis [k]

dam *Pomponii*, in aliis *Pomponis* est.' *Arntz.*—2 *Aventinum et Martium* Ed. pr. 'V. C. Metelli et Mediolanensis addit *et Murcium*, quamvis alter per *t* scripserit. Agrip. corrupte *et Cursium*: quare addendum existimo, auctore Livio. Suspicari tamen subit scripsisse auctorem *Murcium et Janiculum*, ut *Aventinum* collem intelligat, qui a Veneris Murciæ sacello nomen accepit.' *Schott.* 'Tres Mss. *Aventinum et Murtium*, quæ lectio stare nequit, si verum est, quod Festus Pompeius tradit, *Aventinum* montem olim appellatum fuisse *Murcium*, et Murciæ Deæ sacellum sub Aventino.' *Sylb.* '*Aventinum et Murtium* legit cod. Grammii et Franeq. *Aventinum et Marcium* seu *Martium* reliqui et ant. ed. Aliquid vitii latere ex varietate librorum certum est, sed quid, divinare non possum, nisi illud ipsum, quod jam occupavit Schottus.' *Arntz.* '*Urbi.* In Paris. vetustissimo cod. amplius est *Romanæ.*' Schott. Mox *Salinarium* excudisse Vascosan. testatur Schott.—3 *Hostiam* Ed. pr. et Ald. cum quinque codd. Arntzenii. '*Ostiam,... deduxit:* sic bene correxit e libris scriptis et editis pr. [immo Ed. pr.] atque interpunxit Grunerus. Vulgo editum est, etiam ab Arntzenio, *Ostiam coloniam, maritimis commeatibus opportunam, in ostia Tiberis deduxit.* Formula autem 'coloniam deducere' est sueta.' *Harl.* *In hostio* etiam Ed. pr. '*In ostio* quinque codd. uti in quibusdam libris esse monet Sylburg. Solus vero Grammii scriptus *eduxit*, quod etiam in aliis se reperisse testatur Schottus, qui tamen recte vulgatam prætulit.' *Arntz.*—4 *Repetundas* ex emendatione Schotti, *repetendas* habent Ald.

NOTÆ

[b] *Aventinum et Janiculum*] Legebat Schottus ex Mss. *Murcium et Janiculum*: nam per 'Murcium' Aventinus intelligitur qui a Murciæ Deæ sacello Murcius dictus fuit. Fest. lib. II.

[c] *Nova mœnia op.*] Hic nova mœnia Romæ quadratæ circumdedisse intelligunt viri docti: frustra equidem. Ancus Marcius muros quos Romulus aratro designaverat, Urbi circumduxit.

[d] *Sylvas*] Ut sylvam Mœsiam quam Veientibus ademit. Liv.

[e] *Publicavit*] In publicum redegit, confiscavit.

[f] *Salinarum vectigal*] Salinæ sunt tabernæ salis quas circa Ostiam fecit Ancus. Liv.

[g] *Carcerem*] 'Carcer ad terrorem increscentis audaciæ media urbe, imminens foro, ædificatur.' Livius.

[h] *Ostiam coloniam*] 'Ostiamque in ipso maris fluminisque confinio coloniam posuit.' Florus.

[i] *Jus feciale*] Quo feciales utebantur ad res repetundas, et bellum indicendum. Cum enim bellum indicere volebant Romani, fecialis ad fines eorum, unde res repetebantur, ibat, et inde res repetebat: quod si non dederentur, post tertium et trigesimum diem, bellum indicebat, et hastam ferratam aut sanguineam in fines eorum emittebat. Vide Liv. I. 32.

[k] *Æquiculis*] In Latio; qui Æqui

transtulit; quod primus fertur Rhesus[1] excogitasse. 5. His rebus intra paucos dies confectis, immatura morte præreptus, non potuit præstare, qualem promiserat, regem.

et Arntz. Mox *Equicolis* Ald. Præterea *primo fertur hesus* Ed. pr. *primus fertur Hesus* Ald. '*Prius* tres codd. *primo* antiq. ed. perperam. *Hessus* Cod. G. et F. *Hesus* B. et Lugd. 2. *Hexus* H. *Bessus* Leid. 1. Sed quis in tantis antiquitatis tenebris verum eruet? Vulnus agnovit, sed medicinam non adtulit Pighius Ann. tom. I. p. 30. neque ego ullam medendi rationem perspicio.' *Arntz.*—5 '*Peremtus* est in Boend. pro *præreptus: præceptus* in Lugd. 2.' *Arntz.* '*Præstare regem.* Parisinus, nisi mendosus codex est, *patrare* habet, quod an recte habeat, aliorum esto judicium.' *Schott.*

NOTÆ

etiam dicti sunt. Antiquam gentem vocat Livius.

[1] *Rhesus*] Temporibus Trojanis. Sed nescio unde hæc Noster. Rhesus Strymonis fluvii, et Terpsichoræ Musæ filius fuit. Vulgati habent *Hesus.*

CAP. VI.

L. TARQUINIUS PRISCUS, ROMANORUM REX V.

ARGUMENTUM. In Etruriam commigrat; Romam petit; regnum, quod aquila portenderat, intercipit; Patres legit; equitum centurias duplicat; bello Latinos domat; Circum ædificat; ludos instituit; de Latinis et Sabinis triumphat; Urbi murum circumdat; filium prætexta et bulla donat; ab Anci liberis interficitur Lucius Tarquinius Priscus, quintus Romanorum rex.

1. LUCIUS TARQUINIUS PRISCUS, Damarati Corinthii[a]

CAP. VI. 1 *Luc. Tarq. Prisc. Lucunio græci Demarati filius Corinthi tirannidem fugiens* Ed. pr. *Lucumo Græci Demarathi filius Corinthi tyrannidem fugiens* Ald. 'Vascosanus melius, *Demarathi Corinthii filius tyrannidem fugiens.* Nondum vere tamen. Mss. nos ad germanam lectionem manu duxerunt, *Demarati Corinthii filius ejus qui Cypseli tyrannidem fugiens.* A quibus Parisinus nihil evariat, nisi quod *Damarati* rectius scribat. Mediolanensis non admodum diversus abit: *Demarati filius qui Corintho tyrannidem fugiens.*' Schott. 'Lugd. 1. *Priscus Lucinio Græci Demorati filius, qui Corynthi tyr.* Lugd. 2. *Lucumo Græci Demarathi filius qui Corinthi:* Boenderm. *Lucumo Græci Dema-*

NOTÆ

[a] *Damarati Corinthii*] Livius lib. I. 34. 'Damarati Corinthii filius erat, qui, ob seditiones domo profugus, cum Tarquiniis consedisset,' &c. Locum integrum adire juvabit.

filius, ejus, qui Cypseli[b] tyrannidem fugiens, in Etruriam commigravit. 2. Ipse Lucumo dictus, urbe Tarquiniis[c] profectus Romam petiit. 3. Advenienti aquila pileum sustulit, et cum alte subvolasset, reposuit. 4. Tanaquil conjux, auguriorum perita,[d] regnum ei portendi intellexit. 5. Tarquinius pecunia et industria[e] dignitatem, atque etiam Anci regis familiaritatem consecutus est; a quo tutor liberis relictus, regnum intercepit,[f] et ita administravit, quasi jure adeptus fuisset. 6. Centum Patres in curiam[g] legit, qui minorum gentium[h] sunt appellati. 7. Equitum centurias numero duplicavit:[i] nomina mutare non potuit,[k] Attii Navii

ratki filius qui Corinthi cipselli: Franeq. *Lucumo Græci Demarati filius qui cipli:* in margine *cipri.* Gramm. Cod. *Lucumo Græci Demarati filius. Qui Cypseli.* Haun. *Lucunio Græci Demarti filius, qui Corinthi.* Eodem plane modo variant etiam editi, quæ tamen omnia pro parte receptam a Schotto lectionem confirmant.' *Arntz.*—2 *Lucunio* pro *Lucumo* Ed. pr. Mox pro *profectus* 'vulgati male *profugus* vel ut Gryph. *profugit* præter historiæ veritatem.' *Schott.* prob. Arntz.—3 'In *sustulit* varia scriptura in veteribus libris. Parisinus *subtulit.* [ut et Boend. Arntz.] Mediolanensis et Coloniensis *substulit.*' Schott. —5 Τῷ *etiam* caret Ed. pr. ut et mox τῷ *est:* non agnoscunt etiam quinque scripti Arntzenius unus *consecutus tutor liberis relictis. Ministravit* Boend. Mox *foret* pro *fuisset* Mediol. et Ed. Mach.—7 '*Equitum.* Perturbata hæc; quæ sic e Livio concinnanda: *Latinos bello domuit. Circum maximum ædificavit. Ludos magnos instituit. Muro lapideo urbem circumdare paranti bellum Sabinum intervenit. Equitum centurias, &c. de Sabinis et Priscis Latinis triumphavit. Filium XIII. annorum, &c.*' Schott. Pro *mutare* habet Parisinus *duplicare,* non improb. Schott. et cod. Grammii ap. Arntz. '*Attii Navii.* Omnes pæne libri veteres hic evariant: Manuss. *Attii Nevii.* Excusi quidam *Accii Nevii,* [ut Ed. pr.] alii *Actii Nævii.*

NOTÆ

[b] *Cypseli*] Corinthiorum tyranni. Tyrannidem invasit circa Olympiadem XXXII. id est, ante Christum natum 653. Damaratus autem Corintho abiit ann. ante Ch. N. 630.

[c] *Tarquiniis*] Urbe Tusciæ ad Laërtem fluvium juxta Aruntes Veteres. Vide Justinum.

[d] *Auguriorum perita*] Ut vulgo Etruci. Liv. Etrusca enim erat Tanaquil.

[e] *Pecunia et industria*] 'Eum enim,' ait Liv. 'Romanis conspicuum novitas divitiæque faciebant, et ipse quoque fortunam benigno alloquio, comitate invitandi, beneficiisque, quos poterat, sibi conciliando, adjuvabat, &c. Notitiamque eam brevi apud regem, liberaliter dextreque obeundo officia, in familiaris amicitiæ adduxerat jura.'

[f] *Regnum intercepit*] Immo eum ingenti consensu populus Rom. regnare jussit.

[g] *Centum Patres in curiam*] Sic trecentos senatores Roma habuit.

[h] *Minorum gentium*] Nam ducentos priores majorum gentium Romulus appellavit.

[i] *Numero duplicavit*] Livius lib. I. 'Numero' (centuriarum) 'alterum tantum adjecit, ut mille et octingenti

auguris auctoritate deterritus, qui fidem artis suæ novacula [l] et cote firmavit. Latinos bello domuit. 8. Circum Maximum [m] ædificavit. Ludos magnos [n] instituit. De Sabinis et Priscis Latinis [o] triumphavit. Murum lapideum [p] Urbi circumdedit. 9. Filium XIII. annorum, quod in prælio hos-

Plinius Nat. Hist. XXXIV. 5. *Accium Navium* vocat. Val. Max. I. 4. *Decium Accium Navum*. Quare legendum *Atium Navum*. Dionysius vero libro III. *Nævium Accium* appellat, ut illud nomen, hoc cognomen sit.' *Schott*. Gramm. Haun. Leid. 2. *Accii Nevii:* atque ita editi. Leid. 1. *Attii Nevii*. Fran. et Boend. *Attii*, teste Arntz. Ald. Schott. Gaesb. Pitisc. Delph. *Accii Navii*.—8 Τὸ *magnos* in Paris. male desideratur, teste Schott. Tum *urbi Romanæ* plenius Paris. improb. Arntz.—9 *In prælium* Boend. Fran. et Leid. 1. Mox

NOTÆ

equites in tribus centuriis essent, posteriores modo sub iisdem nominibus, qui additi erant, appellati sunt: quas nunc, quia geminatæ sunt, sex vocant centurias.' Optime igitur Noster, *centurias numero duplicavit*. Ut et Florus, 'Centuriis tribus auxit.' Ibi enim Florus tribus vocat quas Noster centurias; quem locum minus bene olim sum interpretata, ut nunc tandem percipio ex notis, quas eruditissimus omnique politiori doctrina cumulatissimus, J. G. Grævius, in Florum edidit, mihi earum exemplar benigne transmisit. Notavit enim vir doctissimus Florum centuriis tribuum nomen dedisse; quia cum Romulus omnem populum descripsisset in tres tribus, et ex singula tribu selegisset centuriam equitum, sequenti tempestate nomina tribuum centuriis adhæserunt, et Luceres, Ramnenses, Tatienses dictæ sunt equitum centuriæ. Cum autem dicit Victor Tarquinium Priscum centurias numero duplicasse, illud ita intelligendum non est, ut tribus illis centuriis a Romulo institutis tres alteras addiderit; illud enim tantum cogitavit; sed relicto trium veterum centuriarum numero, capita tantum duplicasse, ut singulæ, quæ trecentorum hominum essent, sexcentorum hominum fierent. Et ita pro nongentis, mille et octingenti equites in tribus centuriis essent. Ut supra Livius.

[k] *Nomina mutare non potuit*] Centurias enim suas suo insignes nomine relinquere decreverat Tarquinius.

[l] *Novacula*] Quia interrogatus a rege, fieri-ne posset quod ipse mente conceperat; ille rem expertus augurio, posse respondit. Cui Accius fortiter contradixit, hoc colore, quod cum omnia Romulus auspicato gesserit, neque mutari, neque novum constitui, nisi aves addixissent, posse. Atqui hoc, inquit, agitabam, an cotem illam secare novacula possem; tum ille Potes ergo, inquit, et secuit.

[m] *Circum Maximum*] Tunc primum Circo, qui nunc Maximus dicitur, designatus locus est. Liv.

[n] *Ludos magnos*] Qui et Romani dicti. Liv. 'Ludicrum fuit, equi pugilesque ex Etruria maxime acciti; solennes deinde annui mansere ludi, Romani magnique varie appellati.' Magni autem quod magnis Diis Jovi, Junoni, et Minervæ fierent.

[o] *Priscis Latinis*] Nam triplex fuit Latium. Prisci autem Latini appellati qui in colonias a Latino Sylvio deducti sunt.

[p] *Murum lapideum*] Cujus exordium

tem percussisset, prætexta [q] bullaque [r] donavit; unde hæc ingenuorum puerorum insignia esse cœperunt. 10. Post ab Anci liberis, immissis percussoribus,[s] per dolum regno exutus et interfectus est.

bullaque ex emend. Arntzenii pro *et bulla* Schott. Gaesb. Delph. Pitisc.—10 Paris. *percussionibus*. Mox *regia excitus et int.* Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. corrigente Schott. improb. Arntz. cum omnibus scriptis et editis, nisi quod in Hann. sit *regno exactus*. Ald. habet *exutus est et interfectus*.

NOTÆ

bello Sabino turbatum fuerat; devictis Sabinis perfectus fuit.

[q] *Prætexta*] Prætexta vestis cui purpura prætexta est; hoc est, quæ purpuram in ora habet: hac utebantur pueri ingenui usque ad annum decimum septimum, qui annus tyrocinii dicebatur. Ea utebantur etiam magistratus.

[r] *Bullaque* [*et bulla*] Insigne erat rotundum, ad similitudinem ejus bullæ quæ spiritu in aqua excitatur; a collo dependentem præ se gerebant, inclusis intra eam remediis quæ adversus invidiam artesque magicas valere opinabantur.

[s] *Percussoribus*] Duobus pastoribus. Vide Livium I. 40.

CAP. VII.

SERVIUS TULLIUS, ROMANORUM REX VI.

ARGUMENTUM. In Tarquinii domo educatur; imperium, quod ei flammæ species caput ejus amplexa portenderat, recte administrat; Etruscos domat; colles Urbi addit; aggerem fossasque facit; populum in tribus, plebi annonam distribuit; mensuras ... constituit; Dianæ Ephesiæ ædem ædificat Servius Tullius, sextus Romanorum rex, et bovem immolat quidam Latinus.

1. SERVIUS TULLIUS, Tullii Corniculani [a] et Ocresiæ captivæ [b] filius, cum in domo Tarquinii Prisci educaretur, flam-

CAP. VII. 1 *Tullus* Mss. improb. Schott. et *Tullus* Lugd. 1. *Publii* pro *Tullii* e suis vulgavit Arntz. *Publii puri Cornicularii et Ocreatiæ* Ed. pr. *P. Corniculani et Ocrisiæ* Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. Legunt Mss. ap. Arntz.

NOTÆ

[a] *Corniculani*] Ab urbe Corniculo in qua princeps fuit.

[b] *Ocresiæ* [*Ocrisiæ*] *captivæ*] Servam vocat etiam Florus cap. 6. Vide quæ apud eum notavimus.

mæ species[c] caput ejus amplexa est. 2. Hoc visu Tanaquil summam dignitatem portendi intellexit. 3. Conjugi suasit, ut ita eum, ut liberos suos, educaret.[d] 4. Qui cum adolevisset, gener a Tarquinio assumtus est: et, cum rex occisus esset, Tanaquil ex altiore loco[e] ad populum despiciens, ait, Priscum gravi quidem, sed non letali vulnere accepto, petere, ut interim, dum convalescit, Servio Tullio dicto audientes[f] essent. 5. Servius Tullius quasi precario regnare cœpit; sed recte imperium administravit. 6. Etruscos sæpe domuit: collem Quirinalem et Viminalem[g] et Esquilias[h] Urbi addidit, aggerem fossasque fecit.[i] 7. Po-

Ocretiæ, Occrisiæ, Ocratiæ.—2 *Hoc viso Tan. summam ei dign.* Ald. Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. Pronomen del. Arntz. Mox *intelligit* Agripp. cod.—4 Pro *qui cum* habent *cumque* Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. '*Ex altiori loco.* Delet hasce voces Gramm. solus: contra *ex altiori* habet Leid. 1. Boend. et Fran. [Ed. pr.] cum vetustis Edd., quare omnino hæ voces delendæ non sunt.' *Arntz.* Mox *Priscum Tarquinium* Ald. Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. *Tarquinium* del. Arntz. secutus Schotti codd. quibus astipulantur Fran. Boend. et Lugd. 2. cum antiq. ed. Præterea *convalesceret* Ed. pr. quæ τῷ *dicto* caret. Vide Nott. Var. Ms. ap. Schott. *dicto obaudientes.* Illud *dicto* non agnoscunt unus et alter e Mss. Arntzenii: Lugd. vero 1. *Servio Tullio dicto obedientes.*—5 Schottus mavult in margine *Ita Serv. Tull.* Pro *administravit* representat *ministravit* Ed. pr. ut et Boend. Fran. et uterque Lugd. ap. Arntz. '*Etruscos.* Rursum perturbatus ordo, quem Johannes Grejonius sic reponendum putavit, Livii auctoritatem secutus: *Etruscos sæpe domuit: populum in quatuor tribus distribuit: classes centuriasque, mensuras, et pondera constituit. Collem Quirinalem et Viminalem, et Esquilias urbi addidit. Aggerem fossasque fecit, ac post plebi distribuit annonam. Latinorum populis, &c.* Nihil tamen muto, fretus Mss. libris.' *Schott.*—6 *Et Viminalem* delet Boend. *Et Esquilias* in Parisino aberant, teste Schott. 'Neque agnoscit has duas voces *et Esquilias* Gramm. cod. Tres vero scribunt *Exquilias.* Vid. Dausq. de Orthogr. part. II. pag. 126.' *Arntzen.* *Equilias* legit Ed. pr. '*Aggerem.* Me-

NOTÆ

[c] *Flammæ species*] Vide quæ apud Florum dicta sunt cap. 6.

[d] *Ut liberos suos, educaret*] Id uno verbo Latine dicitur 'liberaliter educare.'

[e] *Ex altiore loco*] 'Ex superiore parte ædium per fenestras in novam viam versas (habitabat enim rex ad Jovis Statoris) populum Tanaquil alloquitur.' Livius.

[f] *Dicto audientes*] Id est, 'imperio.' Inde dictator. Et Virgil. in Æneid. VI. 'Hic ego namque tuas sortes arcanaque fata Dicta meæ genti ponam:' ubi *dicta* nihil aliud significant quam summum imperium.

[g] *Collem Quirinalem et Viminalem*] Livius I. 44. 'Addit duos colles, Quirinalem Viminalemque. Inde deinceps auget Esquilias. Ibique ipse, ut loco dignitas fieret, habitat:' ubi legendum videtur *Inde deinceps auget Esquiliis;* id ratio et auctoritas suadent. Addit, inquit, Urbi collem Viminalem et Quirinalem; inde deinceps Urbem auget Esquiliis.

[h] *Esquilias*] Mons Esquilinus dictus quod excubiæ ibi agerentur.

pulum in quatuor tribus[k] distribuit, ac post plebi distribuit annonam. 8. Mensuras, pondera, classes, centuriasque[l] constituit. 9. Latinorum populis[m] persuasit, uti exemplo eorum, qui Dianæ Ephesiæ[n] ædem fecissent, et ipsi ædem Dianæ in Aventino ædificarent. 10. Quo effecto, bos cuidam Latino[o] miræ magnitudinis nata, et responsum somnio datum, eum populum summam imperii habiturum, cujus civis bovem illam Dianæ immolasset.[p] 11. Latinus bovem in

diol. legit *aggeremque ac fossas.*' Schott.—7 *Ac primo* pro *ac post* legit Hann.—8 'Post *constituit* Schottus e tribus codd. addidit, *primus omnium census ordinavit, qui adhuc per orbem terrarum incognitus erat:* at primum deest hæc periodus in omnibus reliquis libris scriptis et edd. pr. dein manifesto transcripta sunt a quodam librario ex Eutropio I. 6. Tum Victor brevitatis studiosus in voc. *classes* jam latere putarit *census* ortum. Hinc Arntzenius illam periodum uncis inclusit [cum Gaesb. Pitisc.] et Gruneras delevit.' [cum Ed. pr. Ald. Bip.] *Harl.* Hæc verba sine uncis habet Delph.—10 Malit *facto* cum Mss. ejus Schott. malit *effecto* cum Mss. ejus Arntz. pro *cuidam* præferunt quidam Mss. apud Schott. et Arntz. *quædam.* Ed. pr. *quedam.* Mox *nata est, responsum somnio datum est* Ed. pr. *somno* solus Arntz. Conjicit Sylburg. *responsum domino datum.* Tum pro *cujus civis* exhibent Ald. et vulgati omnes ante Schott. *qui prius:* τὸ *civis* del. Ed. pr. Denique τὸ *Dianæ* in omnibus

NOTÆ

Primum *Excubinus*, postea, mutata pronuntiatione, *Exquilinus:* et melioris soni gratia *Esquilinus*, et a poëtis *Esquilius*.

[i] *Aggerem fossasque fecit*] 'Aggere et fossis et muro circumdat urbem, ita pomœrium profert.' Livius.

[k] *Populum in quatuor tribus*] Tribus urbanas intellige: quadrifariam enim urbe divisa regionibus collibusque, quæ habitabantur partes, tribus eas appellavit. Fuere autem Palatina, Esquilina, Suburrana, Collina. Idem etiam totum agrum divisit in partes viginti sex, quas et tribus rusticas appellavit, ita ut quatuor superioribus urbanis additis, omnes numerum triginta tribuum efficerent.

[l] *Classes, centuriasque*] Sex classes fuere, quibus continebantur centuriæ centum nonaginta tres; prima quidem classe conflata ex equitibus et peditibus, nonaginta octo centuriæ; secunda classe viginti et duæ una cum opificibus; tertia, viginti et duæ centuriæ, adjunctis tubicinibus et cornicibus; quarta classe viginti centuriæ; quinta classe triginta centuriæ; sexta et ultima tota constante ex civibus egenis unica centuria. Vid. Halicarnass. IV. 2. qui hæc omnia distinctissime tradidit. Sic igitur singulas classes in centurias digessit. Hinc centuriata comitia, in quibus populus centuriatim conveniebat, et suffragia ferebat.

[m] *Latinorum populis*] Qui duodecim fuere.

[n] *Eorum, qui Dianæ Eph.*] Asianorum. Nam Dianæ templum communiter a civitatibus Asiæ in Epheso urbe factum fuit.

[o] *Cuidam Latino*] Sabinum, non Latinum faciunt Livius et Plutarch. Sed hæc non pugnant. Sabini enim aliquando inter Latinos numerati.

[p] *Bovem illam Dianæ immolasset* [*il-*

Aventinum egit, et causam sacerdoti Romano exposuit. 12. Ille callidus dixit; prius eum vivo flumine manus abluere debere. 13. Latinus dum ad Tiberim descendit, sacerdos bovem immolavit. 14. Ita imperium civibus, sibi gloriam facto consilioque quæsivit.

ARGUMENTUM. Tarquinii Prisci filiis filias suas in matrimonium dat; Superbo regnum paternum repetente, interficitur Servius Tullius. In forum properat; conjugem regem salutat; super patris corpus carpentum agit; et cum conjuge in exilium agitur Tullia.

15. SERVIUS TULLIUS filiam alteram ferocem, mitem alteram habens, cum Tarquinii filios[q] pari animo[r] videret, ut omnium mentes morum diversitate leniret, ferocem miti, mitem feroci[s] in matrimonium dedit. 16. Sed mites seu forte, seu fraude[t] perierunt: feroces morum similitudo conjunxit. 17. Statim Tarquinius Superbus, a Tullia incitatus, advocato senatu, regnum paternum repetere cœpit. 18. Qua re audita Servius, dum ad curiam properat, jussu

præter Grun. et Bip. omittitur; quamvis jam Anna Fabri et Arntz. id voc. necessario addendum esse vidissent: ex cod. Leid. 1. adjecit Gruner.—11 Pro *caussam* Mss. ap. Schott. *omnia* legunt.—12 Mss. ap. Schott. *Ille callide dixit, prius vivo eum flumine.*—13 Mss. ap. Schott. et Leid. 1. ap. Arntz. *Dum Latinus.*—14 *Civibus et .... consilioque petivit* Ed. pr. *Vindicavit* Ald. et, teste Schott. melioris notæ codd. alii *vendicavit*. Boend. Fran. et Gram. *quæsivit*. Uterque Leid. *petivit.*—15 *Alteram mitem ferocem alteram* Ed. pr. *Tarquinii Prisci* Schott. Ald. Gaesb. Delph. Pitisc. 'Nos auctoritate quinque codicum neque *Prisci* neque *Superbi* agnovimus.' *Arntz.* Mox 'Mss. pro *miti* habent *morum simplici*.' Sylburg. Tum *in matrimonio* Ed. pr.—16 'Plerique Mss. male *sorte* pro *forte* retinent.' *Arntz.*—17 *Patrium* pro *paternum* Ed. pr. cum utrisque Lugd. ap. Arntz. *Patris* Hann. 'Libri veteres *patrium*. In Mediol. abest: mox *repente cepit* habet G. Cassandri editio pro *repetere cœpit*.' Schott.

NOTÆ

lam immolasset] Ratio et auctoritas probant legendum *bovem illam Dianæ immolasset*. Audi Livium, 'Et cecinere vates, cujus civitatis eam (bovem) civis Dianæ immolasset, ibi fore imperium.'

[q] *Tarquinii* [*Tarq. Prisci*] *filios*] Nepotes dicit Dionys. Halicarnass. quem vide. Livius tamen pluribus auctoribus filios vocavit.

[r] *Pari animo*] Eodem animo, quo filiæ Servii scilicet, mitis alter, alter ferox.

[s] *Ferocem miti, mitem feroci*] Ex præcepto Platonis in lib. VI. de Legibus: qui ingenia miscenda esse contendit, ut iracundis tranquillæ, incitatiores sedatis hominibus applicentur.

[t] *Seu fraude*] Dionys. veneno sublatos putat.

Tarquinii [u] gradibus dejectus et domum refugiens, interfectus est. 19. Tullia statim in forum properavit, et prima conjugem regem salutavit; a quo jussa turba decedere, cum domum rediret, viso patris corpore, mulionem evitantem super ipsum corpus [x] carpentum agere præcepit: unde vicus ille Sceleratus [y] dictus. Postea Tullia cum conjuge in exilium acta est.

—18 Codex antiq. calamo exaratus *in gradus. gradibus ejectus* Lugd. 2. et Haun. *rejectus* Gramm. *gradibus dejicitur* Ed. pr.—19 'Illud *statim* repetitur in omnibus Mss. et editis, quare et huic voci etiam hic locum dedimus. Pro *in forum* tres Mss. præpositionem abjicientes simpliciter *forum* scribunt.' *Arntz.* Mox *a qua jussa turba recedere* Ald. et alii. Vide Nott. Var. *jussa e turba* Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. Tum *cunctantem* pro *evitantem* alter Lugd. non improb. Arntzen. Denique *dictus est. Postea . . . acta* Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. *dictus. Postea . . . acta* Bip. 'Auctoribus Mss. et priscis editis verbum *est* post *dictus* delevimus, et in finem capitis rejecimus. Haun. legit *Postea cum conjuge Tullia in exsilium actus est*, ut ad Tarquinium referatur.' *Arntz.*

NOTÆ

[u] *Jussu Tarquinii*] Immo ab ipso Tarquinio.

[x] *Super ipsum corpus*] Ita fere omnes historici. Florus tamen ait Tulliam carpentum supra patrem egisse, cum virum suum regem salutatum iret. Nisi potius, ut olim monui ibi, pro *salutaret*, rescribendum *salutarat*: neque enim adhuc ejus me pœnitet. Sed de hoc pluribus apud Eutrop.

[y] *Sceleratus*] Nihil aliud est quam 'infelix.' Florus, Plant. Terent. Ita inferius legas, 'porta qua profecti fuerant, scelerata est appellata.' Sic 'scelus' pro 'infelicitas' apud Terent.

CAP. VIII.

TARQUINIUS SUPERBUS, ROMANORUM REX VII.

ARGUMENTUM. Cognomen a moribus; regno occupato Latinos et Sabinos domat; Suessam Pometiam rapit; Gabios in potestatem redigit; ferias Latinas instituit; in Circo foros et cloacam facit; cum filio Lucretiæ stuprum inferente in exilium agitur; et Cumis reliquum vitæ tempus exigit Tarquinius Superbus, septimus Romanorum rex.

1. TARQUINIUS SUPERBUS cognomen moribus [a] meruit.

CAP. VIII. 1 *Cognomine a moribus* Ed. pr. *cognomine* etiam Leid. 2. Mss. ap.

NOTÆ

[a] *Cognomen moribus*] Florus: 'Cui cognomen Superbo ex moribus datum.'

2. Occiso Servio Tullio regnum sceleste occupavit. Tamen bello strenuus, Latinos Sabinosque domuit; Suessam Pometiam[b] Volscis eripuit; Gabios[c] per Sextum filium, simulato transfugio,[d] in potestatem redegit; et ferias Latinas[e] primus instituit. 3. Foros in circo,[f] et cloacam maximam[g] fecit, ubi totius populi viribus usus est: unde illæ

Schott. *ex moribus:* alii *a moribus.*—2 *Scenam Pometiam Etruscis* Ed. pr. *Suessam Pometiam Hetruscis* Ald. Vide Nott. Var.—3 Pro *Foros* habent *Locos* Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. *Lacus* Ed. pr. et Ald. *Lacum*, *Latus*, *Ludos* alii.

NOTÆ

[b] *Suessam Pom.*] Volscorum caput: eam Volscarum urbium matrem fuisse memorat Strab. lib. v.

[c] *Gabios*] A sinistro Latinæ viæ latere, inter eam et Valeriam sunt Gabii in via Prænestina. Ea urbs latomias habet quæ Romanis usu ceteris præstant: distat æquali a Roma et Præneste intervallo. Strab. lib. v.

[d] *Simulato transfugio*] Nam Sextus transfugit ex composito Gabios, saucius verberatusque virgis, patris in se sævitiam intolerabilem conquerens, et benigne ab Gabinis acceptus, dux tandem belli legitur. Sicque, re Gabinia in potestatem redacta, per nuntium patrem quid fieri vellet consuluit: cui nihil pater respondit; sed cacumina papaverum virgula disjecit, eo capita primorum civium truncanda esse significans.

[e] *Ferias Latinas*] Has Dionysius Halicarnassus lib. IV. omnium optime explicavit: 'Tarquinius,' inquit, 'proposuit designare commune fanum Romanorum, Latinorum, Hernicorum, Volscorum, quo ad mercatum convenientes quotannis una epularentur, fruerenturque sacris communibus. Locus conventui præstitutus est in meditullio fere harum gentium mons altus Albanis imminens, ubi singulis annis feriæ celebrarentur, et eo temporis spatio propter loci religionem, legemque de hoc latam, ab omni vi temperarent omnes: sacraque communiter Jovi Latiali facerent, et vacarent epulis, constituto prius, quantum quisque populus in ea sacra præbere, quantamve portionem recipere debeat. Earum feriarum atque sacrificii participes fuerunt tribus minus quinquaginta populi, quas nostra quoque ætate Romani agitant, Latinas vocatas: conferuntque in eas populi sacrorum participes quidam agnos, quidam caseos, quidam lactis certum modum, quidam liba lactaria. Victima est taurus unus communis omnium, de cujus visceribus cuique populo sua certa portio tribuitur, sacrificatur autem pro omnibus, et Romani præsunt sacrificio.'

[f] *Foros* [*Locos*] *in circo*] *Foros* vocat Livius. Loca erant spectandis ludis fabricata: unde et spectacula etiam dicta.

[g] *Et cloacam maximam*] Livius, 'Foros in Circo faciendos, cloacamque maximam receptaculum omnium purgamentorum Urbis sub terram agendam: quibus duobus operibus vix nova hæc magnificentia quicquam adæquare potuit.' Erat hæc cloaca ad Jovis Statoris in tres ductus divisa; quorum duo postmodum clausi sunt; tertius per lacum Curtium sub foro Romano, per Palatini montis

fossæ Quiritium[h] sunt dictæ. 4. Cum Capitolium inciperet, caput hominis[i] invenit: unde cognitum est, eam urbem caput gentium futuram. 5. Et cum in obsidione Ardeæ[k] filius ejus Lucretiæ stuprum intulisset, cum eo in exilium actus, ad Porsenam Etruriæ regem confugit; cujus ope regnum retinere tentavit. 6. Pulsus, Cumas[l] concessit; ubi per summam ignominiam reliquum vitæ tempus exegit.

Vide Nott. Var. Mox *Quiritum* est in tribus ap. Arntz. codd.—4 *Dum Capitolium* Fran. male, teste Arntz.—5 *Obsidio* pro *obsidione* edd. ante Schott. Mox *Porsennam* Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. improb. Arntz. quem vide. Tum pro *retinere* melius libri veteres, teste Schott. *recuperare*. Boend. *obtinere*. —6 Machaneus secutus vet. cod. *cum summa ignominia;* non improbb. Schott. et Arntz.

NOTÆ

radices in Velabrum aqua limpidissima fluebat, et, inde canali e saxis quadratis exstructo, in Tiberim effluebat. Aliæ fuere item cloacæ a Tarquinio Prisco structæ, in quibus naves grandiores ultro citroque libero cursu commeare poterant. Bene illas descripsit Vigener. ad Livium.

[h] *Quiritium*] Ad similitudinem fossæ illius Quiritium quæ Anci regis opus fuit.

[i] *Caput hominis*] Idem Liv. et Dionys. asserunt. Recens videbatur, et integra facie.

[k] *Ardeæ*] Urbs Rutulorum fuit octavo decimo ab Urbe milliario.

[l] *Cumas*] Livius de eo, 'Mortuus est Cumis, quo se, post fractas opes Latinorum, ad Aristodemum tyrannum contulerat.'

CAP. IX.

L. TARQUINIUS COLLATINUS, ET LUCRETIA UXOR.

ARGUMENTUM. Regiis nuribus in convivio et luxu deprehensis, in lanificio offenditur; a Tarquinio Sexto corrumpitur; se ipsam occidit; et vindicatur Lucretia, L. Tarquinii Collatini uxor.

1. TARQUINIUS COLLATINUS, sorore Tarquinii Superbi[a]

CAP. IX. 1 '*Tarquinius*. Hoc et aliis locis, ubi hæc vox occurrit, satis constanter Lugd. 1. nonnunquam etiam Lugd. 2. et alii *Tarquinus* scribunt. Vitiose. Confer quæ attulit Pierius ad Virgil. Æn. VI. 818. et VIII. 646. Dausq. Orthogr. part. II. p. 308. Sed id verbo monuisse sufficiat.' *Arntzen.*

NOTÆ

[a] *Sorore Tarquinii Superbi*] Hic Livio repugnat, qui Egerii filium facit Tarq. Collatinum, et nepotem tantum Tarq. Prisci ex fratre. *Schottus.*

genitus, in contubernio[b] juvenum regiorum Ardeæ erat: ubi cum forte in liberiore convivio[c] conjugem suam unusquisque laudaret, placuit experiri. 2. Itaque equis Romam petunt. Regias nurus in convivio et luxu deprehendunt. Exinde Collatiam[d] petunt. Lucretiam inter ancillas in lanificio offendunt:[e] itaque ea pudicissima judicatur. 3. Ad quam corrumpendam Tarquinius Sextus nocte Collatiam rediit, et jure propinquitatis in domum Collatini venit, et cubiculum Lucretiæ irrupit, pudicitiam expugnavit.[f] 4. Illa, postero die advocatis patre et conjuge, rem exposuit; et se cultro, quem veste texerat,[g] occidit. 5. Illi in exitium regum conjurarunt, eorumque exilio necem Lucretiæ vindicaverunt.[h]

Mox Mss. ap. Schott. *ex sorore.* Tum Parisin. et Agripp. ap. Schott. *unde cum forte liberiore:* non reperitur etiam τὸ *in* in Gramm. cod. et Delph.—2 *Vel luxu* pro *et lux.* est in Ed. pr. Mox *deprehendunt, et inde* Arntz. solus ex suis codd. Tum *Conlatiam* et *Conlatini* perpetuo Mss. ap. Schott. Paris. et Colon. *Collatium,* ut et Fran. et Boend. ap. Arntz. Lugd. 2. *Collatina.* Præterea *offendunt. Ita ea* Ald.—3 Pro *rediit* habet *petit* Lugd. 1. *petiit* Lugd. 2. et Haun. *Et cubiculum.* Vide Not. Delph. Quinque Arntzenii et Ed. Mach. cum Ed. pr. particulam delent. *Et in cubiculum* Ald.—4 *Convocato* pro *advocatis* Leid. 1. *Et cultro, quem veste texerat, se occidit* Ed. pr. Pro *texerat* habent *gesserat* Mss. ap. Schott.—5 *Exitio* pro *exilio* Ed. pr.

NOTÆ

[b] *In contubernio*] *Dans la tente.*

[c] *In convivio*] Ovid. lib. II. Fast. 'Ecce nurum regis, sparso per colla capillo, Inveniunt posito pervigilare mero.'

[d] *Collatiam*] Latii oppidum in via Tiburtina.

[e] *In lanificio offendunt*] Quod castæ matronæ argumentum. Varro de vita Pop. Rom. lib. I. 'Cum interea in lucubrando faceret juxta ancillas lanam.' De Lucretia inter ancillas lanam faciente sic Enn. lib. III. 'Deducunt habiles radios filo gracilento.'

[f] *Et cubiculum* [*et in cubiculum*] *Lucretiæ irrupit, p. ex*] Pro his omnibus monuit Schottus hærere tantum in Mss. suis, *Et jure propinquitatis in domum Collatini venit, et cubiculi pudicitiam expugnavit:* qua scriptura nihil excogitari queat venustius. Impudicum quidem deinde esse cœpit cubiculum Lucretiæ; ipsa vero nentiquam. *Gruter.*

[g] *Quem veste texerat*] Virg. 'Aperit ramum quem veste tegebat.'

[h] *Vindicaverunt*] Ulti sunt.

CAP. X.

JUNIUS BRUTUS, PRIMUS ROMANORUM CONSUL.

ARGUMENTUM. Stultitiam fingit; terram matrem osculatur; in regnum exitium conjurat; suos filios securi percutit; cum Aruute congressus cadit; laudatur et lugetur L. Junius Brutus, Romanorum consul primus.

1. LUCIUS JUNIUS BRUTUS, sorore Tarquinii Superbi[a] genitus, cum eandem fortunam timeret, in quam frater inciderat, qui ob divitias et prudentiam fuerat ab avunculo occisus, stultitiam finxit; unde Brutus dictus.[b] 2. Juvenibus regiis Delphos[c] euntibus[d] deridiculi[e] gratia comes ascitus, baculo sambuceo[f] aurum infusum Deo[g] donum tulit. 3. Ubi responsum est, eum Romæ summam potestatem habiturum, qui primus matrem oscularetur, ipse terram[h]

CAP. X. 1 'Vulgati libb. *Junius Brutus* sine prænomine.' *Sylburg.* Atque ita Boend. et Leid. uterque, teste Arntz. Tum *ex sorore* rursus quidam. Paulo post *cum fortunam timeret, quam frater* Fran. et Boend. Præterea pro *prudentiam* habent *de imprudentia* Mss. ap. Schott. et habet Ed. pr. *ab avunculo fuerat.*—2 *Delphon* Ed. pr. quæ pro *deridiculi*, habet cum Ald. et aliis *ridiculi.* Mox *comes additus* conj. Arntz. Vide Nott. Var. '*Donum tulit.* Sic impressi. Mss. vero *dono intulit:* et infra *dignitatem*, alii *potestatem* præferunt.' *Schott.* 'Alios longe codd. vidit et ad partes sæpe vocat Schottus, quam Nostri sunt: unanimi enim consensu omnes *donum tulit*, et *summam potestatem;* quod etiam præfero, licet non multum intersit.' *Arntz.*—3 *Unde*

NOTÆ

[a] *Sorore Tarquinii Superbi*] Hic Livium sequitur apud quem 'L. Junius Brutus Tarquinia sorore regis natus.' Sed verisimilius Dionysius hanc amitam regis facit, Prisci Tarquinii filiam.

[b] *Unde Brutus dictus*] Brutus nihil aliud est quam tardus seu gravis, *qui a l'esprit pésant, lourd;* Græce βραδὺς. Terent. 'Hoi tardus es.' Horat. 'Bruta tellus.'

[c] *Delphos*] Urbs ad radices Parnassi.

[d] *Juvenibus regiis Delphos euntibus*] Titus et Aruns regii juvenes Delphos missi, ad oraculum consulendum de angue qui ex columna lignea elapsus terrorem fugamque in regia fecerat, regisque pectus anxiis impleverat curis.

[e] *Deridiculi*] Plaut. in Amphit. 'Quid obsecro, tu me deridiculi gratia sic salutas?' Et in Pseudol. 'Verba per deridiculum dare.'

[f] *Baculo sambuceo*] Aliter paulo Livius: 'Aureum baculum inclusum corneo, cavato ad id baculo, tulisse donum Apollini dicitur, per ambages effigiem ingenii sui.'

[g] *Deo*] Apollini.

[h] *Ipse terram*] Quæ omnium mater. Virg. 'Mater alit tellus.' Homer. et Pindar. γῆ μήτηρ.

osculatus est. 4. Deinde propter Lucretiæ stuprum, cum Tricipitino et Collatino in exitium regum conjuravit. 5. Quibus in exilium actis, primus consul creatus, filios suos,[i] quod cum Aquiliis et Vitelliis[k] ad recipiendum in Urbem Tarquinios[l] conjuraverant, virgis cæsos securi percussit. 6. Deinde in prælio, quod adversus eos gerebat, singulari certamine cum Arunte filio Tarquinii congressus se ambo mutuis vulneribus occiderunt. 7. Cujus corpus in foro positum, a collega laudatum,[m] matronæ anno luxerunt.

responsum Ed. pr.—4 *In exitium regium* Ed. pr.—5 *Creatus est: filios* Ed. pr. 'Post *filios suos* additur in quibusdam edd. [Ald. nempe] *fratrisque*, sed abest id ab optimis plurimisque codd. atque si retinendum fuisset voc. non *fratrisque* sed *fratresque* fuisset scribendum.' *Harl.* Mox *ad recipiendos* Lugd. 1. *ad recipiendos Tarq. in urbem* Ed. pr. *in urbe* Lugd. uterque.—6 *Aronte* Leid. 2. Boend. et Haun. ap. Arntz. *Oronce* Ed. pr. Tum *congressus est, ubi ambo mutuis vulneribus ceciderunt* Schott. Delph. Gaesb. Pitisc. corrigente Schott. Lectionem nostram restituit Arntz.—7 'Non recte *anno* desideratur in Lugd. 1. quod adesse debet.' *Arntz.*

NOTÆ

[i] *Filios suos* [*filios suos, fratrisque*] Vox *fratrisque*, ut monent viri docti, non apparet in Mss. quare rejicienda. Livius ait Bruti filios una cum sororis liberis conjurasse.

[k] *Aquiliis et Vitelliis*] Aquilii filii erant sororis Collatini. Vitellii sororii erant Bruti. Sed vide Liv. II. 4.

[l] *In Urbem Tarquinios*] E bona illa veteri Latinitate.

[m] *A collega laudatum*] Hinc natus mos viros præclaros, et de republica bene meritos, oratione funebri decorandi. Immo et prius idem Athenienses factitarunt.

CAP. XI.

HORATIUS COCLES.

ARGUMENTUM. Porsena Tarquinios restituere tentante, pro ponte sublicio stat; cumque illo interrupto in Tiberim decidit, ad suos transnat, et statua posita donatur Horatius Cocles.

1. PORSENA rex Etruscorum, cum Tarquinios in urbem restituere tentaret, et primo impetu Janiculum cepisset, Horatius Cocles,[a] (illo cognomine, quod in alio prælio

CAP. XI. 1 *Oratius Cocles* Ed. pr. quæ cum Ald. sine uncis habet verba seqq.

oculum amiserat,) pro ponte sublicio[b] stetit, et aciem hostium solus[c] sustinuit, donec pons a tergo interrumperetur, cum quo in Tiberim decidit, et armatus ad suos transnavit. 2. Ob hoc ei[d] tantum agri publice datum est, quantum uno die circumarari potuisset. Statua quoque ei in Vulcanali[e] posita.

Tum *Sublitio* Ald. unus Ms. ap. Schott. *Sulpitio* habebat, et supra ascriptum *subfilicio Tiberis*. Mox ab Ald. τὸ *solus* abest, ut a quibusdam libb. vett. Præterea *cum quo statim* Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. *Tum quo* Gramm. 'Arntz. malit *in Tiberim desiluit*, ut habet Liv. II. 10. 11. aut *tum se in Tiberim dejecit:* quod tamen haud necessarium.' *Harl.* Denique *tranavit* Ald. '*Tranavit* edidit Drakenb. apud Livium l. m. *transnavit* defendit Schottus nostro loco: adde Arntzen. qui utrumque admittere tutius credit.' *Harl.*—2 Τὸ *est* delevit Arntz. post *datum*, cum scriptis et Mach. ed. Retinent omnes reliquæ. '*Circumarari* cod. Leid. 1. reliqui codd. *ambire*, aut *arare*, aut *arari*: et Arntzen. edidit *arari*.' Harl. Tum *posita est* Ed. pr.

NOTÆ

[a] *Cocles*] Sic dictus quod esset unoculus, altero in prælio amisso. *Cocles* corruptum a Græco κύκλωψ, ut vult Scaliger: alii *Cocles*, *c* addito a voce *ocles*. Varro.

[b] *Pro ponte sublicio*] Pons sublicius pedes 600. a Palatino distans. Omnium Tiberinorum pontium primus, quippe ab Anco exstructus, hodie nullus.

[c] *Solus*] Immo cum Sp. Lartio ac T. Herminio; sed eos Horatius post primam periculi procellam, exigua pontis parte relicta, in tutum cedere coëgit.

[d] *Ob hoc ei*] Grata erga tantam virtutem civitas fuit: statua in comitio posita, agri quantum uno die circumaravit, datum. Livius lib. II. ubi obiter dicam pro *circumaravit* legendum *circumararet*.

[e] *In Vulcanali*] Quod in comitio: supra ex Livio. Ibi Vulcanalia celebrabantur.

CAP. XII.

C. MUTIUS SCÆVOLA.[a]

ARGUMENTUM. Purpuratum pro rege, cujus necem repromiserat, deceptus occidit; dextram aris imponit; pratis et statua donatur C. Mutius Scævola.

1. CUM Porsena rex Urbem obsideret, Mutius Cordus,[b]

CAP. XII. 1 Vocem *rex* delevit Ed. pr. Editi legunt, teste Arntz. *Porsena rex cum*. Mox *possideret* pro *obsideret* Fran. *Mutius Scevola Cordus* Ald.

NOTÆ

[a] *Scævola*] Post ustam manum sic dictus; a 'scæva,' id est sinistra, et

vir Romanæ constantiæ, senatum adiit,[c] et veniam transfugiendi petiit, necem regis repromittens.[e] 2. Accepta potestate, in castra Porsenæ venit, ibique purpuratum[f] pro rege deceptus occidit. 3. Apprehensus, et ad regem pertractus, dextram aris[g] imposuit: hoc supplicii a rea exigens,[h] quod in cæde peccasset. 4. Unde[i] cum misericordia regis abstraheretur, quasi beneficium referens, ait, trecentos adversus eum similes conjurasse. 5. Qua re ille territus, bellum, acceptis obsidibus, deposuit. 6. Mutio prata[k] trans Tiberim data, ab eo Mutia appellata. 7. Statua quoque ei honoris gratia constituta est.

Mutius corder Ed. pr. '*Scævola* occurrit tantum in Haun. quinque autem pro *Cordus*, *corde*, ut sit ablativus pro 'animo.'' *Arntz.*—3 Pro *aris* habet *igni* Ed. pr. Tum *ab ea* pro *a rea* Ed. pr. et Ald. cum edd. ante Schott.—4 Pro *abstraheretur* quidam libb. *distraheretur*, et ita ed. Mach. teste Arntz.—6 '*Prata omnia sunt illi* Cod. Haun. *Mucio Proca trans* Leid. 2.' *Arntz.*

NOTÆ

'vola,' id est concavitate, quod manu sinistra uteretur.

[b] *Mutius Cordus*] 'C. Mucius adolescens nobilis.' Liv.

[c] *Senatum adiit*] 'Metuens, ne si consulum injussu, et ignaris omnibus iret, forte deprehensus a custodibus Romanis retraheretur ut transfuga, fortuna tum Urbis crimen affirmante, senatum adiit.' Livius.

[e] *Repromittens*] Pro simplici 'promittens;' vel potius valet 'Pro impetrata venia promittens.'

[f] *Purpuratum*] Scribam qui cum rege pari ornatu sedebat.

[g] *Aris*] Nam aræ in principiis castrorum, ubi aquilæ, &c.

[h] *Hoc supplicii a rea exigens*] Manum quæ erraverat, puniendam censuit.

[i] *Unde*] Ab aris.

[k] *Mutio prata*] 'Patres C. Mucio virtutis causa trans Tiberim agrum dono dedere, quæ postea sunt Mucia prata appellata.' Liv.

CAP. XIII.

CLŒLIA VIRGO.

ARGUMENTUM. Porsenæ castris obses egreditur; equum arripit; Tiberim trajicit; a Porsena repetita redditur; cum virginibus puerisque in patriam dimissa redit, et statua posita ornatur virgo Clœlia.

1. PORSENA Clœliam virginem nobilem inter obsides

CAP. XIII. 1 *Porsena virginem nobilem Cœliam* Ed. pr. '*Cœliam* Leid. 2. et

accepit;[a] quæ, deceptis custodibus, noctu castris ejus egressa, equum,[b] quem fors dederat, arripuit, et Tiberim trajecit. 2. A Porsena per legatos repetita, reddita est. 3. Cujus ille virtutem admiratus, cum quibus optasset, in patriam redire permisit. 4. Illa virgines puerosque[c] elegit, quorum ætatem injuriæ obnoxiam sciebat. 5. Huic statua equestris[d] in foro[e] posita.

Aldus. *Clodiam* Fran. *Cocliam* Boend. et Gramm. Verum hodie de veritate scripturæ non dubitatur, cum omnes norint *Clœliam* esse scribendum.' *Arntz.* Tum *egressa est* habent Haun. et uterque Leid. teste Arntz. Infra *sors* pro *fors* Ald. cum aliis.—2 *Repetita et reddita est* Ed. pr. Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. *repetita, reddita* sine τῷ *est* Ald.—3 *Admirans* Paris. Colon. Gram. et Boend. test. Schott. et Arntz. qui testatur Boend. scribere postea *ad patriam.* —4 *Delegit* pro *elegit* Ed. pr. ut et Mss. ap. Sylburg. 'Male in quibusdam deletur *injuriæ*, indecoro libr. lapsu.' *Arntz.*—5 *Posita est* Ed. pr.

NOTÆ

[a] *Inter obsides accepit*] Absurdum et a pudore virgineo alienum videri queat obsides puellas datas, nisi Cornelius Tacitus idem scriberet libro de German. populis; efficacius obligari animos civitatum, quibus, inter obsides, puellæ quoque nobiles imperantur. *Schottus.*

[b] *Equum*] Hinc Florus I. 1. 'Clœlia per patrium flumen equitabat.'

[c] *Illa virgines puerosque*] 'Productis omnibus elegisse impuberes dicitur: quod et virginitati decorum, et consensu obsidum ipsorum probabile erat, eam ætatem potissimum liberari ab hoste, quæ maxime opportuna injuriæ esset.' Livius.

[d] *Huic statua equestris*] 'Pace redintegrata, Romani novam in fœmina virtutem novo genere honoris, statua equestri donavere. In summa sacra via fuit posita virgo insidens equo.' Idem.

[e] *In foro*] Forum Romanum intellige quod juxta summam sacram viam fuit.

CAP. XIV.

FABII TRECENTI SEX.

ARGUMENTUM. Veientes sibi hostes deposcunt; victores sæpe existunt; in insidias delapsi ad unum occiduntur trecenti Fabii.

1. ROMANI cum adversum Veientes[a] bellarent, eos sibi hostes familia Fabiorum privato nomine[b] deposcit: et pro-

CAP. XIV. 1 *Depoposcit* Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. cum Colin. ap. Schott. '*Deposcit* tamen nostri omnes, Machaneus, et editi, nisi quod Haun. *eosque*

fecti trecenti sex,[c] duce Fabio consule,[d] fuerunt. 2. Cum sæpe victores extitissent, apud Cremeram[e] fluvium castra posuerunt. 3. Veientes ad dolos conversi, pecora[f] ex diverso in conspectu illorum protulerunt: ad quæ progressi Fabii, in insidias delapsi, ad unum[g] occisione perierunt. 4. Dies, quo id factum est, inter nefastos[h] relatus. 5. Porta, qua profecti erant, Scelerata[i] est appellata. 6. Unus ex ea gente,[k] propter impuberem ætatem domi relictus, genus propagavit[l] ad Q. Fabium Maximum, qui Hannibalem mora fregit, Cunctator[m] ab obtrectatoribus dictus.

sibi H. F. F. P. N. deposceret. Prius retinui, neque quicquam notius, quam particulas copulativas non ubique eadem tempora connectere.' *Arntz.* *Deposcit et perfecit.* *Trecenti duce Fab.* Ed. pr. 'Loco *fuerunt* habet cod. Frau. *exiverunt*, quæ lectio non displicet Arntzenio, copiose docenti, Latinos sæpe junxisse verba participiis, quæ ejusdem essent notionis.' *Harl.*—3 '*Pecora ex adverso.* Ascribam librorum veterum scripturam: *Pecora ex diverso in conspectum eorum protulerunt, atque progressi Fabii in insidias del. et occisi ad unum perierunt.* Nonnulli codd. *occidione* habebant.' *Schott.* *Pecora ex adverso in conspectu ill. posuerunt* Ald. Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. *in conspectum* Ed. pr. haud improb. Harl. Vide Nott. Var. Mox '*occidione* rectius edidit Arntzenius, qui copiose docuit, 'occisionem' dici de cæde quacumque extra bellum; 'occidionem' vero, cum hostiles copiæ interficiuntur, ipsique clade afficiuntur gravissima.' *Harl.*—4 *Factum fuit* Ed. pr. *factum* sine ullo verbo Ald. Mox '*delatus* in Mss. non probo. Fuit, cum male habere locum credidi, legendumque *in fastos*.' Schott.—5 *Profecti fuerant* Ald. Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. 'Nos ex omnibus codd. *erant* prætulimus.' *Arntz.*—6 Vide not. Delph. inf. '*Ad Q. Fabium.* Mss. conspirant, leguntque *At Q. Fabius qui Annibalem morans fregit*: nihil mutandum puto.' *Schott.* 'Constantiores inh ac scriptura nostri, qui ita ad unum omnes: *Hannibalem* mox exprimi curavimus, secuti optimos passim codd.' *Arntz.*

NOTÆ

[a] *Veientes*] In Tuscia ad lævum latus Tiberis.

[b] *Privato nomine*] Ut privatis sumtibus bellum gereret.

[c] *Trecenti sex*] 'Sex et trecenti milites, omnes patricii, omnes unius gentis.' Livius.

[d] *Fabio consule*] Fabio Cæsone cum Tito Virginio.

[e] *Cremeram*] Soranos a Veientibus disterminat.

[f] *Pecora*] Operæ pretium erit adire Livium II. 50.

[g] *Ad unum*] Hoc, etiamsi ab aliis omnibus sæpius positum fuerit, falsum est tamen.

[h] *Inter nefastos*] Quibus a prætore nullum dabatur judicium. Vide ad Florum.

[i] *Scelerata*] *Malheureuse;* vide supra in Tullia.

[k] *Ex ea gente*] Sic oportuit scribere, non *familia;* quod factum in Eutropio in hac ipsa historia, et ab aliis quoque.

[l] *Genus propagavit*] Ducta uxore Numerii Otacilii Maleventani, &c.

[m] *Cunctator*] 'Unus qui nobis cunctando restituit rem.' Virgil.

CAP. XV.

L. VALERIUS POPLICOLA.

ARGUMENTUM. De Veientibus et Sabinis triumphat; in regni affectati suspicionem venit; de eo apud populum queritur; diem obit; publice sepelitur; et annuo luctu honoratur L. Valerius Poplicola.

1. LUCIUS [a] VALERIUS, Volesi filius, primum de Veientibus, iterum de Sabinis,[b] tertio de utrisque gentibus [c] triumphavit. 2. Hic, quia in locum Tricipitini [d] collegæ consulem non subrogaverat, et domum in Velia, tutissimo loco, habebat, in suspicionem regni affectati venit. 3. Quo cognito, apud populum questus, quod de se tale aliquid timuissent, immisit, qui domum suam diruerent. 4. Secures etiam fascibus [e] demsit, eosque in populi concione [f] summisit. 5. Legem de provocatione [g] a magistratibus ad

CAP. XV. 1 *Lutius Val. Vol. fil. primo* Ed. pr. *Publius Val. Volusi filius* Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. Vide Nott. Var. 'Tentabam ex historiæ fide librariorum flagitium sic corrigere: *primum de Veientibus, iterum de Sabinis, ac de iisdem gentibus.* Vel sic, *iterum de Sabinis ac Veientibus,* secutus extremæ dictionis utriusque vestigia, et vox *tertio* ex numeris nata apparet.' *Schott. De utriusque* Ed. pr.—2 Pro *Tricipitini* habent *Bruti* Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. probb. Sylb. Arntz. Harl. *Triciptinii* Ed. pr. Mox *consulem alium subrogaverat* Mss. ap. Sylb. in quinque codd. ap. Arntz. ut in Ed. pr. particula negativa desideratur.—3 *Questus, quod tale aliquid de se timuisset, et immisit* Ed. pr.—4 *Fascibus demisit* Delph. Mox *in concionem* Leid. 1.—

NOTÆ

[a] *Lucius* [*Publius*] 'Publius Valerius Volusi filius.' Liv. Lucium Valerium vocant Eutrop. Plinius, &c. In Livio, Dionysio, et fragmentis Capitolinorum fastorum, prænomen 'Publii' est, et in eisdem marmoribus æreisque nummis 'Volusi filius' scribitur: est tamen Romæ lapis hac inscriptione: P. VALESIVS. VALESI. F. POPLICOLA. *Schott.*

[b] *Iterum de Sabinis*] Idem Dionys.

[c] *Tertio de utrisque gentibus*] Immo ejus frater, qui etiam Pub. Valerius a Livio dicitur. Aliis Marcus Valerius. Auctorem nostrum fefellit nominum similitudo.

[d] *Quia in locum Tricipitini* [*Bruti*] Livius: 'Regnum eum affectare fama ferebat: quia nec collegam subrogaverat in locum Bruti, et ædificabat in summa Velia.'

[e] *Secures etiam fascibus*] Instituit enim, ut consulibus, cum extra Urbem essent, secures; intus vero, fasces tantum præferrentur.

[f] *Eosque in pop. concione*] 'Summissis fascibus in concionem ascendit. Gratum id multitudini spectaculum fuit: summissa sibi esse imperii insignia, confessionemque factam, populi quam consulis majestatem vimque majorem esse.' Livius.

[g] *Legem de provocatione*] Ut si privato vim facere vellet magistratus,

populum tulit. Hinc Poplicola[h] dictus. 6. Cum diem[i] obiisset, publice sepultus,[k] et annuo matronarum luctu honoratus est.

5 *De provocatione et magist.* Leid. 2. Tum *Publicola* Ed. pr. ut et plerique apud Arntz. Vide Nott. Var.—6 'Schottus e suis libris edidit: [*Qui*] *cum* [*quater consul*] *diem obiisset*, [*adeo pauper extitit, ut collectis a populo nummis*] *publice, &c.* sed quæ inclusa sunt uncis vocc. ea Arntzenius in suis non reperit codd. nec genuina habuit, ideoque uncis separavit a reliquis: Gruner. vero delevit.' *Harl.* Del. etiam ea verba Ed. pr. verba *quater consul* tantum in uncis inclusit Delph. Omnia quæ Schott. in uncis habent Gaesb. Pitisc. præter *Qui*. *Tum sepultus sit, et . . . honoratus* Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. Arntz. *sepultus est* Ed. pr.

NOTÆ

privato illi ab eo magistratu ad populum provocare liceret. A dictatore tamen ad populum provocare non licuit.

[h] *Poplicola*] Quasi plebem colens, populicola, *Poplicola*.

[i] *Cum* [*Qui cum quater consul*] *diem*] Ex Mss. nostris ea explevimus quæ hic desiderata hactenus fuere; consul enim fuit anno CCXLV. cum Bruto; iterum anno sequenti cum T. Lucretio Tricipitino; tertium anno CCXLVII. cum P. Lucretio, vel, ut alii, M. Horatio Pulvillo II. Cos. quartum CCL. cum T. Lucretio II. Valer. Max. lib. IV. Plutarch. in Poplic. tertii tantum consulatus meminere. *Schott.*

[k] *Sepultus*] Primus honoris causa in Urbe sepultus, prope forum in Velia; idque posteris ejus etiam concessum.

CAP. XVI.

A. POSTUMIUS.

ARGUMENTUM. Apud Regilli lacum cum Latinis confligit, illorumque aciem fundit, et castra capit; Castorique et Polluci ædem dedicat A. Postumius dictator.

1. TARQUINIUS ejectus ad Mamilium Tusculanum[a] generum suum confugit; qui cum Latio concitato Romanos graviter urgeret, A. Postumius, dictator dictus, apud Re-

CAP. XVI. 1 *Ereptus* pro *ejectus* Ed. pr. Tum 'Vulgati et potissima scriptorum codicum pars *Manilium*, in quos etiam libros incidit Wasseus ad Sall. Bell. Jug. cap. 44. p. 346. Nec melius alii *Manlium*. Laudabili exemplo solus Fran. *Mamilium*.' Arntz. Præterea *apud Tigilli* Ed. pr. 'Colinæus

NOTÆ

[a] *Mamilium Tusculanum*] Mamilium Octavium qui a Tusculo Tusculanus dictus.

gilli lacum[b] cum hostibus conflixit. 2. Ubi cum victoria nutaret, magister equitum[c] equis frænos detrahi jussit, ut irrevocabili impetu ferrentur: ubi et aciem Latinorum fuderunt, et castra ceperunt. 3. Sed inter eos duo juvenes candidis equis insigni virtute[d] apparuerunt, quos dictator quæsitos ut dignis muneribus honoraret, non reperit, Castorem et Pollucem ratus, communi titulo dedicavit.[e f]

Rigilli impressit. Mss. *apud Regillum*.' Schott. Vide Nott. Var.—2 Vetus cod. ap. Schott. et Sylb. *cum victoriam naviter peteret*. Paris. *mutaret*, improb. Arntz. Tum Parisinus et cod. Gramm. *fregerunt* pro *fuderunt*.—3 'Primum 'Castorem et Pollucem dedicare' Latine beneque dicitur, idemque est, ac 'illis ædem dedicare.' Vide ad Livium v. 23. § 7. Quare contra codd. scriptos olim, auctoribus Machan. et Schotto, edebatur, *ædem comm. tit. dedicavit:* tum, quod ædes illa Castoris et Pollucis, qui Διόσκουροι vocantur, erat; Aurelius dixit *communi titulo:* denique Aurelius dicere debuerat, auctore Livio, *vovit;* nam Postumii dictatoris filius, duumvir ad id ipsum creatus, L. Æmilio et Cæsone Fabio coss. ædem illam demum dedicavit. Vide Liv. II. 42. § 5.' *Harl.*

NOTÆ

[b] *Apud Regilli lacum*] In agro Tusculano. Regilli lacus eodem modo dictum, ut flumen Rheni, herba lapathi, flos rosæ, &c. Regillus lacus Græcis Ῥεγίλλη λίμνη.

[c] *Magister equitum*] Cossum vocat Florus, T. Æbutium Livius. Alii aliter.

[d] *Virtute*] Id est, 'robore;' sic Græcis ἀρέτη.

[e] *Communi titulo dedicavit*] Nam cum Castori et Polluci dedicata esset, Castoris tantum communi nomine dicebatur. Et inde natus jocus M. Bibuli apud Sueton. in Julio cap. 10.

[f] *Dedicavit*] Super foro, ubi visa fuerant Deorum simulacra; juxta fuit fons sacer.

CAP. XVII.

L. QUINTIUS CINCINNATUS.

ARGUMENTUM. Filium Cæsonem abdicat; Dictator dictus; Minucium consulem in Algido obsessum liberat; obsidionali corona donatur; hostium ducem triumphi die ante currum agit; dictatura deposita ad agriculturam revertitur; iterum dictator dictus Spurium Mœlium occidit; ejusque domum solo æquat L. Quintius Cincinnatus.

1. LUCIUS QUINTIUS CINCINNATUS filium Cæsonem

CAP. XVII. 1 *Quintus* quidam. *Quinctus* Lugd. 1. Tum *Cesonem* Ed. pr. *Kæsonem* Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. Cod. ap. Schott. *Censorem*, ut

petulantissimum[a] abdicavit,[b] qui et a censoribus[c] notatus, ad Volscos et Sabinos[d] confugit, qui duce Clœlio Gracchō[e] bellum adversum Romanos gerebant, et Q. Minucium[f] consulem in Algido[g] monte cum exercitu obsidebant. Quinctius dictator dictus, ad quem missi legati nudum eum arantem[h] trans Tiberim[i] offenderunt, qui insignibus sumtis consulem obsidione liberavit. 2. Quare a Minucio et ejus exercitu corona aurea et obsidionali[k] donatus est. 3. Vicit hostes; ducem eorum in deditionem accepit, et tri-

Gramm. 'Et Sabinos non agnoscebat Leid. 2.' Arntz. Mox *Celio Grac.* Ed. pr. *Cœlio Grac.* Ald. '*Clodio* Gramm. et Fran. *Clodio Celio* Leid. 1. *Celio* Leid. 2. et Haun. *Clœlio* Bœnd. Vere. Sed hæc vox variis corruptionibus semper fuit exposita. Vide ad Val. Maximum fragm. de Nomin. p. 876.' *Arntz.* Infra *Minutium* Ald. *Minutium in Alg.* omisso *consulem*, Ed. pr. Verba *cum exercitu* del. Arntz. Præterea *offenderant* Ed. pr. Denique *obsidio* pro *obsidione* dedit et defendit Schott. et eum secuti habent Gaesb. Delph. Pitisc.—2 *Minutio* hic et ubique Ed. pr. Tum *ejus exercitu obsidionali corona* Ald. Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. *corona aurea et obsidionali* e cod. Fran. Arntzenii. 'Addendum, suadentibus Mss. *Corona aurea obsidionali don.* nisi potius rescribendum cum uno Ms. Schotti, *obsidionali aurea donatus est;* omissa voce *corona.*' Grut. improb. Arntz.—3 *In triumphi die* Ald. 'Vera est et genuina auctoris manus, *triumphi die.* Gramm. *triumphali die.* Leid. 1. et Fran. *Triumphi diem.* Leid. 2. deleto *die*, simpliciter *triumphi.* Sed, ut dixi,

NOTÆ

[a] *Petulantissimum*] Nam 'illo duce sæpe pulsi foro tribuni, fusa ac fugata plebs est. Qui obvius fuerat, mulctatus nudatusque abibat:' Livius. Qui et ferocem juvenem vocat.

[b] *Abdicavit*] 'Abdicare' verbum forense, et familia abjicere significat. Sed abdicatio moribus Romanis et legibus incognita; neque abdicavit filium Quintius. Dicendum est igitur verbo juris abusum esse Victorem, ita ut per *abdicavit*, 'e conspectu suo removit,' intellexerit. Neque enim inscio patre in exilium profectus est Cæso. Vide Liv. III. 11. 12. 13.

[c] *A censoribus*] Immo a tribunis: Livius. Neque enim, ut optime viri docti, ea tempestate in repub. erant; creati enim primum a. CCCX. abiit vero in exilium Cæso anno CCXCII.

[d] *Volscos et Sabinos*] Æquos et Volscos ponit Florus cap. 11.

[e] *Clœlio Gracchō*] 'Is tum longe princeps in Æquis erat.' Liv.

[f] *Q. Minucium*] *Marcum* vocat Florus I. 11. *Lucium* Livius, Dionysius, et Capitolinæ tabulæ.

[g] *Algido*] Algidum Æquorum oppidum in Latio.

[h] *Nudum eum arantem*] Ex præcepto. Virg. Georg. I. 'Nudus ara, sere nudus.' Ex illo Hesiodi: γυμνὸν σπείρειν, γυμνὸν δὲ βοωτεῖν, γυμνὸν δ' ἀμᾶσθαι. *Nudum serere, nudum arare, Nudum metere.*

[i] *Trans Tiberim*] 'L. Quintius trans Tiberim contra eum ipsum locum, ubi nunc navalia sunt, quatuor jugerum colebat agrum, quæ prata Quintia vocantur.' Liv. III. 26.

[k] *Corona aurea et obsidionali* [*obsidionali corona*] Quæ graminea erat, ex eo gramine, ubi cives obsidione liberati fuerant. Sed præter hanc,

umphi die ante currum egit. 4. Sextodecimo die[1] dictaturam, quam acceperat, deposuit, et ad agriculturam reversus est.[m] 5. Iterum post viginti annos dictator dictus, Spurium Mœlium,[n] regnum affectantem, a Servilio Ahala[o] magistro equitum occidi jussit: domum ejus solo æquavit, unde locus ille Æquimelium[p] dictus.

hæc vera scriptura, quam ceteri omnes agnoscunt.' *Arntz.* Mox male *currum* del. Leid. 1.—4 *Quam accepit* Haun. et Leid. 1. Mox ' *Et ad agriculturam.* Minutum hoc est, tamen monendum, in veteribus libris esse *agricultum:* et aliter interpungi cæsum illud: *Dictaturam sexto decimo die quam acceperat, deposuit: Et ad agricultum reversus iterum post, &c.* Vulgata hæc distinctio, quam non sequor: sed Mss. codices [ut et Ald.] *et ad agriculturam reversus est. Iterum post, &c.* eximie.' *Schott.* ' *Agricultum* Leid. 2. post *reversus* omittunt *est* quatuor. Leid. 1. *reversus: ipse item post.* Leid. 2. *reversus. ipse interim post.*' Arntz.—5 *Mellium* Ed. pr. *Melium* Ald. Tum *Servilio Aala* Ed. pr. *Servilio Hala* Ald. ' At hodie non dubitant illi, qui antiquis monumentis suum pretium statuunt, horum auctoritate *Ahala* præferre: ab his si destituti essemus, manu exarati codd. nos redderent incertissimos. *Acha* Leid. 1. *Hala* Boend. Fran. et Gramm. *Ahala* Leid. 2. et Haun.' *Arntz.* ' *Ille Æquimelium.* Tò *ille* non admittunt quatuor scripti; [neque Ed. pr.] et pro *dictus,* Fran. et Leid. uterque *dicitur.*' Arntz.

NOTÆ

et aliam auream accepit, quæ ad honorem triumphi.

[1] *Sextodecimo die*] Idem Liv. Florus: ' Intra quindecim dies cœptum peractumque bellum.'

[m] *Et ad agriculturam reversus est*] Flor. cap. 11. ' Sic expeditione finita, rediit ad boves rursus triumphalis agricola.'

[n] *Spurium Mœlium*] Qui frumenti ex Etruria, privata pecunia coëmti, largitiones faciebat. Vid. Liv. IV. 13.

[o] *Servilio Ahala*] Vide Liv. IV. 4.

[p] *Æquimelium*] ' Domum deinde dirui extemplo jussit; id Æquimelium appellatum est:' Liv. Fuit autem Æquimelium inter Velabrum et Capitolium, ad tabernas laneas.

CAP. XVIII.

MENENIUS AGRIPPA LANATUS.

ARGUMENTUM. De Sabinis triumphat; populum, a Patribus qui secesserat, revocat; tribunos plebis creat; pauper decedit; et collatis quadrantibus sepelitur Menenius Agrippa Lanatus.

1. MENENIUS AGRIPPA, cognomento Lanatus,[a] dux elec-

CAP. XVIII. 1 *Menevius* Boend. *Menius* Gramm. in aliis geminata liquida,

tus adversum Sabinos, de his triumphavit.[b] 2. Et cum populus a Patribus secessisset,[c] quod tributum et militiam toleraret,[d] nec revocari posset; Agrippa apud eum, 'Olim,' inquit, 'humani artus, cum ventrem otiosum cernerent, ab eo discordarunt, et suum illi ministerium negaverunt. 3. Cum eo pacto et ipsi deficerent, intellexerunt, ventrem acceptos cibos per omnia membra disserere;[e] et cum eo in gratiam redierunt. 4. Sic senatus et populus quasi unum corpus discordia pereunt, concordia valent.' 5. Hac fabula populus regressus est. 6. Creavit tamen tribunos[f] plebis, qui libertatem suam adversum nobilitatis superbiam defenderent. 7. Menenius autem tanta paupertate decessit,[g] ut eum populus collatis quadrantibus[h] sepeliret, locum sepulcro senatus publice[i] daret.

teste Schott. Tum *cognomine Lenatus* Ed. pr. *De iis trium.* Ald. Schott. Gaesb. Delph. Pitisc.—2 *Cessisset* in antiquis a Schott. reperitur. Tum *non toleraret* Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. Vide Nott. Var. Infra est in vett. teste Schott. *crederent otiosum:* est in Ed. pr. *otiosum viderent.*—3 *Cybos acceptos* Ed. pr. Mox *digerere* pro *disserere* Ald. et ed. ult. Schotti: *discurre* Boend.—5 *Repressus est* antiqui, teste Schott. qui nihil tamen mutat, et Gramm. *egressus est* Leid. 1.—6 *Adversum nobilitatem* Ed. pr. prob. Schott. Vide Nott. Var.—7 *In tanta paupertate* Ed. pr. Tum *collectis* pro *collatis* Parisinus et Gramm. Præterea Fran. ap. Arntz. *sepelirent:* Leid. 2. *sepelire.* Denique *et senatus publice* Ed. pr. *publicium* alii.

NOTÆ

[a] *Lanatus*] Sic dictus a lanugine.

[b] *De his* [*iis*] *triumphavit*] Postquam P. Postumius Tubertus collega magna clade repulsus fuit A. U. C. 251. Vide Dionys. lib. VI.

[c] *A Patribus secessisset*] In sacrum montem. Vide Florum I. 23. Id Sicinio quodam auctore factum.

[d] *Militiam toleraret* [*mil. non tol.*] Quidam expungunt illud *non*. Ut apud Sallust. lib. v. Historiar. 'Quibus sævitiis, et maxime fœnoris onere oppressa plebes, cum assiduis bellis tributum simul et militiam toleraret, armata montem sacrum atque Aventinum insedit.' Sed utraque lectio commodam interpretationem recipit.

[e] *Disserere*] Male quidam *digerere*. *Disserere*, est 'disseminare.'

[f] *Creavit tamen tribunos*] 'C. Licinium et L. Albinum:' Livius. Ascon. 'S. Licinium Bellutinm et L. Junium Paterculum.' Dionys. 'C. Sicinium Bellutium et L. Junium Brutum.'

[g] *Tanta paupertate decessit*] Vide notata in P. Valerio Poplicola, cap. 15.

[h] *Collatis quadrantibus*] 'Extulit eum plebs sextantibus collatis in capita.' Liv. Fuit autem quadrans æreus nummulus Romani assis pars quarta; *un denier tournois*. Sextans, sexta pars assis Romani; *les deux tiers d'un denier tournois.*

[i] *Publice*] Id est, ex ærario.

CAP. XIX.

CN. MARCIUS CORIOLANUS.

ARGUMENTUM. A Postumio optionem munerum accipiens, equum et hospitem sumit; frumentum magno pretio populo dat; die sibi dicta ad Volscos concedit, eosque adversus Romanos concitat; a matre et uxore motus bellum omittit, et ut proditor occiditur Cn. Marcius Coriolanus.

1. CNEUS MARCIUS,[a] captis Coriolis urbe Volscorum Coriolanus dictus, ob egregia militiæ facinora a Postumio optionem munerum accipiens, equum[b] tantum et hospitem[c] sumsit, virtutis et pietatis[d] exemplum. 2. Hic consul[e] gravi annona, advectum e Sicilia[f] frumentum, magno pretio[g] dandum populo curavit; ut hac injuria plebis agros, non seditiones coleret. 3. Ergo a tribuno plebis Decio[h] die dicta, ad Volscos concessit; eosque duce Attio Tullo[i] adversus Romanos concitavit, et ad quartum ab Urbe lapi-

CAP. XIX. 1 *Cneus Martius* Ed. pr. et Ald. *Caius Marcius a captis* Schott. in min. ed. Gaesb. Delph. Pitisc. Tum *dictus est ob* Ed. pr. A quibusdam Mss. ap. Sylb. a Boend. et Fran. abest τὸ *militiæ*. Præterea *Postumo* Schott. in min. ed. Gaesb. Delph. Pitisc. *Posthumio* Schott. in maj. 'Loco *optionem* exhibent *optationem* Leid. 2. et Hann.' *Arntz.* Infra *hospitam* Parisinus habet. —2 'Pro *advectum* habet Paris. *addictum;* Colon. *adductum*, pro quo vulgo *advectum;* quod nescio quomodo magis allubescit animo meo.' *Schott.* *Adductum* Gramm. Olim sine libris legendum censebat Schott. *dandum populo negavit, ut hac injuria:* postea autem vulgatum retinendum judicabat, prob. Arntz. ut antea ediderat Mach. Sine distinctione Gryphius *Advectum e S. frumentum magno pretio dandum populo.* Præterea *plebs* h. l. et passim Ed. pr.—3 Duo Mss. ap. Sylb. habent *Decimo* pro *Decio*, ut et Fran. ap. Arntz. *Tito Tatio* pro *Attio Tullo* Ed. pr. *Actio Tullo* Ald. Quatuor Mss. ap. Sylb.

NOTÆ

[a] *Cneus* [*Caius*] *Mar.*] Sic vett. libb. optime. Male qui 'Cneum Marcium' vocant.

[b] *Equum*] Cum phaleris.

[c] *Hospitem*] Captivum unum qui hospes fuerat.

[d] *Virtutis et pietatis*] Equum, virtutis; hospitem, pietatis.

[e] *Consul*] M. Minucius et Sempronius tunc consules fuere; Coriolanus vero in petitione consulatus repulsam passus fuerat.

[f] *Sicilia*] Quam annonæ pignus vocat Florus.

[g] *Magno pretio*] Ut propter caritatem agros potius colerent, quam per secessionem coli prohiberent.

[h] *Tribuno pleb. Decio*] 'Sicinium' vocant Livius et Plutarchus.

[i] *Attio Tullo*] 'Longe is tum princeps Volsci nominis erat:' Liv. Ejus hospitio utebatur Marcius.

dem[k] castra posuit. 4. Cumque nullis civium legationibus[l] flecteretur, a Veturia matre, et Volumnia[m] uxore matronarum numero comitata[n] motus, omisso bello, ut proditor occisus est.[o] 5. Ibi templum Fortunæ muliebri[p] constitutum est.

Tito Tatio. Quæd. edd. *Actio Tullio:* al. *Accio Tullio.*—4 'Parisinus *Vetruria*, et vetus liber meus *Volusia* edunt. Ceterum Plutarchus in Coriolano contra, *Vetuarim* uxorem, *Volumniam* matrem fuisse ait.' *Schott.* '*Vetruria* Gramm. *Vecturia* Leid. 2. et Hann. Post pro *Volumnia* legit *Voluminia* Leid. 1. et Boend. *Volumia* Leid. 2. Fran. et Hann.' *Arntz.* Mox *comitatis* pro *comitata* Ed. pr. Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. Pulmanni apographon legit *ut proditur*, non *ut proditor*, non improb. Schott.

NOTÆ

[k] *Ad quartum ab Urbe lapidem*] Immo ad quintum; nam ad fossas Cluilias, quinque ab Urbe millia passuum, castra posuit. Liv.

[l] *Nullis civium legationibus*] Ter legati missi. Primum atrox responsum tulere. Iterum iidem missi in castra non recepti sunt. Sacerdotes deinde suis insignibus velati nihilo magis profecere.

[m] *Veturia matre, et Vol.*] Idem Liv. Plutarch. Veturiam uxorem, Volumniam matrem dicit.

[n] *Comitata* [*comitatis*] Passive. Nam antiqui dicebant 'Comito:' unde 'Comitatus.' Virg. 'Atque uno graditur comitatus Achate.'

[o] *Ut proditor occisus est*] 'Apud Fabium' (Pictorem) 'longe antiquissimum auctorem, usque ad senectutem vixisse eundem invenio: refert certe hanc sæpe eum exacta ætate usurpasse vocem: Multo miserius seni exilium esse.' Livius.

[p] *Fortunæ muliebri*] Quoniam per mulieres illud impetratum fuerat, ut Coriolanus omitteret bellum.

CAP. XX.

C. LICINIUS STOLO.

ARGUMENTUM. Fasces lictorios sororis mariti patricii foribus appositos expavescit, et a sorore irridetur, Ambusti filia altera, plebeio nupta. Plebis tribunatum aggreditur; a plebe primus consul fit; in judicium, quia plebeius plus quingenta agri jugera habebat, vocatur, et sua lege punitu C. Licinius Stolo.

1. FABIUS AMBUSTUS[a] ex duabus filiabus alteram Lici-

CAP. XX. 1 '*Duabus filiis* Ald. Gryph. &c. ut Gram. cod. cum Fran. Voss. de

NOTÆ

[a] *Fabius Ambustus*] M. Fabius Ambustus. Ambusti autem proprie dicebantur, qui fulgure contacti, nec interfecti fuerant; ut hic M. Fabius,

nio[b] Stoloni plebeio, alteram Aulo Sulpicio[c] patricio conjugem dedit. Quarum plebeia[d] cum sororem salutaret, cujus vir tribunus militaris consulari potestate erat, fasces lictorios[e] foribus appositos indecenter expavit. 2. A sorore irrisa, marito[f] questa est; qui, adjuvante socero,[g] ut primum tribunatum plebis aggressus est,[h] legem tulit, ut alter consul ex plebe crearetur. Lex, resistente Appio Claudio, lata tamen; et primus Licinius Stolo[i] consul factus. 3. Idem legem scivit, ne cui plebeio plus centum jugera agri[k] habere liceret. 4. Et ipse cum jugera quinquaginta centum haberet, et altera[l] emancipati filii nomine[m]

Anal. IV. 4.' *Arntz.* '*Lucinio* Leid. 2. et Fran. *Scoloni* Leid. 1. et Fran. utrumque minus recte.' *Arntz.* 'Invitis codd. et editt. recepimus fide Schotti vocem *plebeio*, quæ sensum quidem multum juvat; sed tamen, nisi ille ex Mss. hausisset, non magnopere desiderarem.' *Arntz.* Desideratur ea vox in Ald. *Aulo Sulpitio* Ed. pr. et Ald. *Septinio Sulpitio* Fran. Mox *tribunus militum* Ald. Tum *fasces lictoris* Gram. et Boend. '*Appositos, &c.* Conf. Livius VI. 34. sqq. Florus I. 25. § 3. quo duce malit Gruner. *appositos expavit. Indecenter a sorore irrisa, &c.* adde Lipsium Elect. I. 23.' *Harl.*—2 *Questa, qui*, abjecto τῷ *est*, Ed. pr. Ald. Mox *egressus* pro *aggressus* Leid. 1. Vide Not. Delph. Conj. Schott. *ut primum tribunatum plebis rursum adeptus est.* '*Lex.* Paulo aliter Mss. *Lex, resistente tamen A. Cl. lata.* Vide inf. XXXIV. 4.' *Arntz.* *Tamen lata* Ed. pr.—3 *Lege cavit* Ed. pr. cum utr. Leid. et aliis. *Lege sancivit* Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. *Lege creavit* Haun. corrupte, judice Arntz. '*Plebeio.* Delendum videtur. Legendum ex historiæ veritate, *ne cui plus quinquaginta.*' Schott. not. min. *Plus quingenta jugera* Schott. Gaesb. Delph. Pitisc.

NOTÆ

qui fulmine ictus in natibus. Quare et Jovis pullus dictus, Ambusti cognomen habuit, et toti familiæ dedit.

[b] *Alteram Licinio*] Minorem, C. Licinio Stoloni; majorem, Aulo Sulpicio.

[c] *Aulo Sulpicio*] Ser. Sulpicium vocat Livius.

[d] *Quarum plebeia*] Vide quæ ad Florum dicta sunt I. 26. Vide et Liv. VI. 34.

[e] *Fasces lictorios* [*lictoribus*] Alii sonum lictoriæ virgæ expavisse minorem Fabiam dicunt. Is enim mos erat, intrante domum aliquam magistratu, fores per lictorem virga percuti: fasces etiam a lictoribus foribus apponebantur.

[f] *Marito*] Patri, Livius.

[g] *Socero*] Fabio Ambusto.

[h] *Tribunatum plebis aggressus est*] Lege *Tribunatum plebis ingressus est.* Pater meus.

[i] *Primus Licinius Stolo*] Livius et Plutarchus L. Sextium, qui cum Licinio tribunus fuerat, de plebe primum consulem factum tradunt.

[k] *Ne cui plebeio plus centum jugera agri* [*quingenta jugera agri*] Liv. VI. 35. 'Alteram' (legem) 'de modo agrorum, ne quis plus quingenta jugera agri possideret.' Hujus legis meminit Varro lib. I. de Rustica: 'Nam Stolonis illa lex quæ vetat plus quingenta jugera habere civem Rom.'

[l] *Altera*] Id est, altera quingenta.

[m] *Emancipati filii nomine*] Nam quos

possideret, in judicium vocatus,[n] et primus omnium[o] sua lege punitus est.

plusquam centum Ed. pr. Mox *quingenta* pro *quinquaginta centum* Ed. pr. et eæd. Vide Nott. Var.

NOTÆ

pater emancipaverat, ii sibi habebant, sibi quærebant, &c.

[n] *Vocatus*] A M. Popilio Lænate.

[o] *Primus omnium*] Vide Valer. Max. VIII. 6.

CAP. XXI.

L. VIRGINIUS CENTURIO.

ARGUMENTUM. Virginiam adamat; per clientem in servitutem deposcit, legibus scribendis decemvir factus Appius Claudius. Filiam jam addictam in secretum abducit, occidit, humeris ad exercitum fert; decemviros puniri, et Appium Claudium in carcere necari curat L. Virginius centurio.

1. POPULUS Romanus, cum seditiosos magistratus[a] ferre non posset, decemviros legibus scribendis creavit,[b] qui eas, ex libris Solonis translatas, duodecim[c] tabulis exposuerunt. 2. Sed cum pacto dominationis[d] magistratum sibi prorogarent, unus ex his Appius Claudius Virginiam, Virginii centurionis[e] filiam, in Algido militantis, adamavit. Quam cum corrumpere non posset, clientem[f] subornavit, qui eam in servitium deposceret;[g] facile victurus, cum

CAP. XXI. 1 '*Creavit*. Mss. *curavit*. Nihil muto.' *Schott.*—2 *Magistratus* Ed. pr. et *propagaverunt* Hann. Tum *unus ex ipsis* Ald. '*Virginiam*. In Mss. *Vergineam* scribitur per secundam vocalem. Pierius vero prolixe *Virgilius* scribendum asseruit.' *Schott.* *Virginem* Leid. 2. et Haun. Infra *qui eam coram in serv. dep. et facile* Ed. pr. *Servitutem* Ald. Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. Mediol. teste Schott. longe evariat: *qui eam vindex posceret;* prob. eo,

NOTÆ

[a] *Seditiosos magistratus*] Tribunos plebis.

[b] *Creavit*] A. U. C. 303.

[c] *Duodecim*] Primo decem tabulis, sed postea duæ additæ.

[d] *Pacto dominationis*] Hoc est, dominatione pacta; hoc est, inito consilio de dominatione in perpetuum retinenda. Flor. lib. I. cap. 24. 'Traditos fasces regio quodam furore retinebant.'

[e] *Virginiam, Virginii centurionis*] Vide Liv. III. 44.

[f] *Clientem*] M. Claudium.

[g] *Qui eam in servitium* [*servitutem*] *deposceret*] Dicendo eam e serva sua

ipse esset accusator, et judex. 3. Pater, re cognita, cum ipso die judicii supervenisset, et filiam jam addictam[h] videret, ultimo ejus alloquio impetrato,[i] cum eam in secretum abduxisset,[k] occidit; et corpus ejus humero gerens ad exercitum profugit, et milites ad vindicandum facinus accendit: qui creatis decem tribunis, Aventinum[l] occuparunt, decemviros abdicare se magistratu præceperunt, eosque omnes aut morte aut exilio punierunt. Appius Claudius in carcere necatus est.

sed improb. Arntz. Denique *esset accusator* Ed. pr.—3 *Cum in rem judicii* Ed. pr. ut et cod. Haun. ap. Arntz. *judiciis sup.* Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. Quidam codd. *cum ipse judicii dies sup.* 'Tum *additam* pro *addictam* quidam codd. *adjectam* Leid. 1. *ductam* Fran. et Boend. Unde fieri posset *abductam* ut ap. Cæs. B. C. I. 11. 3.' *Arntz.* Præterea *colloquio ejus* Ed. pr. *Eloquio ejus* Boend. Fran. Leid. 1. et Gramm. ap. Arntz. *Eam in sec. abduxit, et occidit: corpus ejus humeris* Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. *adduxisset* Ed. pr. cum Haun. Gramm. Fran. et Boend. Arntzenii. Tum *judicandum* pro *vindicandum* Leid. 2. et Fran. Arntzenii. Illud *se magistratu* glossam olet Schotto. Quidam *a magistratu.* Denique *coëgerunt* pro *præceperunt* Schott. Gaesb. Delph. Pitisc.

NOTÆ

natam; demum Virginii furto abreptam fuisse.

[h] *Addictam*] Proprie, id est, in servitutem traditam.

[i] *Ejus alloquio impetrato*] Tanquam nutricem coram virgine percontari vellet, quid hoc rei esset.

[k] *In secretum abduxisset* [*abduxit*] 'Seducit filiam ac nutricem prope Cloacinæ ad tabernas, quibus nunc Novis est nomen.' Liv.

[l] *Qui creatis decem tribunis, Aventinum*] Immo tum demum tribunos crearunt, cum Aventinum occupasset. Forsan scripserat Victor: *Qui Aventinum occuparunt, creatisque decem tribunis, decemviros, &c.* Id quod et Schotto placuit.

CAP. XXII.

ÆSCULAPIUS ROMAM ADVECTUS.

ARGUMENTUM. Epidauro arcessitur; ad Romanorum navem pergit; Tiberi adverso subvectus in proximam insulam desilit, et templo constituto donatur anguis imaginem sibi sumens Æsculapius.

1. ROMANI[a] ob pestilentiam[b] responso[c] monente, ad

NOTÆ

[a] *Romani*] Vide Ovid. Metamorph. xv. 1.

[b] *Ob pestilentiam*] Livius in fine l. x. 'Multis rebus lætus annus, vix ad solatium unius mali, pestilentiæ urentis simul Urbem atque agros suffecit;

Æsculapium Epidauro[d] arcessendum decem legatos principe Q. Ogulnio[e] miserunt. 2. Qui cum eo venissent, et simulacrum ingens mirarentur, anguis e sedibus ejus elapsus, venerabilis, non horribilis, per mediam urbem[f] cum admiratione omnium ad navem Romanam perrexit, et se in Ogulnii tabernaculo conspiravit.[g] 3. Legati Deum vehentes, Antium[h] provecti sunt; ubi per mollitiam[i] maris anguis proximum Æsculapii fanum[k] petiit, et post paucos dies ad navem rediit: et cum adverso Tiberi[l] subvehe-

CAP. XXII. 1 *Manante* alii. *Accersendum* Ed. pr. *Q. Volumnio* Ed. pr. et Ald. *Oculino* et *Otulino* quidam ap. Schott. 'Hoc in nomine corrupti sunt omnes libri. *Volumio* Leid. 2. Boend. et Haun. *Volunio* Fran. et Gramm. *Voluminio* Lugd. 1. quomodo Gryphius: ceteræ edd. *Volumnio*. In tanta confusione malui Schottum sequi.' *Arntz.*—2 *E sedibus suis* Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. Leid. 2. non agnoscit vocem *elapsus*, improb. Arntz. Tum *horrendus* Ed. pr. cum aliquot Mss. *Romanorum* Ald. cum edd. ante Schott. *Romanam perrepsit* Grammii cod. prob. Arntz. Mox *Volumnii* Ed. pr. Ald. 'Antiqui scripti libri partim *Q. Burgoni*, partim *Volguini* legebant, unde *Ogulnii* parva immutatione faciebam: de quo alii viderint.' *Schott.* Vide Not. Delph.—3 *Legati deinde Veientes Actium* Ed. pr. *Actium* etiam Leid. 2. Haun. *Anxium* Paris. Tum *pervecti sunt* Mss. *Per mollitiem* Ed. pr. Ald. Alii, ducibus codd. maluerunt *malaciam*, alii *sævitiam*. Vide Nott. Delph. et Varr. Mox pleniores Mss.

NOTÆ

portentoque jam similis clades erat, et libri aditi, quinam finis, aut quod remedium ejus mali ab Diis daretur. Inventum in libris Æsculapium ab Epidauro Romam arcessendum. Neque eo anno, quia bello occupati consules erant, quicquam de ea re actum.' Loquitur Livius de A. U. C. 461. Missus Ogulnius anno sequenti.

[c] *Responso*] Apollinis, Ovid. Metam. XV. Lactan.

[d] *Epidauro*] Urbe Epiri.

[e] *Q. Ogulnio*] Q. Ogulnius Gallus dicebatur.

[f] *Per mediam urbem*] Ovid. 'Mediamque per urbem Tendit ab incurvo munitos aggere portus.'

[g] *Conspiravit*] Hoc est, se in spiras convolvit, ut solent serpentes. Virgil. Georg. II. 'Squameus in spiram tractum se colligit anguis.' Quidam habent *constiparit*, non ita bene.

[h] *Antium*] Latinorum portum.

[i] *Per mollitiam* [*mollitiem*] Ex Mss. codd. Schottus *per malaciam;* quod æque bonum est. *Malacia*, μαλακία, tranquillitas. In cod. Paris. scriptum per *Sevicinam* manifesto *sæviciam* legendum. Et forsan hæc sit vera lectio. Ex Ovid. 'Et spissi littoris Antium. Huc ubi veliferam nautæ advertere carinam, (Asper enim jam pontus erat) Deus explicat orbes; Perque sinus crebros, et magna volumina labens, Templa parentis init, flavum tangentia littus.' Causam enim reddit cur legati portum Antii subierunt; nimirum jam mare sæviebat.

[k] *Æsculapii fanum*] Immo Apollinis, ex Ovid. supra: 'Templa parentis init, flavum tangentia littus.'

[l] *Adverso Tiberi*] Quia Romam petebat. 'Per adversas undas.' Ovid.

retur, in proximam insulam[m] desiluit; ubi templum ei constitutum, et pestilentia mira celeritate sedata est.

dehinc ad navem redit. Colon. *adversus Tiberim.* Præterea *in proximam sylvam* Ald. cum Leid. 2. Mss. evariant: alii *in prox. inde silivit;* alii *inde siluit.* Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. *in prox. ins. desilivit.*

NOTÆ

[m] *In proximam insulam*] Insulam intellige quæ in Tiberi Romæ, de segete agri Tarquiniorum a Romanis in Tiberim fusa, facta est; de qua vide Liv. II. 5. Hanc ita Ovid. 'Scinditur in geminas partes circumfluus amnis. Insula nomen habet: laterumque a parte duorum, Porrigit æquales media tellure lacertos.'

CAP. XXIII.

M. FURIUS CAMILLUS.

ARGUMENTUM. Ludi literarii magistrum ... verberandum tradit; Faliscos in deditionem recipit; Veios domat; die ab Appuleio sibi dicta damnatus Ardeam concedit; Gallos Senones, Urbem occupantes, dictator dictus internecione occidit; et populum Rom. migrare Veios volentem retinet M. Furius Camillus.

1. FURIUS CAMILLUS cum Faliscos[a] obsideret, ac ludi literarii magister[b] principum filios ad eum adduxisset, vinctum eum iisdem pueris in urbem redigendum[c] et verberandum tradidit. 2. Statim Falisci se ei ob tantam justitiam dediderunt. 3. Veios decenni obsidione[d] domuit, deque

CAP. XXIII. 1 '*Furius Camillus.* Si temporis ratio habeatur, sic concinnanda: *Furius Camillus Veios decenni obsidio domuit, deque iis triumphavit. Cum Faliscos obsideret, dediderunt. Postmodum.*' Schott. *Phaliscos* Ald. Conj. Harl. *Falerios.* Tum *ludi literarum* Ald.—2 *Phalisci* Ald. 'Si recte ductus literarum assequor in Fran. scriptum fuit *rediderunt* forte pro *crediderunt.* Leid. 1. *diderunt.* Hann. *dederunt.*' Arntz.—3 *Obsidio* Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. 'Codd. mire variant: plurimi addunt *hieme:* at modo ante voc. *obsi-*

NOTÆ

[a] *Faliscos*] Quicquid dicant quidam e veteribus, Falisci non urbem significat, sed populum. Urbs dicebatur Faleii seu Falerii; unde Falerisci, Falisci.

[b] *Ludi literarii magister*] 'Ludi magistrum' vocat Florus I. 12. Vide Liv. V. 27.

[c] *Redigendum*] Ideo dixit 'redigere,' quod pueri magistrum præ se agebant, ut pastores solent pecora.

[d] *Veios decenni obsidione* [*obsidio*]

his triumphavit. 4. Postmodum est crimini datum, quod albis equis triumphasset,[e] et prædam inique[f] divisisset: die dicta ab L. Appuleio, tribuno plebis, damnatus Ardeam concessit. 5. Mox cum Galli Senones,[g] relictis ob sterilitatem agris suis, Clusium,[h] Italiæ oppidum, obsiderent, missi sunt Roma tres Fabii,[i] qui Gallos monerent ut ab oppugnatione desisterent. 6. Ex his unus[k] contra jus gentium in aciem processit, et ducem Senonum interfecit. 7. Quo commoti Galli, petitis in deditionem legatis, nec impetratis, Romam petierunt, et exercitum Romanum apud Alliam fluvium[l] ceciderunt, die XVI. Kalend. Augusti;[m]

dione, modo post illud: unde equidem conjicio, id vocab. ab interprete quodam aut veteris exempli domino margini primum ascriptum fuisse. Postea id voc. in textum irrepsit. Schottus tamen rescripsit *decenni hyeme obsidione domuit*, h. e. 'decimum annum post, quam urbs obsessa esset;' et Arntzen. probavit aut maluit legere *decima:* at neutrum Victori, orationique historicæ aptum est. Grunerus conjecit, *decenni, hyeme etiam obsidione domuit*.' Harl. Vide Nott. Var. Mox *deque iis* Ald.—4 *Tò est* del. Ald. cum Ed. pr. *Appulegio Saturnino* Ed. pr. 'Mediol. et Mss. quidam *Saturnino* adjecit; Parisinus vero *Saturnio:* falso uterque, neque enim is erat, de quo infra.' *Schott.* '*Puleio Saturnio* uterque Leid. *Apuleio Saturnino* Fran. et Gramm. *Epuleio Trib.* Haun. Nullus autem agnoscebat prænomen *Lucii*, quod addiderant posteriores. Vide Liv. v. 32.' *Arntz.* '*Ardeàm civitatem* præferebat Parisinus.' *Schott.*—5 '*Galli.* Vox hæc in Parisino abfuit, et certe superare videtur.' *Schott.* Delet et Gramm. et Fran. *Clusium Hetruriæ obsid.* Ald. *Etruriæ oppidum* Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. Tam *missi sunt Romani tres legati* Ald. *Roma tres legati* Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. Concinnior, judice Schott. lectio veterum codd. *missi a Romanis tres legati.*—6 *Ex iis* Ald.—7 *Aliam, Aliensis* Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. tum *occiderunt* Ald. *Alliensis*

NOTÆ

Florus cap. 12. 'Veientium quanta res fuerit indicat decennis obsidio.' Veii Tusciæ urbs ad Laronem fluvium.

[e] *Quod albis equis triumphasset*] Nam 'parum id, non civile modo; sed humanum etiam visum. Jovis solisque equis æquiparari dictatorem in religionem etiam trahebant: triumphusque ob eam unam maxime rem clarior quam gratior fuit.' Liv.

[f] *Et prædam inique*] Prædam Veientanam quam publicando sacrandoque ad nihilum redegit.

[g] *Galli Senones*] Ab Utente flumine usque ad Æsim fines habuere.

[h] *Clusium*] Clusium vetus intellige, mediterraneum Tusciæ oppidum, ad Glanum fluvium, qui non longe ab lacu Trasimeno.

[i] *Missi sunt Roma tres* [*legati*] *Fabii*] In Mss. *Missi sunt Roma tres Fabii.* Vere ex Livio, v. 35. 'Legati tres M. Fabii Ambusti filii missi.'

[k] *Ex his unus*] Vide Liv. v. 36.

[l] *Alliam* [*Aliam*] *fluvium*] Ad undecimum ab Urbe milliarium Crustuminis e montibus in Tiberim defluit.

[m] *Die XVI. Kalend. Augusti*] Livius et Plutarchus, a. d. XV. Kal. Augusti. Tacit. Annal. XV. decimum quartum numerat. Vide Scaligerum de emen-

qui dies inter nefastos relatus, Alliensis dictus. 8. Victores Galli Urbem intraverunt, ubi nobilissimos senum in curulibus et honorum insignibus, primo ut Deos venerati,[n] deinde ut homines despicati, interfecere. 9. Reliqua juventus cum Manlio in Capitolium fugit, ubi obsessa, Camilli virtute est servata. Qui absens dictator dictus, collectis reliquiis, Gallos improvisos internecione occidit.[o] 10. Populum Romanum migrare Veios [p] volentem retinuit. 11. Sic et oppidum civibus, et cives oppido reddidit.

dictus est Ald.—8 'Pro *senes nobillissimos*, male *Senonum* quidam.' *Schott. Senium* Fran. et Leid. 2. Tum *despectati interfecere* Fran.—9 *Cum Manlio Torquato in Cap. confugit* Ed. pr. quæ mox habet *virtute Camilli servata est*; Ald. Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. *C. vir. liberata est.* Tum *reliquiis* Ald. et alii. Conjicit Faber *improvisus*, probb. Arntz. et Harl. cod. autem Boend. legit *improvidos.* Denique *internitione* Ed. pr. cum aliis. Colon. *interitione:* alii *internectione.*—10 *Romanum* simpliciter Leid. 2.—11 *Sic oppidum* Ed. pr. *sic et urbem* mallet Schott.

NOTÆ

datione temporum. *Schott.*

[n] *Primo ut Deos venerati*] Florus I. 13. 'Sedentes in curulibus suis prætextatos senes, velut Deos geniosque venerati; mox eosdem, postquam esse homines liquebat, alioqui nihil respondere dignantes, pari vecordia mactant,' &c.

[o] *Gallos improvisos internecione occidit*] Legendum *Gallos improvisus internecione occidit.* Id est, 'Ipse improvisus Gallos,' &c. *Pater meus.*

[p] *Populum Rom. mig. Veios*] Ejus orationem facundissimam vide apud Liv. v. 51.

CAP. XXIV.

M. MANLIUS CAPITOLINUS.

ARGUMENTUM. Voluntarium militem se offert; militaribus donis ornatur; in pectore cicatrices habet; Gallos Capitolium conscendentes dejicit; regni affectati suspicione in carcerem conjicitur, liberatur, rursus reus fit, et de saxo Tarpeio præcipitatur M. Manlius Capitolinus.

1. MANLIUS ob defensum Capitolium Capitolinus dictus, sedecim annorum voluntarium militem se obtulit. 2. Triginta septem militaribus donis [a] a suis ducibus or-

CAP. XXIV. 1 *Manlius Capitolinus ob def. Cap. Cap.* Ed. pr.—2 *Triginta*

NOTÆ

[a] *Militaribus donis*] Armillis, phaleris, coronis.

natus, viginti tres cicatrices in pectore habuit. 3. Capta Urbe[b] auctor in Capitolium confugiendi fuit. 4. Quadam nocte clangore anseris excitus, Gallos ascendentes dejecit. Patronus a civibus appellatus, et farre donatus est.[c] Domum etiam in Capitolio[d] publice[e] accepit. 5. Qua superbia elatus, cum senatum suppressisse[f] Gallicos thesauros[g] argueret, et addictos[h] propria pecunia liberaret, regni affectati suspicione in carcerem conjectus, populi consensu liberatus est. 6. Rursus cum in eadem culpa et gravius perseveraret, reus factus, et ob conspectum Capitolii[i] am-

tres legere jubet Schott. et habent eum secuti Gaesb. Delph. Pitisc. Tum *in corpore* Ed. pr. cum aliis, improbb. Schott. et Arntz.—3 *In Capitolium fugiendi*, omisso *fuit*, Ald.—4 *Qua de nocte* Parisin. *In quadam nocte* Leid. 2. Tum '*excitus* dederat Schottus ex cod. Paris. Arntzenius vero retinuit et defendit uberrime lectionem reliquorum scriptorum et editorum *excitatus*. Parum refert, et *excitus* idem est ac *excitatus*.' Harl. Mox *Donum etiam* quidam editi: *Domum etiam in Capitolino* Mss. *in Capitolium* Leid. 2. *in Capitolium publice habuit* Ed. pr.—5 *Cum a senatu sumpsisse G. thes. argueretur* Ed. pr. *sumpsisse* etiam Parisin. Haun. Gramm. Leid. 2. et Ed. Mach. testibus Schott. Arntz. *Cum a senatu suppressisse G. th. argueretur* Ald. Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. cum omnibus codd. præter Leid. 1. e qua nostra lectio. *Propria manu* Ald. et Parisin. *additos* pro *addictos*. Mox *regni affectati in carcerem* Ed. pr. Vide Nott. Var.—6 *Et reus* Ald. Præterea *ab conspectu Capitolii* Schott. Gaesb.

NOTÆ

[b] *Capta Urbe*] A Gallis.

[c] *Farre donatus est*] Liv. lib. v. c. 47. 'Manlius primum ob virtutem laudatus donatusque, non ab tribunis solum militum, sed consensu etiam militari, cui universi selibras farris, et quartarios vini, ad ædes ejus, quæ in arce erant, contulerunt. Rem dictu parvam, ceterum inopia fecerat eam argumentum ingens caritatis, cum se quisque victu suo fraudans, detractum corpori, atque usibus necessariis, ad honorem unius viri conferret.'

[d] *Domum etiam in Capitolio*] Immo et ante defensum Capitolium ibi domum habebat Manlius.

[e] *Publice*] Id est, ex ærario. Jam supra.

[f] *Cum senatum* [*Cum a senatu*] *suppressisse*] Legendum omnino, ut optime Gruterus et Machaneus, *Cum senatum suppressisse Gallicos thesauros argueret*. Ipse enim Manlius aurum Gallicum a Patribus occultari jaciebat. Liv. lib. vi. c. 14. 'Ad hoc domi, concionantis in modum, sermones pleni criminum in Patres: inter quos, cum, omisso discrimine vera an vana jaceret, thesauros Gallici auri occultari a Patribus jecit.'

[g] *Gallicos thesauros*] Thesauros intellige qui pro redemtione Capitolii a Romanis fuerant collati. Sive potius aurum omne Gallis ademtum et reportatum.

[h] *Addictos*] Qui cum solvendo non essent creditoribus, addicebantur ut eis pro servis essent.

[i] *Ob conspectum* [*ab conspectu*] *Capitolii*] Venuste, conspectus Capitolii Manlium ampliavit. Nam cum

pliatus[k] est. 7. Alio deinde loco[l] damnatus, et de saxo Tarpeio præcipitatus est; domus diruta;[m] bona publicata. 8. Gentilitas[n] ejus Manlii cognomen ejuravit.[o]

Delph. Pitisc. quæ mox cum Ed. pr. omittunt τὸ *est*.—7 *Et* post *damnatus* del. Ed. pr. *est* post *præcipitatus* Ald. Schott. Gaesb. Delph. Pitisc.—8 *G. ej. Manlii cognomine juravit*, *ne* Ed. pr. Ald. 'Cognomen in Victoris loco multos jure offendit; nec absurda ideo est suspicio Gruneri; *Gentilitas ejus Manlii Marci nomen ejuravit.* Idem Gruneros verba, quæ post *ejuravit* vulgo addun-tur, *ne quis postea Capitolinus vocaretur*, suspecta vero jam Schotto, Grutero et Arntzenio, et ab imperito glossatore profecta, delevit.' *Harl.* Hæc verba sine uncis habent Ed. pr. Ald. Arntz. uncis inclusa Schott. Gaesb. Delph. Pitisc.

NOTÆ

'in Campo Martio populus citaretur, et Manlius ad Capitolium manus tendens ab hominibus ad Deos preces avertisset; apparuit tribunis, nisi oculos quoque hominum liberassent ab tanti memoria decoris, nunquam fore in præoccupatis beneficio animis vero crimini locum. Ita, prodicta die, in Petelinum lucum extra portam Flumentanam, unde conspectus in Capitolium non esset, concilium populi indictum est.' Livius.

[k] *Ampliatus*] Id est, nec condemnatus fuit, nec absolutus. Id cum fiebat, hanc vocem 'amplius' pronuntiabant; intelligebant autem amplius deliberatum iri super illo aut illo negotio.

[l] *Alio deinde loco*] In Campo Viminali ad Petelinum lucum extra portam Flumentanam.

[m] *Domus diruta*] Et latum ad populum fuit ne quis patricius in arce aut Capitolio habitaret. Liv.

[n] *Gentilitas*] Proprie gens plures familias amplectitur.

[o] *Manlii cognomen ejuravit*] Vel legendum *prænomen*, id est, 'Marcum,' vel pro eo *cognomen* satis nove Noster posuit. Et constat enim 'Marci' prænomen postea in gente Manlia neminem tulisse, 'Manlii' vero, et 'Capitolini' plurimos. Liv. lib. VI. c. 20. 'Gentis Manliæ decreto cautum est ne quis deinde M. Manlius vocaretur.' Vide Festum in 'Manliæ gentis.'

CAP. XXV.

A. CORNELIUS COSSUS.

ARGUMENTUM. Fidenatium legatos ad se missos interficientium ducem Lartem Tolumnium interficit; et Jovi Feretrio spolia opima consecrat A. Cornelius Cossus.

1. FIDENATES,[a] fidei Romanorum[b] hostes, ut sine spe

CAP. XXV. 1 'Conj. Gruner. *Fidenates, fidei et Romanorum hostes.* Schottus in venisse se in Mss. aiebat *Fidenates* veteres *Romanorum hostes*, et probavit, quod Fidenates amplius annos 324. assidue, jam septimum rebellando victi

veniæ fortius dimicarent, legatos[c] ad se missos interfecerunt: ad quos Quintius Cincinnatus dictator[d] missus, magistrum equitum habuit Cornelium Cossum, qui Lartem Tolumnium[e] ducem sua manu interfecit.[f] 2. De eo spolia opima Jovi Feretrio secundus ab Romulo consecravit.

sunt. Eaquidem lectio omnes tolleret difficultates; at Arntzen. illam in nullis suorum codd. reperisse se, affirmans, suspicatus est, *assidui Romanorum hostes*, h. e. frequenter bella moverant: elegans quidem conjectura est, at duriuscula literarum mutatio. Idem Arntz. damnarat Annæ Fabri emendationem *rei Romanorum*: at secus sensit Klotz. in Misc. Crit. p. 34. sq.' *Harl.* Mox *dictus* pro *missus* Boend.—2 *Laertem Columnium* Ed. pr. *Larten* Ald.' *Laertem* Boend. Fran. et Gramm. *Labantem* Haun. *Labentem* Leid. 2. Omnes vitiose.' *Arntz.* Mox *Jovi Pheretrio* Ed. pr. Ald. *Marti* dicendum putat Arntz. sed nihil contra libros mutat.

NOTÆ

[a] *Fidenates*] In Latio, sexto ab Urbe milliario.

[b] *Fidei Romanorum*] Verisimile quod habet Schottus vocem *fidei* a similitudine *fidenatium* forsan esse. Scriptum fortasse fuerat *rei Romanorum hostes*. Sed non abeundum a Mss. in quibus constanter legitur *Fidenates veteres Romanorum hostes*. Nam revera annos amplius 324. assidue, jam septimum rebellando victi sunt.

[c] *Legatos*] C. Fulcinium, Clœlium Tullum, Sp. Ancium, et L. Roscium.

[d] *Quintius Cincinnatus dictator*] Ex Livio Marcus Æmilius dictator, Quintius Cincinnatus filius magister equitum, Cornelius Cossus tribunus militum fuit.

[e] *Lartem Tolumnium*] Veiensium regem, ad quem Fidenates defecerant.

[f] *Interfecit*] A. U. C. 318.

CAP. XXVI.

P. DECIUS MUS, PATER.

ARGUMENTUM. Bello Samnitico, tribunus militum per medias custodias incolumis evadit, et corona donatur; Latino, Diis se Manibus devovet, et suis victoriam relinquit P. Decius Mus pater.

1. PUBLIUS DECIUS MUS, bello Samnitico[a] sub Valerio Maximo[b] et Cornelio Cosso consulibus tribunus militum,

CAP. XXVI. 1. 'In plerisque Mss. [et in Ed. pr.] hoc caput superiori adnectebatur, his verbis *hic bello, &c.* Sic certe Fran. Boend. Haun. et Gramm. Sed aperte falsum; cum hæc historia ad Decium, non vero ad Cossum pertineat.' *Arntz.* In quibusdam vulgatis τὸ *Mus* abest. *Sannitico* Leid. 1. et Boend. Mox *Valerio Corvino* Parisin. et Gramm. *Valerio* tantum Leid. 1.

NOTÆ

[a] *Bello Samnitico*] Anno mundi 3611. ante C. N. 367. ab U. C. 414. Vide Florum lib. I. c. 16.

[b] *Valerio Maximo*] Valerius Maxi-

exercitu in angustiis Gauri montis[c] insidiis hostium clauso, accepto, quod postulaverat, præsidio,[d] in superiorem locum evasit; hostes terruit. 2. Ipse intempesta nocte[e] per medias custodias somno oppressas incolumis evasit. 3. Ob hoc ab exercitu civica corona[f] [de quercu, quæ dabatur ei qui cives in bello servasset; obsidionali,[g] quæ dabatur ei qui obsidione cives liberasset] donatus est. 4. Consul bello Latino,[h] collega Manlio Torquato, positis apud Veserim[i] fluvium castris, cum utrique consuli somnio obvenisset, eos victores futuros, quorum dux in prælio ce-

Cornelio Cosso tr. mil. Ed. pr. Tum pro *Gauri* habent *Scauri* quidam. '*Hostes terruit.* Hæc et quæ sequuntur, usque ad voces *incolumis evasit* non agnoscit Leid. 1. deceptus hac re, quod duæ paragraphi una eademque voce claudantur. . . . Quare fortasse non male legeretur, *hostes tenuit;* id est, impedivit, retinuit, ne Romanum exercitum invaderent.' *Arntz.*—2 Paulo post *a somno* Haun. et *incolumis* abfuit a Parisin. Haun.—3 '*De quercu . . . liberasset.* Hæc verba uncis inclusa, quæ a nonnullis codd. absunt, cum Schotto ad h. l. et Klotzio in Miscell. Crit. p. 35. glossema s. additamentum interpretis cujusdam esse arbitror. Apud Livium VII. 37. init. atque c. LVIII. Arntzenius tamen atque Grunerus defendunt nostro loco illa verba, putantque, ea a Victore esse profecta.' *Harl.* Vide Nott. Var. Sine uncis profert ea verba Ald. De iis verbis retinet tantum seqq. Ed. pr. *quæ dabatur ei qui obsidione cives liberasset:* et hæc sine uncis.—4 *Decius Consul* libb. vett. Mox, 'Ut propria nomina ab insciis librariis præcipue in veteribus scriptis sunt corrupta, ita et hic varie balbutiunt: Boend. *Verseirum.* Fran. *Versem.* Haun. *Veresim.* Omnes corrupti.' *Arntzen.* Abfuit a Parisin. τὸ *somnio*, præfert et Leid. 2.

NOTÆ

mus Corvinus, sive Corvus dicebatur.

[c] *Gauri montis*] In Campania.

[d] *Accepto, quod postulaverat, præsidio*] Unius legionis principes hastatosque petierat. Vide Liv. lib. VII. c. 34.

[e] *Ipse intempesta nocte*] 'Intempesta nox dicta ab tempestate. Tempestas ab tempore: Intempesta nox, quo tempore nil agitur.' Varr. L. L. lib. VI.

[f] *Civica corona*] 'Civicam coronam civis salutis suæ causa servatus in prælio dabat, quæ erat ilignea, frondem habens perennem.' Festus. Aurea tamen corona donatum fuisse Decium testatur Liv. lib. VII. cap. 37. 'Consul, advocata concione, P. Decii non cœptas solum ante, sed cumulatas nova virtute laudes peragit: et præter militaria alia dona, aurea corona eum, et centum bobus, eximioque uno albo opimo, auratis cornibus donat.'

[g] *Obsidionali*] A legionibus. Liv. eodem loco: 'Secundum consulis donationem legiones gramineam coronam obsidionalem, clamore donum approbantes, Decio imponunt.'

[h] *Consul bello Latino*] Anno mundi 3614. A. U. C. 417. ante C. N. 334. Vide Florum lib. I. cap. 14.

[i] *Veserim*] Prope montem Vesuvium. Liv. lib. VIII. cap. 8. 'Pugnatum est haud procul radicibus Vesuvii montis. Quæ via ad Veserim ferebat.'

cidisset: 5. tum[k] collato cum collega somnio, cum convenisset, ut, cujus cornu in acie laboraret, Diis se Manibus voveret, inclinante sua parte,[l] se et hostes per Valerium pontificem[m] Diis Manibus devovit. Impetu in hostes facto, victoriam suis reliquit.

somno.—5 *Is dum . . . somnio convenisset* Ed. pr. *Cum . . . somnio conv.* Ald. Vide Not. Delph. Tum *in aciem* Boend. Infra *secum: et hostes* Ed. pr. Fran. et Gramm. *secum hostes* Parisin. *se ad hostes* Mss. ap. Schott.

NOTÆ

[k] *Quorum dux in prælio cecidisset. Tum, &c.*] Hæc propter interpunctionem laborant. Removendum est punctum integrum quod post *cecidisset* positum est: nam quæ sequuntur pendent ab antecedentibus: hoc modo: *Consul bello Latino, &c. Inclinante sua parte, se et hostes per Valerium pontificem devovit.* Quod ni ita sit quid fiet τῷ *consul?*

[l] *Inclinante sua parte*] Lævo cornu.

[m] *Per Valerium pontificem*] Nam pontifex verba præibat, et qui se devovebat, ea ipsa respondebat. Unde infra in Decio filio: 'Solennia verba respondens.' Vide Liv. VIII. 9.

CAP. XXVII.

P. DECIUS, FILIUS.

ARGUMENTUM. De Samnitibus triumphat et Cereri spolia consecrat; multa domi militiæque gerit; bello Gallico se et hostes Diis Manibus devovet; suis victoriam relinquit; laudatur, et magnifice sepelitur P. Decius filius.

1. PUBLIUS DECIUS, Decii filius, primo consul[a] de Samnitibus triumphans,[b] spolia ex his Cereri consecravit.

CAP. XXVII. 1 *Triumphavit. Spolia* Ald. prob. Gruner. 'Plerique ex antiquioribus edd. et Mss. *triumphavit.* Sic certe Gramm. uterque Leid. et Boend. Sed nulla est necessitas, quæ adduceret, ut hanc potius præferrem lectionem. Offendebat scilicet librarios conjungi hoc loco *Samnitibus* et *de his.*' Arntz. Tum *de iis* pro *ex his* Ald. *de his* Boend. Fran. et Gramm.—

NOTÆ

[a] *Primo consul*] Cum M. Valerio Maximo anno mundi 3640. A. U. C. 443. ante C. N. 308.

[b] *De Samnitibus triumphans*] Consul uterque, et in tabulis Capitolinis, et in inscriptionibus, triumphasse dicitur: quanquam Livius Decium ait ægrum Romæ mansisse, dum Valerius Samnitici belli reliquias persequebatur. Illum vide lib. IX.

2. Iterum[c] et tertio[d] consul, multa domi militiæque gessit. 3. Quarto consulatu[e] cum Fabio Maximo,[f] cum Galli, Samnites, Umbri,[g] Tusci contra Romanos conspirassent; ibi exercitu in aciem ducto, et cornu inclinante,[h] exemplum patris imitatus, advocato Marco Livio pontifice,[i] hastæ insistens,[k] et solennia verba respondens,[l] se et hostes Diis Manibus devovit. 4. Impetu in hostes facto, victoriam suis reliquit. 5. Corpus a collega laudatum, magnifice sepultum est.

3 *Quinto Fab. Max.* Leid. 1.

NOTÆ

[c] *Iterum*] Tertio anno post primum consulatum: tunc Tarquinienses subegit, et Hetruscos coëgit pacem petere.

[d] *Tertio*] Decimo anno post primum consulatum, Apulos devicit, et inde Samnium profectus.

[e] *Quarto consulatu*] Anno mundi 3655. A. U. C. 458. ante C. N. 293.

[f] *Fabio Maximo*] Q. Fabio Maximo Rulliano.

[g] *Cum Galli, Samnites, Umbri*] Vide Florum lib. I. cap. 17.

[h] *Cornu inclinante*] Vide Liv. lib. x. cap. 28.

[i] *Marco Livio pontifice*] 'M. Livium pontificem, quem descendens in aciem digredi vetuerat ab se, præire jussit verba, quibus se legionesque hostium pro exercitu populi Romani Quiritium devoveret.' Liv. loco supra laudato.

[k] *Hastæ insistens*] Livius, ubi de Decio Patre, lib. VIII. cap. 9. 'Pontifex eum' (Decium) 'togam prætextam sumere jussit, et velato capite manu subter togam ad mentum exerta, super telum subjectum pedibus stantem sic dicere,' &c.

[l] *Solennia verba respondens*] Vide quæ supra in Decio Patre notata sunt. Solennia verba sic Livius, lib. VIII. cap. 9. 'Jane, Jupiter, Mars Pater, Quirine, Bellona, Lares, Divi Novensiles, Dii Indigetes, Divi quorum est potestas nostrorum hostiumque, Manes vos precor, veneror, veniam peto feroque, uti populo Romano Quiritium vim victoriamque prosperetis, hostes populi Rom. Quiritium terrore, formidine, morteque afficiatis. Sicut verbis nuncupavi, ita pro republica Quiritium, exercitu, legionibus, auxiliis populi Romani Quiritium, legiones, auxiliaque hostium, mecum Diis Manibus Tellurique devoveo.'

CAP. XXVIII.

T. MANLIUS TORQUATUS.

ARGUMENTUM. Audito, patri diem a Pomponio dictam, dimittere eum accusationem, a patre rus relegatus, nocte Urbem petens stricto gladio compellit; Gallum provocatorem occidit; bello Latino filium securi percutit, et hostes superat T. Manlius Torquatus.

1. TITUS MANLIUS TORQUATUS, ob ingenii et linguæ tarditatem[a] a patre[b] rus relegatus, cum audisset ei diem dictam[c] a Pomponio[d] tribuno plebis, nocte Urbem petiit. 2. Secretum colloquium a tribuno impetravit, et gladio stricto dimittere eum accusationem[e] terrore multo compulit. 3. Sulpicio dictatore[f] tribunus militum Gallum provocatorem[g] occidit. Torquem ei detractum cervici suæ induit. 4. Consul bello Latino[h] filium suum, quod contra imperium pugnasset, securi percussit.[i] Latinos apud Veserim[k] fluvium, Decii collegæ devotione, superavit. 5. Consu-

CAP. XXVIII. 1 *A patribus* pro *a patre* quidam codd. Mox Mediol. *patri diem*. Tum *Pompeio* pro *Pomponio* Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. Vide Not. Delph. *Noctu* pro *nocte* Ald.—2 *Astricto dimittere* Ed. pr. *stricto omittere* Mss. quidam ap. Schott.—3 *Sulpitio* h. l. et passim Ed. pr. Ald. Mox *Ei detractum* Ed. pr. *aureum detractum* Fran. *Indidit* pro *induit* Schott. Gaesb. Delph. Pitisc.—5 '*Consulatum, &c.* Totum istud male heic adtextum, et ad alium

NOTÆ

[a] *Ob ingenii et linguæ tarditatem*] 'Quia infacundior esset et lingua impromtus.' Liv. lib. VII. cap. 4.

[b] *Patre*] L. Manlio.

[c] *Diem dictam*] Diem alicui dicere, id est, aliquem accusare; quia tunc accusatores reis certum diem denuntiabant, quo se ii coram populo sisterent, ut criminibus diluendis vacarent.

[d] *Pomponio* [*Pompeio*] Lege *Pomponio*. Livius lib. VII. cap. 4. 'Q. Servilio Ahala, L. Genucio secundum consulibus dies Manlio dicitur a M. Pomponio tribuno plebis.'

[e] *Dimittere eum accusationem*] Immo, 'præ se deinde tulit ea vi subactum se incepto destitisse. Nec perinde ut maluisset plebes, sibi suffragii ferendi de tam crudeli et superbo reo potestatem fieri.' Livius.

[f] *Sulpicio dictatore*] Immo tunc T. Quintus Pennus dictator fuit, Liv. lib. VII. cap. 9. Paulo post C. Sulpicius dictator creatus.

[g] *Gallum provocatorem*] Bello Gallico, de quo Flor. lib. I. cap. 13.

[h] *Bello Latino*] Vide in Decio patre.

[i] *Securi percussit*] Vide Liv. lib. VIII. cap. 7.

[k] *Veserim*] Supra in Decio patre.

latum recusavit,[1] quod diceret, neque se populi vitia, neque illum severitatem suam posse sufferre.

spectare Manlium, bene monitum Schotto nostro.' *Grut.* prob. Arntz. et Harl. Hæc verba uncinis includunt Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. Sunt autem in omnibus scriptis et editis. Præterea *nec illum* scribendum judicavit Arntz. cum Leid. 2.

NOTÆ

[1] *Consulatum recusavit*] Hæc a Victore nunquam orta sunt; ab aliquo sciolo huc intrusa, qui non meminit hunc Manlium, de quo hic Noster, sæpe consulatum gessisse, cumque eo posteriorem quendam T. Manlium confudit, qui ob valetudinem oculorum consulatum repudiavit.

CAP. XXIX.

M. VALERIUS CORVINUS.

ARGUMENTUM. Senonum reliquias Camillo persequente, adversum Gallum provocatorem procedit, illumque a corvo adjutus devincit; et multitudinis ære alieno oppressæ seditionem comprimit M. Valerius Corvinus.

1. RELIQUIAS Senonum Camillus[a] persequebatur. Adversum ingentem Gallum provocatorem solus Valerius tribunus[b] militum, omnibus territis, processit. 2. Corvus ab ortu solis galeæ ejus insedit, et inter pugnandum ora[c] oculosque Galli verberavit. Hoste devicto, Valerius Corvinus dictus. 3. Hic, cum ingens multitudo, ære alieno

CAP. XXIX. 1 Arntz. malit *cum Camillus persequebatur, adversum, &c. Persequens, adversum, &c.* Ed. pr. Tum *Valerius Corvinus* Ed. pr. cum Leid. 2. et Boend. Arntzenii. ' Cognomen *Corvini* tuentur Schottus, Arntzenius, aliique. Contra Valerium fuisse cognominatum *Corvum;* ejus vero posteros, *Corvinos*, contendunt Sigonius, Pighius, Drakenb. ad Liv. VII. 26. 12. Ducker. ad Flor. I. 13. 20. Verheyk et Gruner. in altera ed. ad Entrop. II. 3. quod verius existimo.' *Harl.*—2 *Reverberavit* Ed. pr. *Hoste victo . . . dictus est* Ed. pr. —3 ' *Hic.* Ita scripsimus cum omn. scr. et edd. nescio unde in minore Schotti

NOTÆ

[a] *Camillus*] Vide Florum lib. I. cap. 13.

[b] *Valerius trib.*] Florus lib. I. cap. 13. et Liv. lib. VII. cap. 26.

[c] *Et inter pugnandum ora*] Sic noctua Turni, cum Ænea dimicantis, et ora et clypeum verberavit. Virgil. Æneid. XII. ' Turni se pestis ad ora Fertque, refertque sonans; clypeumque everberat.'

oppressa, Capuam occupare tentasset,[d] et ducem sibi Quintium necessitate compulsum[e] fecisset, sublato ære alieno,[f] seditionem compressit.

et aliis sequentibus irrepserit *hinc*.' Arntz. Tum antt. libb. *compulsa*.

NOTÆ

[d] *Capuam occupare tentasset*] Hanc historiam fuse, sed paulo aliter Liv. lib. VII. capp. 38. 39. et seqq.

[e] *Necessitate compulsum*] Nam vi et minis imperium accipere coactus fuit Quintius.

[f] *Sublato ære alieno*] Unde hæc? nil enim Livius.

CAP. XXX.

SP. POSTUMIUS.

ARGUMENTUM. Bello Samnitico in insidias inducitur; exercitu sub jugum misso, fœdus a Romanis postea improbatum icit; Samnitibus deditur, et non recipitur Spurius Postumius.

1. CAIUS VETURIUS et Spurius Postumius,[a] consules bellum adversum Samnites gerentes, a Pontio Thelesino duce hostium in insidias deducti sunt. 2. Nam ille simulatos transfugas[b] misit, qui Romanis dicerent, Luceriam Apulam[c] a Samnitibus obsideri, quo duo itinera ducebant, aliud longius et tutius,[d] aliud brevius et periculosius. 3.

CAP. XXX. 1 *Titus Veturius* Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. Vide Nott. Var. Tum *adv. Samn. bellum* Ed. pr. '*Deducti* Arntzen. e cod. Leid. reposuit: Schottus *inducti*: ante quem legebatur *per insidias seducti*.' [ut in Ed. pr. Ald.] *Harl.*—2 *Romanos docerent* Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. Mox *Luceriam apud Laniam* Ed. pr. *Luceriam a Samn. obsid. in Apulia* Ald. *Luceriam*

NOTÆ

[a] *Caius* [*Titus*] *Veturius et Sp. Postumius*] Anno mundi 3631. ante C. N. 317. A. U. C. 434. Vide Flor. lib. I. cap. 16. et Liv. lib. IX. initio.

[b] *Simulatos transfugas*] 'Milites decem pastorum habitu misit, pecoraque diversos alium alibi haud procul Romanis pascere jussit præsidiis: ubi inciderint in prædatores, ut idem omnibus sermo constet: legiones Samnitium in Apulia esse: Luceriam omnibus copiis circumsedere.' Liv. lib. IX. cap. 2.

[c] *Luceriam Apulam*] Ad distinctionem: erat enim et Luceria in Picentinis. Erat et apud Umbros: quin et alia etiam alibi fuit.

[d] *Aliud longius et tutius*] Livius ibid. 'Duæ ad Luceriam ferebant viæ, altera præter oram Superi Maris

Festinantibus itaque cum insidias statuisset, (qui locus Furculæ Caudinæ[e] vocabatur,) Pontius accitum patrem[f] Herennium rogavit, quid fieri placeret. 4. Ille ait, aut omnes occidendos, ut vires frangerentur; aut omnes dimittendos, ut beneficio obligarentur: utroque improbato consilio, omnes sub jugum misit ex fœdere,[g] quod a Romanis postea improbatum est. 5. Postumius Samnitibus deditus,[h] nec receptus est.[i]

apud Lamam, seu *Lamiam*, libb. Arntzenii.—3 *Festinatio brevius eligit. Itaque cum in insidias venissent (qui, &c.* Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. prob. Arntz. 'Sed vulgata Victoris scriptura unanimi consensu ab omnibus codd. recipitur, eamque expresserunt editi, ut religio mihi fuerit, eorum consensui quicquam opponere, præsertim cum eadem maneat sententia. Ante *statuisset* intellige 'Pontius,' vel sic distingue: *Insidias statuisset* (q. l. *F. C.* v.) *Pontius, accitum.* Nec male tamen *statuissent* retineri posset cum Fran.' *Arntz.* Quidam ap. Schott. *Festinantibus cum insidias statuisset Pontius ad eum locum qui Furculæ Caudinæ vocatur, accitum, &c.* Præterea *Caudinæ vocatur* Ed. pr. et Ald. *C. Pontius* Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. *Heremnium* Ed. pr.—4 *Icto fœdere* pro *ex fœdere* Ed. pr. Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. quæ præter Ed. pr. habent mox *receptus est*.

NOTÆ

patens apertaque, sed quanto tutior, tanto fere longior: altera per Furculas Caudinas brevior,' &c.

[e] *Qui locus Furculæ Caudinæ*] Circa Aufidum fluvium, ubi Caudinum urbs.

[f] *Accitum patrem*] Antequam patrem acciret Pontius, bis eum per nuntium consuluerat. Vide Liv. lib. IX. cap. 3.

[g] *Ex fœdere* [*icto fœdere*] Sponsionem fuisse, non fœdus, ait Liv. cap. 5. 'Consules,' inquit, 'profecti ad Pontium in colloquium, cum de fœdere victor agitaret, negarunt injussu populi fœdus fieri posse; nec sine fecialibus, cærimoniaque alia solenni. Itaque non, ut vulgo credunt, Claudiusque etiam scribit, fœdere pax Caudina, sed per sponsionem facta est.' Vide Sigonium lib. I. de Antiq. Jure Civium Rom.

[h] *Postumius Samnitibus deditus*] Ut hac deditione turpitudinem fœderis dirimeret, populumque Romanum religione exsolveret; ne quid divini humanive obstaret, quominus justum piumque de integro bellum susciperetur. Vid. Liv. cap. 8.

[i] *Nec receptus est*] A Pontio scilicet.

CAP. XXXI.

L. PAPIRIUS CURSOR.

ARGUMENTUM. Ominibus adversis profectus ad auspicia repetenda Romam regreditur; Fabium Rullianum contra imperium pugnantem, et securi feriendum patriis lacrymis et populi precibus condonat; de Samnitibus triumphat; et radicem ambulantibus incommodam jocorum studiosus exscindi jubet L. Papirius Cursor.

1. LUCIUS PAPIRIUS, a velocitate Cursor,[a] cum consulem se adversis ominibus[b] adversum Samnites[c] progressum esse sensisset,[d] ad auspicia repetenda[e] Romam regressus, edixit

CAP. XXXI. 1 '*A velocitate.* Præpositionem ignorant potissima pars Mss. [ut et Ed. pr.]' *Arntz.* Mox *dictatorem* pro *consulem* Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. rectius secundum Liv. Sed nihil contra codd. mutandum judicant Arntz. et Harl. Tum *adversis ominibus contra Samnites profectum* Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. *adversis omnibus* Ed. pr. 'Multo est concinnius ut edidit Schott. Sed non audeo concinnos reddere scriptores contra auctoritatem Mss. et editt. quæ hic omnia *adversum* seu *adversus.* *Ominibus* probant et nostri codices et sollennis est ille librariorum lapsus, qualia innumera exempla notarunt viri docti, quæ addere non est operæ pretium, cum omnes sciant. Neque *profectum* ferunt nostri vel scripti vel editi, qui omnes *progressum.* Prius quidem mallem, (vide sup. c. XIV. § 1.) sed posterius tamen non damno. Brutus apud Cic. ad Fam. Ep. XI. 4. 'Progressus sum ad Inal-

NOTÆ

[a] *A velocitate Cursor*] Idem. Liv. lib. IX. cap. 16. 'Præcipua pedum pernicitas inerat quæ cognomen etiam dedit, victoremque cursu omnium ætatis suæ fuisse ferunt;' quasi vero hic Papirius primus Cursoris nomen habuerit, et non ante eum multi.

[b] *Adversis ominibus*] Non adversis sed incertis, Livius lib. VIII. cap. 30. 'In Samnium incertis itum auspiciis est. Cujus rei vitium, non in belli eventum, quod prospere gestum est, sed in rabiem atque iras imperatorum vertit: namque Papirius dictator a pullario monitus, cum ad auspicium repetendum Romam proficisceretur,' &c.

[c] *Adversum* [*contra*] *Samnites*] Anno mundi 3628. ante C. N. 320. A. U. C. 431.

[d] *Sensisset*] A pullario monitus.

[e] *Ad auspicia repetenda*] Nihil enim inauspicato gerebant Romani. Quare si egressi male pugnassent, vel etiam si ante pugnam, vitiose capta omina meminissent, Romam revertebantur ad captanda rursus auguria. Idque dicebant, 'redauspicare' et 'repetere omina.' Virg. Æneid. II. 'Omina ni repetant Argis.' Et hoc servatum a ducibus Romanis, donec ab his in Italia pugnatum est, propter vicinitatem. Postquam vero ministerium longius prolatum est, ne dux ab exercitu diutius abesset, si Romam ad renovanda auspicia de longinquo revertisset, constitutum, ut unus locus de captivo agro Romanus fieret in ea provincia in qua bellabatur; ad quem, si renovari opus esset auspicia, dux rediret.

Fabio Rutilio,[f] quem exercitu imponebat, ne manum cum hoste consereret.[g] Sed ille opportunitate ductus, pugnavit. 2. Reversus securi eum ferire voluit: ille in Urbem confugit; nec supplicem tribuni tuebantur.[h] 3. Dein pater lacrymis, populus precibus veniam impetrarunt. 4. Papirius de Samnitibus triumphavit. 5. Item cum Prænestinum prætorem[i] gravissime increpuisset; Expedi, inquit, lictor, secures. 6. Et cum eum metu mortis attonitum vidisset; incommodam ambulantibus[k] radicem excidi jussit.

pinos cum exercitu.'' *Arntz.* *Fabio Rutiliano* Ed. pr. Ald. *Rulliano* Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. 'Maxime librarii, nisi ab ipsis scriptoribus hæc varietas proficiscatur, suis mutationibus hanc vocem agitarunt. Fran. *Rullo.* Leid. uterque *Rutilano.* Gramm. et Boend. *Rutilio.* Omnes antiquæ editiones *Rutiliano.*' Arntz. Mox *præponebat* pro *imponebat* Ed. pr. Ald.—2 *Reversus Papirius securi* Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. *reversus eum securi* Ald.—3 *Deinde* Ed. pr. Ald. Mox *impetravit* Ed. pr.—5 '*Idem Præneste cum prætorem grav.* Scripsimus, (et eum secuti Gaesb. Delph. Pitisc.) *Idem comis et jocorum studiosus.* Sed tota hæc linea in vulgatis desiderata hactenus, verum in Mss. paulo aliter. In Pulmanni apographo, *Idem comes Etruscorum et jocorum cum præstudiosus Nestinum prætorem.* Sed τὸ *Etruscorum* in Metelli Sequani schidis abest, unde eam, quam excudendam curavi, lectionem erui: vidi enim præpositionem sede motam ab eo, qui Prenestinam urbem ignorabat, quod teste Volaterrano lib. VI. Geographiæ diruta hodie sit.' *Schott.*—6 *Exscindi* Schott. Gaesb. Delph. Pitisc.

NOTÆ

[f] *Fabio Rutilio* [*Rulliano*] Q. Fabius Maximus Rullianus vocabatur. Liv. Male quidam *Rutillianus.*

[g] *Ne manum cum hoste consereret*] Sic Liv. 'Ut sese loco teneret, neu, absente se, cum hoste manum consereret.'

[h] *Nec supplicem tribuni tuebantur*] Immo tuebantur; sed precarium, non justum auxilium ferebant, ut patet ex Livio.

[i] *Cum Prænestinum prætorem*] Ex Liv. lib. IX. cap. 16. 'Prænestinus prætor per timorem segnius ex subsidiis suos duxerat in primam aciem; quem cum inambulans ante tabernaculum vocari jussisset, lictorem expedire securim jussit. Ad quam vocem exanimi stante Prænestino, 'Age dum lictor, exscinde radicem hanc,' inquit, 'incommodam ambulantibus;' perfusumque ultimi supplicii metu, mulcta dicta dimisit.'

[k] *Incommodam ambulantibus*] In hoc jocus est, quod cum lictorem securim expedire jusserit, quasi in reum animadversurus, præter expectationem ei radicem exscindendam objecerit.

CAP. XXXII.

Q. FABIUS RUTILIUS.

ARGUMENTUM. Maximus dicitur; ob Samnitem victoriam securi pæne percutitur; de Apuliis, Nucerinis, Samnitibus, Gallis, Umbris, Marsis, Tuscis triumphat; libertinos tribu amovet; ut equites ab æde Honoris in Capitolium transeant; instituit; et mortuus publice sepelitur Q. Fabius Rutilius.

1. QUINTUS FABIUS RUTILIUS, primus ex ea familia ob virtutem[a] Maximus, magister equitum a Papirio securi pæne percussus,[b] primum de Apulis et Nucerinis,[c] iterum de Samnitibus, tertio de Gallis, Umbris, Marsis, atque Tuscis triumphavit. 2. Censor libertinos[d] tribubus amovit.

CAP. XXXII. 1 *Rutilianus, Rullianus, &c.* ut cap. præc. *Maximus appellatus* Leid. 1. 'Post *Papirio* additur a quibusdam [ut a Schott. Gaesb. Delph. Pitisc.] *Cursore ob Samnitem victoriam:* sed absunt illa verba codd. et edd. pr. hinc Arntzenius ea uncis inclusit, Grunerus vero [cum Ed. pr.] delevit.' *Harl.* *Papyrio Cursore* Ald. Quidam etiam editt. *Cursore* admittunt. *Primo . . . Lucerinis* Ed. pr. *Lucerinis* et Ald. Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. improbb. Arntz. Harl. Tum *Thuscis* Ed. pr.—2 '*Tribus* vulgati habent inepte et rustice : alii *Trib.* scribunt, *tribu amovit.* [ut Gaesb. Delph. Pitisc.] Parisin.

NOTÆ

[a] *Ob virtutem*] Quod forensem turbam in quatuor tribus conjecit, ideo ei Maximi cognomen datum dicit Liv. extremo lib. IX.

[b] *Securi pæne percussus*] Superiori capite.

[c] *Primum de Apulis et Nucerinis* [*Lucerinis*] Bis tantum triumphasse Fabium in tabulis invenio; semel cum primum consul esset, collega L. Furio Curvo, an. mundi 3630. ante C. N. 318. A. U. C. 433. Iterum de Etruscis secundum consul C. Martio Rutilio Censorio, duodecimo anno post priorem consulatum: Apulos quidem vicit Fabius quartum consul cum Pub. Decio Mure, anno mundi 3653. Idem etiam Gallos, Tuscos, Marsos, Umbros devicit V. consul anno mundi 3655. Sed triumphasse non legitur.

Nucerinis [*Lucerinis*] *Nucerinis* alii. Livius scribit eum subegisse Nuceriam Alphaternam. Glareanus vero Luceriam scribit. Sigonius contra Nuceriam tuetur. Hæc in Picentibus seu Campania est, IX. mill. pas. distans a mari, ut et Alphaterni, auctore Plinio. Illa in Apulia est. Lubricus certe locus et in quo mihi aqua hæreat: nec pudet fateri, cum nihil eversorum locorum veritate incertius. *Schott.*

[d] *Censor libertinos*] Hos 'forensem turbam' vocat Liv. lib. IX. in fine Q. Fabius et P. Decius censores facti. 'Fabius simul concordiæ causa, simul ne humillimorum in manu comitia essent, omnem forensem turbam excretam in quatuor tribus conjecit, urbanasque eas appellavit. Adeoque eam rem acceptam gratis animis ferunt, ut Maximi cognomen, quod tot victoriis non pepererat, hac ordinum temperatione pareret.'

Iterum censor fieri noluit,[f] dicens, non esse ex usu reipublicæ, eosdem censores sæpius fieri. 3. Hic primus instituit, uti equites Romani[g] Idibus Quintilibus ab æde Honoris, equis insidentes, in Capitolium transirent. 4. Mortuo hoc tantum æris populi liberalitate congestum est, ut inde filius viscerationem[h] et epulas[i] publice daret.

Ms. et Mediol. *tribubus*. *Senatu amovit* legendum videtur ex Livio. Val. Max. libro secundo, capite secundo legendus.' *Schott.* improb. Arntz. Mox *ex usu populi Romani* Mediol. et ed. Mach.—3 *Albis equis* Schott. G. D. P. improb. Arntz. Denique *transilirent* Ed. pr.—4 *Huic* pro *Hoc* Ed. pr. Ald. Schott. G. D. P. In Mss. tribus ap. Schott. et in Gramm. *ubertate* est pro *liberalitate*; in utr. Leid. *libertate*. Tum τὸ *est* abjicit Ald. Infra *filius ejus* Parisin. *Viscerationes* Ed. pr. *et epulum* Schott. G. D. P. *Epulum* malit etiam Harl. quanquam *epulas* eodem sensu, at rarius dici, animadvertit Arntz.

NOTÆ

[f] *Iterum censor fieri noluit*] Vide Valer. Max. lib. IV. cap. 1.

[g] *Uti equites Romani*] Quod 'transvectio' dictum fuit. Livius, de eodem: 'Ab eodem institutum dicitur ut equites Idibus Quintilibus transveherentur.'

[h] *Viscerationem*] Visceratio, largitio carnaria, qua pecudes integræ populo dabantur. Viscera enim non solum intestina, sed quicquid sub corio est. *Servius.*

[i] *Et epulas* [*epulum*] Sic fere semper epulum cum visceratione conjunctim legas. Sueton. in Cæsare: 'Adjecit epulum et viscerationem.'

CAP. XXXIII.

M. CURIUS DENTATUS.

ARGUMENTUM. De Samnitibus, Sabinis, Lucanis triumphat; Pyrrhum Italia expellit; populo viritim et sibi agri quaterna dena jugera dividit; Samnitum legatos aurum offerentes rejicit, &c.

1. MARCUS CURIUS DENTATUS primo de Samnitibus[a] triumphavit, quos usque ad Mare Superum[b] perpacavit. 2. Regressus, in concione ait: Tantum agri cepi, ut solitudo

CAP. XXXIII. 1 *Manius Curius* Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. probb. Sylburg. Arntz. Harl. invitis licet codd. Cod. unus ap. Schott. *Dematus*.—2 *Reversus* Leid. 2. '*Tantum*. Ex frequenti errore librariorum, qui per incu-

NOTÆ

[a] *Primo de Samnitibus*] Anno mundi 3660. ante C. N. 288. A. U. C. 463.

[b] *Ad Mare Superum*] Adriaticum.

futura fuerit, nisi tantum hominum cepissem; tantum porro hominum cepi, ut fame perituri fuissent, nisi tantum agri cepissem. 3. Iterum de Sabinis[c] triumphavit. 4. Tertio de Lucanis[d] ovans[e] Urbem introivit. 5. Pyrrhum Epirotam Italia expulit. 6. Quaterna dena[f] agri jugera viritim populo divisit. Sibi deinde totidem constituit, dicens, neminem esse debere, cui non tantum sufficeret. 7. Legatis Samnitum aurum offerentibus, cum ipse in foco rapas torreret: Malo, inquit, hæc in fictilibus meis esse,[g] et aurum habentibus imperare. 8. Cum interversæ pecuniæ argueretur, cadum ligneum,[h] quo uti ad sacrificia consueverat,

riam oculos conjicientes in easdem voces, quæ eadem paragrapho occurrunt, aliquam orationis partem omittunt, hic varie peccatum est, quia variæ earumdem vocum repetitiones occurrunt. Grammii codex non agnoscit *Hominum cepissem, tantum porro hominum cepi, ut fame perituri fuissent, nisi tantum.* Franeq. omittit, *tantum porro h. c. ut f. p. f. n. t. agri cepissem.* In Leid. 2. desiderantur tantum hæc verba: *tantum hominum cepissem.*' Arntzen. Tum *perit: fuerint* Ald. Schott. Gaesb. Delph. Pitisc.—3 *Iterum de Samnitibus* Fran. —4 Mediol. *introiit.*—5 *Pyr. regem Epeirotarum* Ald. *regem Epirotarum* legebatur ante Schott. *P. E. ex Italia pepulit* Ed. pr. cum Mediol. uterque Leid. Haun. et Machan. ed.—6 ' *Quater dena* Leid. 1. *dena* omittit Gramm. et ed. vet.' *Arntz.* Vide Not. Delph. ' *Deinde totidem.* Mss. simul omnes *sibi idem constituit.* Accessit vox *civem* ex Palmann. *Esse* pro edere Machanens ridicule exponit.' *Schott.* ' *Totidem* non recipiunt uterque Leid. Boend. et Fran. cum Mach. edit. Sed servat ed. Veneta, Aldus, Gryph., et ceteri cum duobus scriptis, et requirit sententia. *Esse debere civem* expresserat Schottus [a Gaesb. Delph. Pitisc. secutus] contra omnes Mss. et editt. quare vocem minime necessariam rejeci.' *Arntzen.*—7 *Afferentibus* est in Leid. 2. Haun. Mox *rapa* pro *rapas* Ald. Schott. G. D. P. *rap. coqueret* Haun.— 8 ' *Cadum ligneum.* *Guttum* reposuit Schottus e tribus codd. et Plinio H. N.

NOTÆ

[c] *Iterum de Sabinis*] Eodem anno quo de Samnitibus.

[d] *Tertio de Lucanis*] Hujus triumphi Annales non meminere. Inciderit forsan an. mundi 3666. ante C. N. 282. A. U. C. 469. quo Curius Gallos, Lucanos, Brutios, Samnites vicit. Quanquam dubito, cum de iisdem, anno post hunc secundo, Fabricium triumphasse tabulæ notent. De Lucanis quidem et de Pyrrho triumphavit Curius anno mundi 3675. Sed nullus temere pulchrior in Urbem aut speciosior triumphus intravit. Tantum abest ut ovatio triumphus ille fuerit.

[e] *Ovans*] Ovatio minoris triumphi genus, quo triumphantes, nec trabeam nec togam pictam induti, pedibus, interdum etiam et equo Urbem intrabant, exercitu præeunte.

[f] *Quaterna dena*] Mss. *Quaterdena.* Vulg. partim *Septenadena*, partim *Septemdena.* Unde colligi potest legendum esse *Septena;* nam et totidem Plinius lib. VIII. cap. 3. et Valer. Max. lib. IV. cap. 3. divisa fuisse docent.

[g] *Esse*] Comedere.

[h] *Cadum* [*Guttum*] *ligneum*] Gut-

in medium protulit, juravitque, se nihil amplius de præda hostili in domum suam convertisse. 9. Aquam Anienem[i] de manubiis hostium in Urbem induxit. 10. Tribunus plebis[k] Patres auctores fieri coëgit[l] comitiis, quibus plebeius magistratus creabatur. Ob hæc merita domus ei apud Tiphatam,[m] et agri jugera quingenta publice data.

xvi. 38. atque Arntzen. præferret, si a codd. ipsius affirmaretur, et laudat Broukhus. ad Tibull. El. i. 2. 8. Cerdam ad Virgil. Ecl. iii. 37. attamen retinuit *cadum*, et accipit in genere pro quocumque instrumento, quo liquida conduntur et infunduntur.' *Harl.* Præpositionem ante *domum* abjiciunt Fran. et Leid. 2.—9 *Aquam deinde An.* omnes præter Gruner. Bip. *Anienis* Hann. *Anienem manibus host.* Ed. pr. 'Viros eruditos secutus sum licet invitis scriptis, ex quibus seu historiæ fidem seu miraculum auget Boend. *Anienem manibus haustum in Urbem induxit.*' Arntz. Præterea *introduxit* alii.—10 'In Mss. longe aliter periodus habet: *Tribunos plebi patres se auctore fieri coëgit comitiis, quibus plebei mag. creabantur.* Nihil tamen demuto.' *Schottus.* Tum *plebei magistratus creabantur* Ed. pr. cum Gramm. Arntzenii et ed. Ven. Paulo post τὸ *hæc* in Ed. pr. desideratur. *Tifatam* ante Schott. legebatur; et *quinquaginta*, ut in quatuor codd. ap. Arntz.

NOTÆ

tum inter sacrificii vasa numerat Varro lib. i. De Vita Populi Rom. 'Guttum faginum' appellat Plin. ex fago enim pocula. Ovid. Fast. v. 'Terra rubens crater, pocula fagus erant.'

[i] *Aquam Anienem*] Frontinus libro de Aquæductibus: 'Vetus Anio post annos 40. quam Appia perducta est, A. U. C. 481. M. Curius Dentatus, qui censuram cum L. Papirio Cos. gessit, Anionis qui nunc dicitur vetus, aquam perducendam in Urbem ex manubiis de Pyrrho captis curavit, Coss. Spurio Carvilio Maximo ii. L. Papirio Cursore ii.'

[k] *Tribunus plebis*] A. U. C. 455.

[l] *Patres auctores fieri coëgit*] Legem tulit ut Patres ante comitia auctores fierent, hoc est, ut decreto suo eos magistratus se probare dicerent, quos populus creasset. Ea lex a Curio, Curia dicta. Cicero de Claris Orat. Liv. lib. x.

[m] *Apud Tiphatam*] Locus in Urbe fuit: quod de Campania dicunt viri docti, nugæ sunt ad hunc quidem locum.

CAP. XXXIV.

APPIUS CLAUDIUS CÆCUS.

ARGUMENTUM. Libertinos in senatum legit; tibicinibus epulandi ... jus in publico adimit; Potitiis pretio corruptis ... cæcatur; ne consulatus cum plebeiis communicaretur resistit; ne Fabius solus ad bellum mitteretur contradicit; Sabinos, Samnites, Etruscos domat; viam usque Brundusium sternit; Anienem in Urbem inducit; censuram solus obtinet; conditiones pacis cum Pyrrho ineundæ oratione discutit Appius Claudius Cæcus.

1. APPIUS CLAUDIUS CÆCUS in censura[a] libertinos quoque[b] in senatum legit. Epulandi[c] decantandique jus tibicinibus in publico ademit. 2. Duæ familiæ ad Herculis sacra sunt destinatæ, Potitiorum et Pinariorum. 3. Potitios Herculis sacerdotes pretio corrupit, ut sacra Herculea servos publicos edocerent; unde cæcatus est:[d] gens Potitiorum[e] funditus periit. 4. Ne consulatus[f] cum plebeiis communicaretur acerrime restitit. 5. Ne Fabius so-

CAP. XXXIV. 1 '*Quoque in senatum.* Mss. partim *quosque in senatum*, partim *quoque e senatu*. Vulgatam præfero.' *Schott.* Mox *in publicum* Boend.—2 *Duæ familiæ*. Vide Schott. qui tentabat *Quæ familiæ ad Herculis sacra sunt destinatæ Potitiorum, pretio corrupit.* Nihil mutandum putat Arntz. '*Si Potitiorum* Boend. et Fran. quod erit *scilicet*. Et sic expresserat magna pars editorum.' *Arntz. s.* (sic) *potitiorum* Ald. *Scilicet Titiorum* Ed. pr.—3 *Pecunia* pro *pretio* Ed. pr. Haun. Leid. 2. '*Sacra Herculea. Herculanea* Mss. [cum Ed. pr.] *Herculana* Paris. et Colon.' *Schott.* *Herculana* Gramm. et Fr.—4 'Legendum ex Liv. l. II. *ne pontificatus et auguratus*, vel potius *ne sacerdotia cum*.' Schott. *Ne*

NOTÆ

[a] *In censura*] Quam gessit A. U. C. 443.

[b] *Libertinos quoque*] Sueton. in Claudio cap. 24. 'Etiam Appium Cæcum generis sui proauctorem, censorem, libertinorum filios in senatum allegisse docuit: ignarus temporibus Appii, et deinceps aliquandiu, libertinos dictos, non ipsos qui manumittuntur, sed ingenuos ex his procreatos.'

[c] *Epulandi*] In æde Jovis. Tibicinibus enim antiquitus traditum erat ut in ea vescerentur: et paulo post idem iis jus restitutum.

[d] *Unde cæcatus est*] Liv. lib. IX. c. 29.

[e] *Gens Potitiorum*] Bene *Gens*. Duodecim enim ea tempestate erant Potitiorum familiæ. Inde tamen quam hic 'gentem' dicit, supra 'familiam' vocat; 'duæ familiæ,' &c. Auctor libelli de Orig. Urb. Rom. 'familiam' dixit.

[f] *Ne consulatus*] Hoc de Appio Cæco nullibi legisse videor; sed 'ne auguratus cum plebeiis communicaretur;' id vero apud Liv. legitur lib. X. cap. 7. Sic igitur legendum.

lus[g] ad bellum[h] mitteretur contradixit. Sabinos, Samnites,[i] Etruscos bello domuit. 6. Viam usque Brundusium[k] lapidibus stravit;[l] unde illa Appia dicta. 7. Aquam Anienem[m] in Urbem induxit. 8. Censuram solus[n] omni quinquennio obtinuit. 9. Cum de pace Pyrrhi ageretur, et gratia potentum per legatum Cineam pretio quæreretur, senex et cæcus lectica in senatum latus, turpissimas conditiones magnifica oratione[o] discussit.

cons. cum plebe Paris. et Colon.—5 *Sampnitas* Paris. et Colon. *Samnitas* Arntz. cum scriptis. *Samniteas* Ed. Ven. *Ethuscos* Ed. pr. Τὸ *bello* omittunt Haun. Leid. 2.—6 *Brundisium lapide str.* Schott. G. D. P. *Brundus. str. lapidibus* Ald. Τὸ *lapidibus* Boend. et Fran. expungunt. Tum *illa via Appia est* Ed. pr. *unde via appia* Fran. et Boend.—7 '*Anienem* vel Victoris ipsius vel librariorum incuria huc ex superiore capite irrepsit. Certum quidem est, Appium Claudium *Appiam*, non *Anienem* aquam duxisse in Urbem.' *Harl.* Boend. codex habet, *Aquam Anienem deinde manibus hostium in Urb.* Ed. pr. *Aquam Anienem manibus hostium in Urb.*—8 Paris. et Colon. *omnium* cum quatuor codd. Arntzenii.—9 Pro *ageretur* habent *tractaretur* Paris. et Colon. *Cyneam quæreretur pretio* Ed. pr.

NOTÆ

g *Ne Fabius solus*] Sed cum Decio Mure.

h *Ad bellum*] Samniticum, quo se Decius devovit.

i *Sabinos, Samnites*] A. U. C. 456. quo Appius secundum consul fuit.

k *Usque Brundusium*] Falsum est. Nam ea tempestate ex veteris historiæ fide, ea via ad Brundusium usque perduci non potuit. *Pater meus.* A porta Capena usque ad Capuam stravit Appius.

l *Stravit*] A. U. C. 443.

m *Aquam Anienem*] Quomodo *aquam Anienem*, quam triginta et octo annis post, in Urbem producendam curavit M. Curius Dentatus? ut superiori capite. Cum Schotto legerem *Appia.* Eam, inventis quibusdam venis, Appius per duo milliaria in Urbem duxit.

n *Censuram solus*] Liv. lib. IX. cap. 29. 'Appius jam inde antiquitus insitam pertinaciam familiæ gerendo, solus censuram obtinuit.'

o *Magnifica oratione*] Quam vide apud Plutarch. in Pyrrho. Ennius sic eum loquentem inducit: 'Quo vobis mentes, rectæ quæ stare solebant Antehac, dementes, sese flexere viai?'

CAP. XXXV.

PYRRHUS, REX EPIROTARUM.

ARGUMENTUM. Orbis imperium agitans, Romanis bellum infert; Lævinum consulem elephantorum novitate turbat; captivos gratis reddit; superatus Tarentum refugit; in Siciliam trajicit; Locros regressus Proserpinæ pecuniam avehere tentat; Argos oppugnans tegulæ ictu prosternitur; et ab Antigono magnifice sepelitur Pyrrhus, Epirotarum rex.

1. PYRRHUS, rex Epirotarum, materno genere ab Achille,[a] paterno ab Hercule oriundus, cum imperium orbis agitaret, et Romanos potentes videret, Apollinem de bello consuluit. 2. Ille ambigue respondit,[b]

Aio te Æacida[c] Romanos vincere posse.

3. Hoc dicto[d] in voluntatem tracto, auxilio Tarentinorum

CAP. XXXV. 1 *Epeirotarum, paterno... materno* Schott. G. D. P. ' Errat Aurelius Victor. Pyrrhus paterno genere ab Achille, materno ab Hercule oriundus dicitur.' *Harl.* Tum *agitans Romanos* Ald. cum tribus ap. Arntz. codd.—2 In Leid. 1. est *ambiguo.*—3 ' Rectius, saltem ad historiam accommodatius foret, *auxilio Tarentinis venit, bellum,* uti habent codd. Leid. [Ald.] et edd. Argentin. aut, secundum alios codd. *auxilio Tarentinis bellum:* nam Tarentinis bellum indictum erat propter spoliatos mercatores Rom. et legatos gravi in-

NOTÆ

[a] *Materno [paterno] genere ab Achille]* Vide Plutarch.

[b] *Ambigue respondit]* Quia incertum est, ab Æacida Romanos vinci posse, an ab Romanis Æacidam. Id Græcis ἀμφιβολογία dicitur, *ambiguus sermo.* Cum vitio compositionis in ambiguo posita est sententia: 'Sed aptissimum maxime fuit responso' (Priscian. lib. XVIII.) 'etiam confusione ordinis propriam oraculi obliquitatem servare.'

[c] *Aio te Æacida]* Hoc de Pyrrho finxisse Ennium probat Cicero de Divinat. lib. II. ut et Herodotum istud de Crœso: 'Crœsus Halim penetrans magnam pervertet opum vim.' 'Cur autem,' inquit, 'hoc credam unquam editum Crœso? aut Herodotum cur veraciorem ducam Ennio? Num minus ille potuit de Crœso, quam de Pyrrho fingere Ennius? Quis enim est qui credat, Apollinis ex oraculo Pyrrho esse responsum? 'Aio te Æacida;' &c. Primum Latine Apollo nunquam locutus est. Deinde ista sors inaudita Græcis est. Præterea Pyrrhi temporibus jam Apollo versus facere desierat. Postremo, quanquam semper fuit, ut apud Ennium est, 'Stolidum genus Æacidarum Bellipotentes sunt magi' quam sapientipotentes:' tamen hanc amphiboliam versus intelligere potuisset, 'vincere te Romanos,' nihilo magis in se, quam in Romanos valere. Nam illa amphibolia quæ Crœsum decepit, vel Chrysippum potuisset fallere; hæc vero ne Epicurum quidem.'

Æacida] Ab Æaco Jovis et Europæ filio, Achillis avo.

[d] *Hoc dicto]* Proprie *dicto;* hoc est dictione; quæ propria Apollinis

bellum Romanis intulit. Lævinum consulem[f] apud Heracleam[g] elephantorum novitate turbavit. 4. Cumque Romanos adversis vulneribus occisos videret, Ego, inquit, talibus militibus brevi orbem terrarum subigere potuissem. 5. Amicis gratulantibus, Quid mihi cum tali victoria, inquit, ubi exercitus robur amittam? 6. Ad vicesimum ab Urbe lapidem castra posuit: captivos Fabricio gratis reddidit. 7. Viso Lævini exercitu,[h] eandem sibi ait[i] adversus Romanos, quam Herculi adversus hydram,[k] fuisse fortunam. 8. A Curio et Fabricio superatus,[l] Tarentum refugit; in Siciliam trajecit.[m] 9. Mox in Italiam Locros[n] regressus, pecuniam Proserpinæ avehere tentavit. Sed ea naufragio

juria exceptos; qui deinde Pyrrhum in auxilium vocabant.' *Harl.* *Lævinium* Ed. pr. Mss. ap. Schott. et Leid. 1. ap. Arntz. Tum *Eracleam* Ed. pr. *Heream* Mss. ap. Schott.—4 *Viris* pro *militibus* Ald. Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. et *subire* pro *subigere* vett. libb.—5 *Quia mihi* Leid. 2.—7 *Lævinii* Ed. pr. '*Ait.* *Ut* Leid. 1. *aut* Leid. 2. et omnino delet Fran. Adi quæ dicemus ad cap. 73.' *Arntz.*—8 *Fabritio* Ed. pr. Mox *confugit* quidam ap. Schott. *Profugit* Ed. pr. Leid. 2. et Haun. Tum Sylburgio legendum videtur *inde in Siciliam trajecit.* In aliis legitur *trajicit.*—9 Conjiciebat Schott. *mox in Italiæ.* '*Aggressus* Boend. ut legi posset *In Italia Locros aggressus:* sed nihil mutandum.' *Arntz.* Mox *auferre temptavit* Ed. pr. 'Leid. 2. *auferre.* Fran. *habere.*

NOTÆ

oraculi vox est. Pacuvius in armorum judicio: 'Apertæ fatur dictio, si intelligas.' *Dictio Aperta* oraculum Apollinis qui *Aperta* dicebatur. Idem in Duloreste: 'Sed incertat me dictio, quin rem expedi.'

[f] *Lævinum consulem*] Anno mundi 3670. ante C. N. 278. A. U. C. 473.

[g] *Apud Heracleam*] Florus lib. I. c. 18. 'Apud Heracleam et fluvium Sirim, Lævino consule, prima pugna,' &c. Heraclea urbs in extima parte Italiæ, cui Magnæ Græciæ nomen est.

[h] *Viso Lævini exercitu*] Immo vel *Fabricii*, vel *Curii Dentati.* Lævinus enim semel cum Pyrrho manum conseruit.

[i] *Eandem sibi ait*] Flor. loco supra. 'Video me,' inquit, 'plane Herculis sidere procreatum, cui quasi ab angue Lernæo tot cæsa hostium capita de sanguine suo renascuntur.'

[k] *Hydram*] Cui uno de centum capitibus amputato, duo renascebantur. Hæc nota sunt.

[l] *A Curio et Fabricio superatus*] Atqui collegæ non fuere Fabricius et Curius. Ille consul fuit A. U. C. 475. collega Q. Æmilio Papo. Hic autem a. 478. collega L. Cornelio Lentulo. Sed hæc non ita sunt accipienda; neque ea de eodem tempore dixit noster Aurelius. Pyrrhum et Fabricius et Curius superarunt; sed diversis temporibus, suo scilicet quisque consulatu.

[m] *In Siciliam trajecit*] Postquam cum Fabricio pugnatum est, et antequam cum Curio pugnaret.

[n] *Locros*] In Magna Græcia.

relata est.[o] 10. Tum in Græciam regressus, cum Argos[p] oppugnaret, ictu tegulæ prostratus est. 11. Corpus ad Antigonum, regem Macedoniæ, relatum magnifice sepultum.

ARGUMENTUM. Contra Pyrrhum missus, quarta regni parte frustra solicitatur; Pyrrhi medicum, Pyrrhum veneno occisurum, ad Pyrrhum vinctum reduci jubet; et a Pyrrho, illum admirante, laudatur Fabricius.

12. PYRRHUS cum secundo prælio[a] a Romanis esset pulsus Tarentum, interjecto anno,[b] contra Pyrrhum Fabricius missus est, qui prius inter legatos[c] solicitari non poterat quarta regni parte promissa. 13. Cum vicina castra ipse et rex haberent, medicus Pyrrhi nocte ad eum venit, promittens, se Pyrrhum veneno occisurum, si sibi quicquam pollicitaretur: 14. quem Fabricius vinctum reduci jussit ad dominum, Pyrrhoque dici, quæ contra caput ejus medicus spopondisset. Tum rex admiratus eum, dixisse fertur: Ille est Fabricius, qui difficilius ab honestate, quam sol a suo cursu averti posset.

Boend. *ducere:* omnes perperam.' *Arntz.* '*Relata est. Data* Haun. *electa* Leid. 2. *Elata* Fran. Gramm. et editt. sed vera lectio solicitanda non est, quam etiam recte judicio suo comprobavit Schottus.' *Arntz.*—10 *In Græc. reversus dum Argos oppug.* Ed. pr. *dum Argos oppugnat* Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. *Agros* pro *Argos* transpositis literis Fran. et uterque Leid.—11 *Delatum* legebatur ante Schott. invitis Mss. Fran. simpliciter *latum:* vocem *magnifice* idem cod. extrudit. *Magnif. sepultum est* Ed. pr.—12 'Totum hoc caput, quod abest a codd. [ab Ed. pr. et Ald.] videtur Arntzenio et Grunero ex Eutrop. II. 8. (al. 14.) a librario insertum, et falso ascriptum Victori. V. Gruner. ad Eutrop.' *Harl.*

NOTÆ

[o] *Ea naufragio relata est*] Valer. Maxim. de neglecta religione: 'Cum onustus nefaria præda navigaret, vi subitæ tempestatis tota cum classe vicinis Deæ littoribus elisus est, in quibus pecunia incolumis reperta, sanctissimi thesauri custodiæ restituta est.'

[p] *Argos*] In Peloponneso. Vide Justin. l. XXV. c. 5.

[a] *Secundo prælio*] Quod P. Sulpitio Saverrione et Pub. Decio Mure Coss. pugnatum est anno sequenti post Lævini pugnam. Sed illud Plutarch. Et alii verius in sequentem Fabricii consulatum rejiciunt.

[b] *Interjecto anno*] Immo anno sequenti. Ceterum quæ sequuntur omnia apud Eutropium iisdem verbis leges lib. II. ita ut dubium sit an Eutropium Victor, vel Victorem Eutropius transcripserit.

[c] *Qui prius inter legatos*] Ait Fabricium, cum inter legatos a populo Rom. ad Pyrrhum ipse legatus etiam interesset, non potuisse moveri quarta regni parte illi a Pyrrho promissa.

CAP. XXXVI.

DECIUS MUS.

ARGUMENTUM. Servos a Volsiniis manumissos, in curiam lectos, et dominos opprimentes, superat, in carcere necat, aut dominis in servitutem restituit Decius Mus.

1. VOLSINII,[a] Etruriæ nobile oppidum, luxuria pæne perierunt. Nam cum temere servos manumitterent, dein in curiam legerent, consensu eorum oppressi. 2. Cum multa indigna paterentur, clam Romæ auxilium petierunt. 3. Missusque Decius Mus[b] libertinos omnes[c] aut in carcere necavit, aut dominis in servitutem restituit.

CAP. XXXVI. 1 *Volscini opulentissimi Etruscorum populi* Ed. pr. 'Varie hic turbant Mss. codd. *Vulsini* Fran. et Boend. *Volsini* Gramm. *Volschini* Hann. *Voluscini* Leid. 1. *Romeni* Leid. 2.' *Arntz*. Mox Mss. ap. Schott. *periit*. Præterea *dum in curiam* Ed. pr. Ald. 'Antiqua lectio, *dein curiam*, unde feci *dein in curiam*. Præpositio omissa quod repeteretur. Si quis tamen legat, *dum temere servos manumitterent, dum in curiam*, facile patior. Mox *consensu eorum* ex iisdem scripsimus.' *Schott*. *Consensu servorum* Ed. pr. Ald. —2 Leid. 1. *indigne*. *Roma* Ald. Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. Arntz.—3 *Decius Murena* Ed. pr. *D. Murena mox* Ald. *Murœna* Gryph. Delet *Murena* Gramm. et Ven. Solus Fran. *Decius Mus*. Schott. G. D. P. *Decius Mus mox lib. omn. superavit, in carcere necavit, aut*. Arntz. *D. M. mox lib.* 'Leid. 2. *aut in arce omnes aut in carcere;* ex cujus vestigiis fortasse fieri posset *omnes aut in acie, aut in carcere necavit aut dominis, &c.*' Arntz.

NOTÆ

[a] *Volsinii*] 'Volscinii opulentissimi Etruscorum:' Florus lib. I. c. 21. Illum vide.

[b] *Missusque Decius Mus*] Unde hic error nescio; nam certum est non Decium Murem, sed Q. Fabium Maximum Gurgitem missum fuisse A. U. C. 488. ergo et falsa est capitis inscriptio.

[c] *Libertinos omnes*] Posuit libertinos pro libertis, sic et alicubi Plautus.

CAP. XXXVII.

APPIUS CLAUDIUS CAUDEX.

ARGUMENTUM. Ad Mamertinos liberandos missus, Carthaginienses Messana expellit, et Hieronem prælio in deditionem accipit Appius Claudius Caudex.

1. APPIUS CLAUDIUS, victis Volsiniensibus [a] cognomento Caudex dictus, frater Cæci fuit. 2. Consul ad Mamertinos [b] liberandos missus est, quorum arcem Carthaginienses et Hiero, rex Syracusanus, obsidebant. 3. Primo ad explorandos hostes fretum piscatoria nave trajecit, et cum duce Carthaginiensium egit, ut præsidium arce deduceret. 4. Rhegium [c] regressus, quinqueremem hostium copiis pedestribus cepit: ea legionem in Siciliam traduxit. Carthaginienses Messana expulit. 5. Hieronem prælio apud Syracusas in deditionem accepit; qui eo periculo territus, Romanorum amicitiam petiit, iisque postea fidelissimus fuit.

CAP. XXXVII. 1 'J. vero Grejonius sic locum tentabat: *Appius Claudius cognomento Caudex. Is victis a M. Fulvio collega Volsiniensibus consul ad Mamertinos liberandos, &c.*' Schott. Vide Not. Delph. inf. '*Victis Volsinin.* Hæc duo vocabula sublestæ fidei, [ut putat etiam Arntz.] aut post *Cæci*, deletis *fuit* et puncto, ponenda videntur.' *Harl.* Tum *cogn. Caudax frat.* Ald. *cogn. audax frat.* Ed. pr. cum scriptis et plerisque edd. Mox alii *frater dicti Cæci.*—2 *Missus est* Ald. '*Carthaginienses*, non *Carthaginenses*, [ut quinque scripti et Veneta] vera est scriptura: alii scribere jubent *Karthaginienses.*' Harl.—3 *Primus* pro *primo* Mss. ap. Schott. et *furtum* pro *fretum* Hann. non inconcinne, judice Arntz. Mox quatuor codd. ap. Arntz. *deducerent:* Ed. pr. *ducerent.*—4 Τὸ *hostium* in Ed. pr. desideratur. *Copiis prætestibus* Leid. 2. *Phalangem in Sic.* Ald. *cepit falagionem* Ed. pr. cum omn. scriptis. Ed. Mach. *eam legionem:* nonnulli *legationem.* Delph. *eo legionem.*—5 *Hierona regem* Ald. *Syracusas victum* Leid. 1.

NOTÆ

[a] *Victis Volsiniensibus*] Hic transpositione peccatum est: lego ex Victoris genio et historiæ veritate: *Appius Claudius cognomento Caudex dictus, frater Cæci, victis Volsciniensibus consul ad Mamertinos liberandos missus est.*

[b] *Mamertinos*] In Sicilia, urbem Messanam incolentes. Vid. Flor. lib. IV. c. 11.

[c] *Rhegium*] In Brutiorum extrema parte e regione Messanæ. Quidam tamen Rhegium Siciliæ adhæsisse, cum ea ab Italia dissiluit, diligentissime annotavit.

CAP. XXXVIII.

C. DUILIUS.

Argumentum. Contra Carthaginienses dux missus classem validam fabrefacit; manus ferreas instituit; hostes vincit et capit; et, prælucente funali, præcinenteque tibicine, a cœna publice redit C. Duilius.

1. Caius Duilius[a] primo Punico bello dux contra[b] Carthaginienses[c] missus, cum videret, eos multum mari posse, classem magis validam quam decoram fabricavit:[d] et [quas corvos[e] vocavere,] manus ferreas[f] cum irrisu hostium[g] primus instituit, quibus inter pugnandum hostium

Cap. xxxviii. 1 *Cneus duelius* Ed. pr. *Cneus Duillius* Ald. *Duillus* ante Mach. legebatur. '*Duellius* Leid. 1. et Haun. *Duillius* Fran. et Gramm. *Duillus* Leid. 2. et Ven. *Duilius* Boend. Quod sententiam Schotti confirmat: al. edd. omnes *Duillius*. In quinque etiam Mss. et edd. est *Cneus* contra rei veritatem.' *Arntz.* Tum *classem validam fabrefecit* Schott. G. D. P. *fabrefecit* etiam Ed. pr. '*Quas corvos vocavere.* Hæc vocabula absunt a multis libris scriptis editisque, [ut ab Ed. pr.] eaque ejicienda visa sunt Scheffero de Milit. Navali ii. 7. ubi de his instrumentis disseritur, aliisque viris doctis: atque corvos ferreasque manus distinguunt veteres. Vide Stewech. ad Veget. v. 14. Grunero retinenda videntur.' *Harl.* Ea verba absque uncis profert Ald. 'Illud *cum irrisu*, alii *risu*, sic in Mediolanensi conceptum erat: *primus omnium cum irrisu hostium instituit. Sic inter, &c.*' Schott. '*Instituit,*

NOTÆ

[a] *Caius Duilius*] Sic scribendum, *C. Duilius*, non *Duillus*. Nam Græci auctores semper Δουίλλιον vocant; et columna rostrata aperte BILIOS, per contractionem scilicet qua *bis* dixere pro *duis*; *bidentem* pro *duidentem*; et *bigas* pro *duigas*; et *bonum* pro *duonum*.

[b] *Dux contra*] A. U. C. 493.

[c] *Carthaginienses*] Ita scribendum; non *Chartaginenses*. Nempe *Chartaginienses* a tertio casu.

[d] *Cl. magis validam quam decoram fabricavit* [*classem validam fabrefecit*] In codd. bibliothecæ Palatinæ scriptum invenit doctissimus Gruterus, *Classem magis validam quam decoram fabrefecit*: quam scripturam unice probavit. Ea tamen mihi, meo forsan vitio, vehementer displicet. Fuit illa classis centum sexaginta navium, et intra sexagesimum diem quam cæsa sylva fuit, in anchoris stetit. Columna Rostrata: REMEGESQVE. CLASSESQVE NAVALES. PRIMVS. ORNAVET. PARAVETQVE. DIEBOS. LX.

[e] *Quas corvos*] Semicirculis inclusa hinc fuganda sunt.

[f] *Manus ferreas*] Vide Frontin. lib. ii. c. 3. Stratagem. et Polyb. lib. i. Variis enim nominibus appellantur ferramenta illa, quæ in proximam navem retinendi causa immittuntur: manus ferreas, uncos, harpagones, &c. *Schott.*

[g] *Cum irrisu hostium*] Flor. lib. ii. c. 2. 'Injectæ enim ferreæ manus, machinæque aliæ, ante certamen multum ab hoste derisæ: coactique hostes quasi in solido decernere.'

naves apprehendit,[h] qui victi et capti sunt. 2. Hannibal, dux classis, Carthaginem fugit, et a senatu quæsivit, quid faciendum censerent. 3. Omnibus, ut pugnaret, acclamantibus; Feci, inquit, et victus sum: sic pœnam crucis effugit:[i] nam apud Pœnos dux male re gesta puniebatur. 4. Duilio concessum[k] est, ut prælucente funali, et præcinente tibicine, a cœna publice rediret.

sic Leid. 1. [et Ed. pr.] *sicque* Haun. *qui* Fran. Boend. et Veneta: ceteri nihil evariant, atque receptam etiam tuentur editi.' *Arntz.* Præterea *hostium naves XXX. apprehendit, XIII. mersit* Schott. Gaesb. D. P. Vide Not. Delph. inf. Non male Haun. judice Arntz. *naves apprehendit, quo Carthaginenses.*—2 *Hamilco* Ed. pr. *Himilco* Ald. '*Hannibal.* Historiæ veritas lectionem requirit, quam fide Schotti retinuimus, præsertim cum codd. omnes hic varient, *Homilco, Himiclo, Aimilico* præferentes. Haun. etiam *Amilcar.* Adde Glar. ad Val. Max. VII. 3. ex. ext. 8.' *Arntz.* *Classis Carthaginiensium* Parisin. *censeret* Leid. 1. Boend. et Ed. pr.—3 *Pugnarent* Ed. pr.—4 *Perlucente* solito errore Leid. 1. et *publica* libb. vett.

NOTÆ

[h] *Naves app.* [*naveis XXX. app.*] Ex Eutrop. hostium naves XXXI. apprehendit, XIV. mersit. Columna Rostrata a Ciaconio suppleta: XXXQVE NAVES. CEPIT. CVM. SOCIIS. SEPTEMRESMOSQVE. DVCIS. QVINRESMOSQVE TRIRESMOSQVE. NAVES. XX. DEPRESSET. Ita edidit Ciaconius, Polybium secutus, qui omnes naves, quas hoc prælio Carthaginienses amiserunt, quinquaginta fuisse, atque ex ipsis XXX. captas tradit. Unde etiam suspicabatur vir doctiss. et hic, et apud Eutrop. pro XIII. sive XIV. scriptum fuisse XIX.

[i] *Sic pœnam crucis effugit*] Sed anno sequenti a Scipione victus in crucem actus est.

[k] *Duilio concessum*] Florus lib. II. p. 48. 'Duillius imperator, non contentus unius diei triumpho, per vitam omnem, ubi a cœna rediret, prælucere funalia, præcinere sibi tibias jussit, quasi quotidie triumpharet.' Et Cato apud Ciceronem in lib. de Senectute: 'C. Duilium, M. filium, qui Pœnos classe primus devicerat, redeuntem a cœna sæpe videbam puer: delectabatur crebro funali et tibicine, quæ sibi nullo exemplo privatus sumserat; tantum licentiæ dabat gloria.' Sed vide quæ notavimus ad Florum pag. 48.

CAP. XXXIX.

A. ATILIUS CALATINUS.

ARGUMENTUM. Adversus Carthaginienses dux missus ex civitatibus ... hostilia præsidia dejicit; Panormum capit; hostium classem superat; a Pœnis in angustiis clausus a Calpurnio Flamma liberatur, et triumphat A. Atilius Calatinus.

1. ATILIUS CALATINUS[a] dux adversus Carthaginienses

missus, maximis et[b] munitissimis civitatibus, Enna,[c] Drepano,[d] Lilybæo,[e] hostilia præsidia dejecit. Panormum cepit. 2. Totam Siciliam[f] pervagatus, paucis navibus magnam hostium classem, duce Hamilcare, superavit. 3. Sed cum ad Camerinam,[g] ab hostibus obsessam festinaret, a Pœnis in angustiis clausus est, ubi tribunus militum[h] Calpurnius Flamma, acceptis trecentis sociis, in superiorem locum evasit, consulem liberavit: ipse cum trecentis pugnans cecidit. 4. Postea ab Atilio semianimis inventus et sanatus magno postea terrori hostibus fuit. Atilius gloriose triumphavit.[i]

CAP. XXXIX. 1 *Attilius* Ald. et al. *dux Romanorum* Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. 'Forte ex Fastis videatur *Consul* legendum. L. Ann. Florus male dictatorem ait fuisse.' *Schott.* *Ex maximis* receperat Schott. et posteriores, improb. Arntz. Pro *Enna* habent *Ethna* Ed. pr. *Ætna* Ald. In uno Ms. ap. Schott. *Herna;* in Mediol. *Æнna* scriptum.—2 *Cepit, totamque Siciliam* Ed. pr. Ald. Verba *Totam sic ... superavit* uncinis includunt Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. suspecta quia pugna illa navalis non A. Atilio sed C. Atilio cons. facta est; test. Arntz. Grun. Harl.—3 Leid. 2. Gramm. Boend. et Ed. pr. *Sed cum Cecinnam.* Mss. ap. Schott. *Cathynam* vel *Catinam.* Parisin. *ad Cecinam hostibus obsessam.* Fran. *Cum Catetinam.* Leid. 1. *Cum Cecinam.* Haun. vero *Cumam.* 'Mira varietas in urbe præsertim non ignobili, et in quam consentiunt reliqui auctores qui hanc historiam tradidere.' *Arntz.* '*Camarinam* (Græce Καμαρῖναν) edidit cum Schott. [Gaesb. D. P.] Arntzenius, de utraque hac scriptura vulgari pluribus disputans: scripturam vero *Camerina* cum aliis viris doctis defendit probatque Burmann. II. in Comment. ad Numismata Sicula pag. 433.' *Harl.* Tum *Calphurnius per flammam* Ed. pr. *sociis* del. Ald. cum plerisque.—4 *Cecidit, et postea* Ed. pr. Ald. *Inventus est. Senatus* Schott. G. D. P. improb. Arntz. Solus Machan. *inventus est et sanatus.*

NOTÆ

[a] *Atilius Calatinus*] A. U. C. 494.

[b] *Maximis et*] Florus: 'Calatino dictatore fere omnia præsidia Pœnorum, Agrigento, Drepanis, Panormo, Eryce, Lilybæo detraxit.'

[c] *Enna*] Siciliæ Mediterraneum oppidum.

[d] *Drepano*] Drepanum Siciliæ promontorium, et urbs versus occidentem.

[e] *Lilybæo*] Promontorium et urbs non longe a Drepano meridiem versus.

[f] *Totam Siciliam*] Hæc falsa sunt, et ad C. Atilium Regulum referenda, qui post Atilium Calatinum consul totam Siciliam, &c.

[g] *Camerinam*] Siciliæ urbem.

[h] *Tribunus militum*] Florus: 'Semel trepidatum est circa Camariniensium saltum: sed eximia virtute Calpurnii Flammæ tribuni militum evasimus; qui lecta trecentorum manu infestum et insessum ab hostibus tumulum occupavit, adeoque moratus hostem, dum exercitus omnis evaderet.'

[i] *Triumphavit*] Anno sequenti post consulatum.

CAP. XL.

M. ATILIUS REGULUS.

ARGUMENTUM. Sallentinis fusis triumphat; classem in Africam trajicit; naves oppidaque et homines capit; capitur; conditionem de permutandis captivis Romam missus in senatu dissuadet; Carthaginem regreditur; et in arcam ligneam conjicitur M. Atilius Regulus.

1. MARCUS ATILIUS REGULUS consul, fusis Sallentinis,[a] triumphavit; primusque Romanorum[b] ducum in Africam classem trajecit.[c] Ea quassata[d] de Hamilcare naves longas tres et sexaginta accepit.[e] Oppida ducenta,[f] et hominum ducenta millia[g] cepit. 2. Absente eo, conjugi ejus et liberis ob paupertatem sumtus publice dati. 3. Mox[h] arte Xanthippi Lacedæmonii, mercenarii militis, captus in carcerem missus. 4. Legatus de permutandis captivis Romam missus, dato jurejurando, ut, si non impetrasset,

CAP. XL. 1 *M. Attilius* Ed. pr. Ald. et mox eæd. *Salentinis.* Tum Ed. pr. *Aphricam* h. l. et passim. '*Classe trajecit* quatuor scripti, sed melius veterem lectionem tuentur duo reliqui et edd. omnes.' *Arntz.* Vide Not. Delph. *quassatæ classes* Ed. pr. *quassatas duæ Hamilcare* Ald. 'Variis modis hæc a descriptoribus sunt corrupta, quarum ineptias ascribere non pigebit, si quis forte melius quid conjiciat. Fran. *aquassatas de.* Boend. *aquassata de.* Leid. 1. *aquata de.* Haun. *cum qua de.* Leid. vero 2. et Gramm. neglectis duobus prioribus, tantum habet *de Amilcare.* Ed. Ven. *Quassatas de:* reliquæ *quassatas duce.* Ego satis firmiter mihi persuadeo, veram lectionem vidisse Schottum.' *Arntz.* Mox *XL. accepit* Haun. et Leid. 2. Vide Not. Delph. '*Ducenta millia.* In vestigiis veteris scripturæ mendum, aut potius mendacium prodigiosum odoratus sum. Ego *vicena millia hominum* aut *tricena* scripsisse credo: unde *ducenta millia* rotundo numero facta, quod totidem opida capta fuisse diceret.' *Schott.*—2 Mox τὸ *ejus* del. Schott. Gaesb. Delph. Pitisc.—3 *Xantippi* Ed. pr. Ald. cum libb. vett. Offendit voc. *mercenarii* viros doctos. Vide Not. Varr.—4 '*Ut si non.* In Mss. paullo aliter: *Ut si impetrasset, ita demum non*

NOTÆ

[a] *Fusis Sallentinis*] Anno mundi 3683. ante C. N. 265. A. U. C. 486. Vide Flor. l. I. c. 20.

[b] *Primusque Rom.*] Secundum consul, anno mundi 3694.

[c] *Classem trajecit*] Melius *classe trajecit:* ut in Mss.

[d] *Ea quassata*] Nam XXII. naves amisit Regulus, et LXIV. hostium cepit. Eutrop.

[e] *Et sexaginta accepit*] Lege *Et sexaginta cepit.*

[f] *Oppida ducenta*] Flor. lib. II. c. 2. 'Et hæc' (Clypea) 'et trecenta amplius castella vastata sunt.'

[g] *Ducenta millia*] Error videtur, et e numerorum notis natus est. Forsan *tricena millia.* Nam Manlius XXVII. millia captivorum Romam reduxit.

[h] *Mox*] Anno sequenti.

ita [i] demum rediret; in senatu conditionem dissuasit, rejectisque [k] a se conjuge et liberis, Carthaginem regressus, ubi in arcam ligneam conjectus,[l] clavis introrsum adactis, vigiliis ac dolore punitus est.

rediret. Nihil interest.' *Schott.* *Permutationem* pro *conditionem* Leid. 1. Mox *ab amplexu* pro *a se* Mss. ap. Schott. *archam lig. conjectus* Ed. pr. *Conjectus* editi: *ejectus* Fran. *injectus* Leid. uterque, Boend. et Haun. Tum *actis* Schott. G. D. P. Denique *extinctus est* Ed. pr.

NOTÆ

[i] *Ita*] Hujus vocis frequens usus in jurejurando.

[k] *Rejectisque*] Vid. Cic. de Off. III. et Horat. Od. v. 3.

[l] *In arcam ligneam conjectus*] Vide Gellium lib. VI. cap. 4.

CAP. XLI.

Q. LUTATIUS CATULUS.

ARGUMENTUM. Adversus Pœnos profectus Pœnorum naves deprimit aut capit; et Pœnis pacem petentibus, concedit Q. Lutatius Catulus.

1. QUINTUS LUTATIUS CATULUS [a] primo Punico bello trecentis [b] navibus adversum Pœnos profectus, sexcentas eorum naves, commeatibus et aliis oneribus impeditas, duce Hamilcare, apud Ægates, insulas [c] inter Siciliam et Africam, depressit, aut cepit,[d] finemque bello [e] imposuit.

CAP. XLI. 1 *Caius Lut.* Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. ' *Quinctus* tamen retinent omnes scripti cum editt. Facilius est conjicere errorem esse ipsius auctoris, qui duos insequentes consules confuderit. Anno enim U. C. DXI. C. Lutatius fuit consul, anno DXII. Quinctus.' *Arntz.* *Luctatius* Ed. pr. Ald. *Lucatius* alii. Vide not. Schotti in *trecentis*, ubi mendum fortasse latet. Tum *duce Himilcone* Ed. pr. Ald. *duce Annone* Schott. G. D. P. *Egates* Ed. pr. Ald. cum Gryph. *Ægathes* vulgo ante Schott. ap. quem Mss. partim *Ægadas*, partim *Egadas*. Melius placet Schott. *insulam*. Mox verba *aut cepit* in Ed.

NOTÆ

[a] *Quintus* [*Caius*] *Lutatius Catulus*] Cos. cum A. Postumio Albino, anno mundi 3707. ante C. N. 241. A.U.C. 510. belli Punici 23.

[b] *Trecentis*] Al. CC. trecentas Eutrop. Romanis, CCCC. Pœnis tribuit. Et hic etiam *quadringentas* pro *sexcentas* legendum est; nimirum CD. pro DC. et prona fuit mutatio.

[c] *Ægates, insulas*] Quæ 'Aræ' a Virgilio dictæ. Αἰγοῦσαι appellantur Polybio.

[d] *Depressit, aut cepit*] Demersit naves CXXV. cepit LXXIII. Eutrop.

[e] *Bello*] Quod duravit annis XXIV.

2. Pacem petentibus hac conditione concessit, Sicilia, Sardinia, et ceteris insulis[f] intra Italiam Africamque decederent; Hispania citra Hiberium[g] abstinerent.

pr. Ald. desiderantur.—2 '*Sicilia.* Sunt scripti qui addunt *ut sic:* sine ulla necessitate.' *Arntzen.* *Ut Sicil.* Ed. pr. Ald. Denique *citra Iberum abstin.* Ed. pr. *citra Hiberum fluvium abstin.* Ald. *citra Iberum fluvium ut abstin.* Schott. Gaesb. Delph. *citra Ib. fl. abstin.* Pitisc. *citra Hiberum abstinerent* Arntz. Bip. *ab Hisp. cit. Ib. ut abstin.* Mss. ap. Schott. cum Mediol. et Schoenb. Gruner. *Hiberium.*

NOTÆ

[f] *Ceteris insulis*] Æoliis, Balearibus.

[g] *Hispania citra Hiberium* [*Iberum*] Hujus fœderis hocce caput iisdem plane verbis Orosius lib. IV. cap. 11. Additumque, 'ut pro impensis bellicis argenti puri tria millia talentorum Euboicorum æquis pensionibus per annos XX. penderent.' Eadem Polyb. lib. III. qui tamen in talentis mire variat, et Liv. lib. XXI. nam XXII. millia et ducenta talenta Euboica stipendii loco imposita ait; et subjicit decem legatos tempus stipendii mutasse, ac mille talenta adjecisse. Τὸ *fluvium* hic ex Mss. superat. Legunt enim *Ab Hispania citra Iberum ut abst.* Schott.

CAP. XLII.

HANNIBAL, CARTHAGINIENSIS DUX.

ARGUMENTUM. Aris a patre admovetur; odium in Romanos jurat; Saguntum evertit; in Italiam trajicit; P. Scipionem, Sempronium Longum, Flaminium, Paullum et Varronem superat; Campaniæ deliciis elanguescit; fractus, repulsus, fugatus, superatus ad Antiochum, et deinde ad Prusiam confugit; veneno absumitur, et in arca lapidea ponitur Hannibal.

1. HANNIBAL,[a] Hamilcaris filius, novem annos[b] natus, a patre aris admotus, odium in Romanos perenne juravit.

CAP. XLII. 1 *XI. annos* Ald. *novem annis* Ed. pr. '*Undecim* Fran. *XII.* Grammii cod. ubi tamen alia manus supernotavit, 'alter *IX. annos,*' et sic reliqui omnes. Olim editi ad unum *undecim.*' Arntz. Tum *patris* Ald. Schott.

NOTÆ

[a] *Hannibal*] Hoc caput totum bellum Punicum secundum complectitur, de quo vide Flor. lib. II. cap. 6.

[b] *Novem annos*] Liv. lib. XXI. 'Fama etiam est, Hannibalem annorum ferme novem, pueriliter blandientem patri Hamilcari ut duceretur in Hispaniam, cum, perfecto Africo bello, exercitum eo trajecturus sacrificaret, altaribus admotum tactis sacris jurejurando adactum, se, cum primum posset hostem fore populo Rom.'

Exinde socius et miles in castris patri fuit. 2. Mortuo eo causam belli quærens, Saguntum [c] Romanis fœderatum intra sex menses [d] evertit. 3. Tum Alpibus patefactis, in Italiam trajecit. 4. P. Scipionem [e] apud Ticinum,[f] Sempronium Longum [g] apud Trebiam,[h] Flaminium [i] apud Trasymenum,[k] Paullum et Varronem [l] apud Cannas [m] superavit. 5. Cumque Urbem capere posset, in Campaniam devertit, cujus deliciis elanguit. 6. Et cum ad tertium [n] ab Urbe lapidem castra posuisset, tempestatibus repulsus,[o] primum a Fabio Maximo [p] frustratus, deinde a Valerio Flacco [q] repulsus, a Graccho et Marcello [r] fugatus, in Africam revo-

G. D. P.—2 Pronomen *eo* abest ab uno scripto ap. Schott. *Sagunthum* Ed. pr. *Zaguntkus* libb. vett. Tum *fœderatam* Ed. pr. Ald. Schott. G. D. P. *fœd.* *infra* etiam Ed. pr.—4 '*Longum*. *Longinum* Paris. Et scripti vitiose: *Semper longum apud Cremeram fl. apud Thrasumenum. Paullum et Varr. apud Cannas superavit.* Quod ascribendum duxi, ne quis semper in auctoritatem librorum veterum et consensum jurandum putet.' *Schott.* Quatuor scripti ap. Arntz. et ed. Ven. *Transimenum.* Post *Paullum* add. Ed. pr. *æmilium.*—5 *Divertit* Ed. pr. Ald. qui habet mox *delitiis.*—6 *Fractus* pro *frustratus* Schott. G. D. P.

NOTÆ

Juravit Hannibal an. mundi 3713. ante C. N. 235. A. U. C. 516.

[c] *Saguntum*] 'Civitas ea longe opulentissima ultra Iberum fuit, sita passus mille ferme a mari. Oriundi a Zacyntho insula dicuntur, mistique etiam ab Ardea Rutulorum quidam generis.' Liv. lib. XXI. cap. 7.

[d] *Intra sex menses*] Liv. Plutarch. Orosius, Eutrop. intra octo menses. Florus mense demum nono. Illum vide.

[e] *P. Scipionem*] An. mundi 3732. secundi belli Punici anno primo.

[f] *Ticinum*] In Gallia Transpadana.

[g] *Sempronium Longum*] Qui cum Pub. Scipione consul fuit eodem anno quo supra.

[h] *Trebiam*] In Gallia Cispadana ad Placentiam.

[i] *Flaminium*] Q. Flaminium secundum Cos. anno belli secundo.

[k] *Trasymenum*] Lacum in Hetruria intra Clavim fluvium, et Tiberim Umbriam a Tuscia dividentem.

[l] *Paullum et Varronem*] L. Æmilium Paullum et C. Terentium Varronem, anno post initum bellum tertio.

[m] *Cannas*] Ignobilem Apuliæ vicum juxta Aufidum amnem.

[n] *Ad tertium*] *Ad quartum* Eutrop. Florus *ad tertium;* quod probat Liv. lib. XXVI. cap. 10. 'Inter hæc Hannibal ad Anionem fluvium, tria millia passuum ab Urbe, castra admovit.'

[o] *Tempestatibus repulsus*] 'Tanta enim ad singulos illius motus vis imbrium effusa, tanta ventorum violentia coorta est, ut divinitus hostem summoveri; neque cœlo, sed ab Urbis ipsius mœnibus, et Capitolio ferri videretur.' Florus lib. II. p. 63. Id accidit A. U. C. 542.

[p] *A Fabio Maximo*] Cunctatore, A. U. C. 536.

[q] *Valerio Flacco*] Immo *a Fulvio Flacco* A. U. C. 541.

catus, a Scipione superatus,[s] ad Antiochum regem Syriæ confugit, eumque hostem Romanis fecit: 7. quo victo,[t] ad Prusiam[u] Bithyniæ[x] regem concessit; unde Romana legatione [per Titum Flaminium[y]] repetitus, [ne Romanis traderetur] hausto, quod sub annuli gemma habebat, veneno, absumtus est,[z] positus apud Libyssam[a] in arca lapidea, in qua hodieque inscriptum est, HANNIBAL HIC SITVS EST.

frustratus est Ed. pr.—7 *Roma legatione* Ald. Verba in uncinis neque Ed. pr. neque Ald. agnoscunt. 'Quinque scripti hæc non agnoscunt, neque sententia requirit, quare facile his et possem et vellem carere. Itaque signis, ut discerni possent, includi jussimus.' *Arntz.* Sine uncis habent Schott. G. D. P. *Repetitus veneno hausto quod sub gemma annuli habebat* Ed. pr. *Labissam* vel *Libissam* multi Mss. Vid. Nott. Var. *In qua hodie scriptum est* Ed. pr. *Scriptum* etiam uterque Leid. *cui inscriptum est* Ms. ap. Schott. *Hodie quoque* magna pars librariorum; alii simpliciter *hodie.*

NOTÆ

[r] *A Graccho et Marcello*] Tib. Sempronium Gracchum et M. Claudium Marcellum intellige; et refer ad A. U. C. 538. et suscepti belli quartum. Tunc Marcellus ab obsidione Nolæ Hannibalem excussit. Gracchus vero, si Floro fides est, per Lucaniam eundem vadentem secutus est. Florum adi, lib. II. cap. 2.

[s] *Scipione superatus*] A. U. C. 551. suscepti belli XVII.

[t] *Quo victo*] A Scipione, A. U. C. 563.

[u] *Prusiam*] Nicomedis magni filium.

[x] *Bithyniæ*] Ad Pontum Euxinum et Propontidem.

[y] *Per Titum Flaminium*] Vide Titum Quintium Flamininum.

[z] *Absumtus est*] An. mundi 3767. ante C. N. 181. A. U. C. 670.

[a] *Libyssam*] Bithyniæ vicum.

CAP. XLIII.

Q. FABIUS MAXIMUS.

ARGUMENTUM. De Liguribus triumphat; Hannibalem mora frangit et in agro Falerno includit; Marium Statilium ad hostes transfugere volentem retinet; Lucano mulierem emtam dono dat; Tarentum recipit; et de captivorum redemtione cum hostibus pangit Q. Fabius Maximus.

1. QUINTUS FABIUS MAXIMUS CUNCTATOR, ut Ver-

CAP. XLIII. 1 *Quin. Fabius dictator ut Verucosus a veruca* Ed. pr. *Verucosus* et *Veruca* etiam quatuor Mss. ap. Arntz. cum aliquot vett. edd. *Verrucos-*

rucosus a verruca in labris, ita Ovicula a clementia morum,[a] consul[b] de Liguribus[c] triumphavit. 2. Hannibalem mora fregit.[d] 3. Minucium[e] magistrum equitum imperio sibi æquari passus est: nihilominus periclitanti subvenit.[f] 4. Hannibalem in agro Falerno[g] inclusit. 5. Marium Statilium[h] transfugere ad hostes volentem, equo et armis donatis retinuit; et Lucano cuidam fortissimo, ob amorem mulieris infrequenti,[i] eandem emtam dono dedit. 6. Tarentum[k] ab hostibus recepit: Herculis signum[l] inde translatum in Capitolio dedicavit. 7. De redemtione captivorum[m] cum hostibus pepigit: quod pactum cum a senatu

sus Schott. Gaesb. Pitisc. Tum *in labris sita Ovic.* Schott. G. D. P. improb. Arntzen. Mox eæd. edd. *morum dictus.* *Lyginibus* pro *Liguribus* Ms. ap. Schott.—3 Corrupte Fran. judice Arntz. *magist. equit. in prælio æquari.* Tum *passus est, et nihilom.* Ald.—4 Haun. Leid. uterque et Fran. *induxit.*—5 *Manilium Stat.* Ed. pr. *Manlium Stat.* Ald. Schott. Gaesb. D. P. '*Marium* codd. Schotti, qui inde faciebat *Marso*, probante Grutero. *Manlium* olim *Marium* ob consensum codicum defendit Arntzen. præeunte J. F. Gronovio ad Livium XXII. 42. 4.' *Harl.* Præterea *Statillum* Parisin. habet. Tum *donatum* pro *donatis* Leid. 2. '*Eandem.* Cod. Haun. corruptissime *infrequenti, dolore stanti emtam:* quæ verba quid velint, non video, nisi forte reponendum foret *dolore absenti*, ut antea ad expositionem vocis *infrequenti* a glossatore in margine sint adposita. Leid. autem pr. pronomen delet.' *Arntz.*—7 Tertia

NOTÆ

[a] *Ovicula a clementia morum*] Plutarch. ὁ δὲ οὐικούλας σημαίνει τὸ πρόβατον· ἐτέθη δὲ πρὸς τὴν πραότητα τοῦ ἤθους, ἔτι παιδὸς ὄντος. *Ovicula ovem significat. Illud autem ei nomen impositum propter morum clementiam cum adhuc puer esset.* Ovis enim symbolum πραότητος, ut et e sacris literis discimus.

[b] *Consul*] Cum M. Pomponio Mathone anno mundi 3717. ante C. N. 231. A. U. C. 520.

[c] *Liguribus*] Qui ad Alpes Maritimas siti sunt.

[d] *Mora fregit*] Unde Cunctator dictus.

[e] *Minucium*] Vide Liv. lib. XXII. cap. 27.

[f] *Periclitanti subvenit*] Adi Liv. Ibid. capp. 28. 29. 30.

[g] *Falerno*] In Campania.

[h] *Marium* [*Manlium*] *Statilium*] *Marsum* vocat Plutarch. in Fabio.

[i] *Infrequenti*] Militare vocabulum est 'infrequens,' et ita dicitur miles qui abest a signis, et militiæ assiduus non est. Vide Festum.

[k] *Tarentum*] A. U. C. 544. Tarentum in Magna Græcia.

[l] *Herculis signum*] E captis enim oppidis signa Deorum transferebant; eisque vel eundem, vel ampliorem, quam habuerant, locum dicabant.

[m] *De redemtione captivorum*] Fabium inter et Hannibalem convenerat, ut qui plures captivos acciperet quam daret; is in singulum militem argenti pondo bina et selibras præstaret. Et cum Fabius ducentos quadraginta septem plures quam Pœ-

improbaretur, fundum suum ducentis millibus[n] vendidit, et fidei satisfecit.

inflexione Mss. ap. Schott. *quæ pactio.* Tum *fidei suæ* Mss. ap. Schott.

NOTÆ

nus recepisset, argentumque pro eis debitum, sæpe jactata in senatu re, quoniam non consuluisset Patres, tardius erogaretur, agrum suum, misso Romam Quinctio filio, vendidit, fidemque publicam impendio privato exsolvit. Vide Liv. lib. XXII. c. 23.

[n] *Ducentis millibus*] Sestertium scilicet. Quæ librarum nostratum quatuordecim millia efficiunt.

CAP. XLIV.

P. SCIPIO NASICA.

ARGUMENTUM. Matrem Deum hospitio recipit; magistratu adversum auspicia nominatus se abdicat; statuas sibi positas tollit; Delminium expugnat; imperatoris nomen et triumphum oblatum recusat; et Corculum dicitur P. Scipio Nasica.

1. PUBLIUS SCIPIO NASICA,[a] a senatu vir optimus judicatus, Matrem Deum[b] hospitio recepit.[c] 2. Is cum[d] adversum auspicia consulem se a Graccho nominatum comperisset, magistratu se abdicavit.[e] 3. Censor[f] statuas, quas sibi quisque per ambitionem in foro ponebat,

CAP. XLIV. 1 In Ed. pr. huic cap. XLIV. præponitur cap. XLV. *Marcus Marcellus, &c.* Tum *in hospitio* Ed. pr.—2 Pro relativo *is*, quod ab Ald. et vulg. libris abest, reponi posset *ejus filius*, ait Sylburg. Vid. Nott. Var. Τὸ *se* post *consulem* ex Mss. abundat.—3 *Quas sibi consul quisque in foro per ambitio-*

NOTÆ

[a] *Pub. Scipio Nasica*] Ejus filius qui in Hispania perierat.

[b] *Matrem Deum*] Cybelem: lapis erat, quem cœlitus ferunt demissum in quendam Phrygiæ agrum, cui Pessinunti nomen est. Eum Romani ab Attalo Asiæ rege acceperunt. Vide Liv. XXIX. et Ovid. Fast. IV. Romam advecta Cybele A. U. C. 549.

[c] *Hospitio recepit*] Secundum dictionem Apollinis, qua Romanos monebat curarent, ut Deam, qui vir optimus in Urbe esset, hospitio acciperet.

[d] *Is cum*] Hæc de Scipionis Nasicæ filio vera sunt, et male filium cum patre confundit Victor.

[e] *Magistratu se abdicavit*] Ut et collega ejus C. Marcius Figulus A. U. C. 591.

[f] *Censor*] A. U. C. 594. quo Romæ clepsydras fieri jussit. Hoc anno mortuus Terentius.

sustulit. 4. Consul[g] Delminium,[h] urbem Dalmatarum, expugnavit. 5. Imperatoris nomen a militibus, et ab senatu triumphum oblatum recusavit. 6. Eloquentia primus,[i] juris scientia consultissimus, ingenio sapientissimus; unde vulgo Corculum[k] dictus.

nem habebat Ed. pr.—4 '*Delminium* scribunt Mss. et Agrippinense exemplum. *Deliminum* Parisinum; et *Delmatorum* idem Coloniense; *Delmatarum* Gryphius.' *Schott.* *Dilumium* Fran. *Delimnium* Leid. 1. *Delmum* Haun. Praeterea Ed. pr. *Dalmaterum*.—5 *Et senatu*, deleto *ab*, Ed. pr. *Recusavit oblatum* Ald.—6 *Sapient. fuit* Ed. pr. Ald. Conj. Schott. *sagacissimus*.

NOTÆ

[g] *Consul*] A. U. C. 598.

[h] *Delminium*] In ea Illyridis parte quæ ad Macedoniam vergit.

[i] *Eloquentia primus*] Hic iterum confundit Noster; sic et infra 'ingenio sapientissimus:' confundit etiam Valer. Max. lib. VII. cap. 5. et Epitome Liviana. Quare en tibi Scipionum stemma, prout illud e doctissimi Sigonii Emendat. lib. II. Schottus apposuit:

Pub. Scipio Nasica, qui adoptatus a Q. Metello Pio, Q. Metellus Scipio dictus est, cos. A. U. C. 701. Cicero l. VI. ad Atticum, pro Domo Sua, et in Bruto.

Pater P. Scipio Nasica.

Avus P. Scipio Nasica, orator, cos. A. U. C. 542. Uxor Cæcilia, Macedonici filia.

Proavus P. Scipio Nasica Serapio, cos. a. 601.

Paternus C. Lælius, cos. a. 613.

Abavus. : . · . · :

Maternus P. Scipio Nasica Corculum, cos. an. 591. 598.

Proavus maternus Q. Mutius Scævola augur, cos. an. 636. Ejus uxor Lælia, filia C. Lælii.

Avus maternus L. Licinius Crassus orator, cos. an. 658. Ejus uxor Mucia, filia C. Lælii.

Mater Licinia, filia Licinii Crassi.

[k] *Corculum*] 'Corculum a corde dicebant antiqui solertem et acutum.' Fest.

CAP. XLV.

M. CLAUDIUS MARCELLUS.

ARGUMENTUM. Viridomarum singulari prælio fundit; opima spolia Jovi consecrat; Hannibalem vinci docet; Syracusas expugnat; in Albano monte triumphat; Hannibalis insidiis deceptus occumbit, et magnifice sepelitur M. Claudius Marcellus.

1. MARCUS MARCELLUS Viridomarum,[a] Gallorum ducem,

CAP. XLV. 1 '*Viridomarum*. Ita ex codice Gramm. et omnibus edd. qui-

NOTÆ

[a] *Viridomarum* [*Virdumarum*] Sic alii. Insubrium Gallorum dux fuit. Propert. Sed *Viridomarum* Livius et

singulari prælio fudit.[b] 2. [Spolia opima Jovi Feretrio[c] tertius a Romulo consecravit. 3. Primus docuit, quomodo milites cederent,[d] nec terga præberent. 4. Hannibalem] apud Nolam,[e] locorum angustia adjutus, vinci docuit. 5. Syracusas per tres annos[f] expugnavit. 6. Et cum per calumniam triumphus ei[g] a senatu negaretur, de sua sententia in Albano[h] monte triumphavit. 7. Quinquies consul,[i] insidiis Hannibalis deceptus occubuit, et magnifice sepultus. 8. Ossa Romam remissa a prædonibus[k] intercepta perierunt.

buscum consentit Florus II. 4. § 5. et Servius ad Virg. Æn. VIII. vs. 856. Ex similitudine vocis natus error in Fran. et Leid. 2. *Marcellus Vir Romanus Gall.* Haun. [et Ed. pr.] *Marc. Vir Romanus Brennum Gall.* Alii *Virdumarum:* [ut Schott. G. D. P.] Leid. 1. et Boend. *Briomatum.*' Arntz. Quidam calamo exarati *Viriodomarum.*—2 *Spolia locorum angustia adjutus,* omissis reliquis, Ed. pr. *Spolia legit apud Nolam.* *Hannibalem primus* Ald. et edd. ante Schott. qui verba uncis inclusa primus e codd. reposuit. Arntz. separavit ea uncis quod abfuissent a suis libb. et editis. 'J. Grejonius ab antiqua scriptura manu ductus sic tentabat: *Spolia opima Jovi, &c.* *Primus docuit, &c. præberent.* *Spolia etiam legit apud Nolam, ubi Hannibalem primus locorum angustia.* Ego Mss. religiose sequor.' *Schott.*—3 'Sed *Ne quomodo milites cederent* non nemo legendum putabit ex Plutarcho in vita et comparatione Marcelli cum Pelopida.' *Schott.* 'Annotant viri doctissimi forte legendum, *incederent,* vel, *milites ejus cæderent:* non est profecto.' *Grut.* Vide Nott. Var.—4 *Vindicavit* pro *vinci docuit* Gramm. cod. et ed. Ven.—6 *Triumphus negaretur a senatu* Ed. pr. Nec τὸ *ei* agnoscunt tres codd. ap. Arntz. Tum *ex sua* Haun. —7 Τὸ *occubuit* in Ed. pr. desideratur.

NOTÆ

[b] *Prælio fudit*] A. U. C. 531.

[c] *Jovi Feretrio*] Virgil. tamen Quirino suspensa canit, Æn. VI. 859. 'Tertiaque arma patri suspendet capta Quirino.' Et de 'Marte' interpretatur Servius, ex lege Numæ Pompilii, quæ tamen Jano Quirino aperte docet tertia spolia suspendi debere, ut secunda Marti. Adi Festum in 'Opima.'

[d] *Cederent*] Id est, retrocederent.

[e] *Apud Nolam*] Supra in Hannibale. Nola in Picentinis non longe a Neapoli.

[f] *Per tres annos*] Syracusas obsedit Marcellus A. U. C. 538. expugnavit a. 541.

[g] *Triumphus ei*] Sed minor ei triumphus concessus est, nam ovans Urbem intravit. Vide Liv. lib. XXVI. cap. 21.

[h] *De sua sententia in Albano*] Prius de sua sententia, sine senatus consulto in Albano monte, cum ei honos Romæ negaretur, triumphavit C. Papirius Maso, quem multi alii postea secuti sunt.

[i] *Quinquies consul*] Cum T. Quintio Crispino, A. U. C. 545.

[k] *Prædonibus*] Numidis. Plutarch.

CAP. XLVI.

CLAUDIA, VIRGO VESTALIS.

ARGUMENTUM. Matrem Deum repente in alto stantem zona imposita movet incestus falso suspecta Claudia virgo Vestalis.

1. HANNIBALE Italiam devastante, ex responso librorum Sibyllinorum[a] Mater Deum a Pessinunte[b] arcessita, cum adverso Tiberi veheretur, repente in alto stetit:[c] et cum moveri nullis viribus posset, ex libris[d] cognitum, castissimæ demum fœminæ manu moveri posse. 2. Tum Claudia,[e] virgo Vestalis, falso incesti suspecta,[f] Deam oravit, ut, si pudicam sciret, sequeretur; et zona imposita navem movit, simulacrum Matris Deum abduxit. 3. Templum ædificavit Nasica,[g] qui vir optimus judicabatur.

CAP. XLVI. 1 *Matre* Ed. pr. et aliæ. Tum *e Pessinunte* Ed. pr. Ald. Schott. G. D. P. Leid. 1. Gramm. Haun. *ex Pessin.* Fran. *a Pessin.* Boend. edd. Ven. et Mach. Præpositionem ignorat Leid. 2. Præterea *accersita* Ed. pr. Ald. *Adversum Tiberim* Gramm. *In alveo stetit* libri scripti et Agripp. Mox *cognitum est* Ed. pr. Ald.—2 *Quom claudia* Ed. pr. Tum *In cestus susp.* Schott. G. D. P. '*Inceste* Leid. 1. *incestui* Fran. ceteri *incesti*, et sic Veneta ed. quamvis *incestus* Mach. *incestu* Aldus et qui eum sequuntur: quod videtur malle Burmann. ad Vell. Paterc. II. 35. § 3. sed cum hoc non admittant scripti, malui *incesti* exprimere.' *Arntz.* *Clam* pro *Deam* Leid. 1. Mox alii legunt *et pudicam se sciret, sequeretur.*—3 *Movit. Simul. M. D. advexit, templum* Ed. pr. Ald. *Movit. Simul. M. D. adduxit, templum ædif.* Arntz. *adduxit* etiam Bip. *movit: simulacrum M. D. dum templum ædificatur, Nasicæ, qui vir optimus judicabatur, quasi hospiti datum* Schott. Gaesb. Delph. Pitisc.

NOTÆ

[a] *Librorum Sibyll.*] De iis apud Florum, quæ vide ne actum agam. Repertum fuit in iis hoc carmen: 'Quandoque hostis alienigena terræ Italiæ bellum intulisset, eum pelli Italia vincique posse, si mater Idea a Pessinunte Romam advecta foret.'

[b] *Pessinunte*] Phrygiæ oppido.

[c] *In alto stetit*] In alto, ad augendum miraculum, nam mira res est navem in alto, quasi in vado, hærere. Ovid. tamen Fast. IV. limoso vado pressam dicit: 'Sicca diu fuerat tellus: sitis usserat herbas: Sedit limoso pressa carina vado.'

[d] *Ex libris*] Simpliciter, pro libris Sibyllinis, ita sæpe Livius.

[e] *Claudia*] 'Claudiam Quintam' vocant Cicer. Ovid. Liv. &c. Ejus statua in vestibulo templi matris Deum posita; bis ea æde incendio consumta, in sua basi flammis intacta stetit.

[f] *Falso incesti* [*incestus*] *suspecta*] Ovid. 'Claudia Quinta genus Clauso referebat ab Atta: Nec facies impar nobilitate fuit. Casta quidem, sed non et credita: rumor iniquus Læserat, et falsi criminis acta rea est.'

[g] *Templum ædificavit Nasica* [*Dum templum ædificatur*] Quod e funda-

'Non nego, et hanc mihi lectionem præ editis placere, si modo constaret ab Aurelio esse. Sed tam magnæ varietates semper mihi glossæ injiciunt suspicionem, cum non verisimile fiat, librarios talia studio omisisse, et in aliam sententiam detorsisse. Si cui ita videbitur, sequatur Schottum: dedi lectionem omnium codicum et editionum, nisi malis *Matris Deum domum adduxit*, ut ob similitudinem sequens vox sit absorpta.' *Arntz.*

NOTÆ

mentis excitarunt M. Livius, C. Claudius censores. Dedicavit M. Junius Brutus, tredecim an. postquam Romam advecta. Vide Livium lib. XXXVI. cap. 36.

CAP. XLVII.

M. PORCIUS CATO CENSORIUS.

ARGUMENTUM. Sardiniam subigit; Celtiberos domat; occupatis Thermopylarum jugis præsidium hostium depellit; L. Flamininum senatu movet; basilicam suo nomine facit; matronis ornamenta repetentibus restitit; Galbam accusat; ipse accusatus absolvitur; Carthaginem delendam censet; et post octoginta annos filium gignit M. Porcius Cato Censorius.

1. MARCUS PORCIUS CATO, genere Tusculanus, a Valerio Flacco Romam solicitatus, tribunus militum[a] in Sicilia, quæstor sub Scipione[b] fortissimus, prætor[c] justissimus fuit: in prætura Sardiniam subegit,[d] ubi ab Ennio[e] Græcis

CAP. XLVII. 1 *Portius* aliquot edd. et unus cod. perantiq. *ductus* pro *solicitatus* prob. Schott. Tum vet. lib. *militum factus.* 'Erravit Aurelius; nam Cato nec Sardiniam subegit, nec ibi ab Ennio Græcis literis institutus est; sed inde eum deduxit, isque in senectute literas Græcas demum didicit. V. Cornel. Nep. in vita Catonis c. 1. § 3. et c. 3. § 2. Cic. de Senect. 8. aliosque a Grunero laudatos: adde Arntzenii, *Sardiniam sorte egit* suspicantis, longam

NOTÆ

[a] *Tribunus militum*] A. U. C. 545. Cornel. Nep. in vita Catonis.

[b] *Quæstor sub Scipione*] A. U. C. 549. Cicer. lib. de Rep. Quæstores autem qui pecunias conquirebant et reponebant, Græcis ταμίαι, vulgo dicimus *trésoriers.*

[c] *Prætor*] A. U. 555.

[d] *Sardiniam subegit*] Nullo modo subegit Sardiniam Cato. Quare Schottus putabat reponendum *sortitus est*, vel *rexit*, vel potius *delegit*. Ego puto delendam tantum vocem *subegit*, quam e glossemate natam suspicor. Nempe scripserat Victor, *in prætura Sardiniam* elleipticos, subintellecto 'obtinuit,' 'egit,' 'habuit,' &c. Quod ut moneret, studiosus aliquis margini ascripsit *sup. egit*. Quod postea in textum receptum in *subegit* immutatum est.

literis institutus. 2. Consul[f] Celtiberos[g] domuit; et, ne rebellare possent, literas ad civitates singulas misit, ut muros diruerent. 3. Cum unaquæque sibi soli imperari putaret, fecerunt. Syriaco bello[h] tribunus militum[i] sub M'. Acilio Glabrione,[k] occupatis Thermopylarum jugis,[l] præsidium hostium depulit.[m] 4. Censor[n] L. Flamininum consularem[o] senatu movit, quod ille in Gallia, ad cujusdam scorti spectaculum,[p] eductum quendam e carcere in convivio[q] jugulari jussisset.[r] 5. Basilicam[s] suo nomine primus

notam.' *Harl.* Vide Not. Delph. et Nott. Var. *Instructus* pro *institutus* Ed. pr.—3 *Putarent* Fran. a m. pr. *Syriatico* Ed. pr. Ald. Leid. 2. et Boend. *M'. Attilio* Ald. *Atilio* Venet. *Thermophilarum* Ed. pr.—4 'Corrupti hoc loco sunt codices, quorum pars *Flaminium*, *Flamineum*, et *Flaminum*, præferunt. Edd. *Flaminium.* Certum tamen est, hunc hominem *Flamininum* fuisse appellatum.' *Arntz.* Lib. ap. Schott. *Flamin. consulem.* 'Mss. *in Galliam* accusandi casu. Sic enim habent: *quod ille in Galliam cujusdam scorti spectaculum ejec-*

NOTÆ

[e] *Ubi ab Ennio*] Immo Ennium poëtam inde deduxit, a quo multo post Græcis literis senex admodum institutus.

[f] *Consul*] A. U. C. 558.

[g] *Celtiberos*] Hispaniæ Taraconensis populos. Flor. lib. II. cap. 17. 'Cato ille censorius Celtiberos, id est robur Hispaniæ, aliquot præliis fregit.'

[h] *Syriaco bello*] Quod contra Antiochum gerebatur. Vide Florum lib. II. c. 8.

[i] *Tribunus militum*] Idem Appian. Plutarch. Cicer. Livius vero 'consularem legatum' vocat.

[k] *M'. Acilio Glabrione*] Consule cum P. Cornelio Scipione Nasica, A. U. C. 562.

[l] *Thermopylarum jugis*] Thermopylæ Oëtæ montis angustiæ juxta Maliacum sinum. In iis iter est non latius quam sexaginta passus; hæc una militaris via est, qua traduci exercitus, si non prohibeantur, possint; ideo *Pylæ*, (id est 'portæ,') et ab aliis, quia calidæ aquæ in ipsis faucibus sunt, *Thermopylæ* locus appellatur: id est 'calidæ portæ.' Vide Liv. lib. XXXVI. cap. 15.

[m] *Præsidium hostium depulit*] Vid. Liv. lib. sup. capp. 15. 16. 17. &c.

[n] *Censor*] Cum L. Valerio A. U. 569. ætatis suæ 49.

[o] *L. Flamininum* [*Flaminium*] *consularem*] *L. Quintium Flaminium consularem.* Liv.

[p] *Ad cujusdam scorti spectaculum*] Livius ad 'spectaculum scorti procacis:' id est ut spectaculum scorto fieret. Hanc historiam fuse Liv. lib. XXXIX. capp. 42. et 43.

[q] *In convivio*] 'Inter pocula atque epulas, ubi libare Diis dapes, ubi bene precari mos esset, ad spectaculum scorti procacis in sinu consulis recubantis, mactatam humanam victimam esse, et cruore mensam respersam.' Liv.

[r] *Jussisset*] Alii narrant eum sua manu interfecisse, non per lictorem. *Schott.*

[s] *Basilicam*] Quæ basilica Porcia dicta, e quatuor tabernis quas emerat facta.

fecit. 6. Matronis ornamenta, erepta Oppia lege,[t] repetentibus restitit.[u] 7. Accusator assiduus malorum, Galbam[x] octogenarius[y] accusavit; ipse quadragies quater[z] accusatus, gloriose absolutus. 8. Carthaginem delendam censuit.[s] 9. Post octoginta annos filium genuit. Imago hujus[t] funeris gratia produci solet.

tum quendam e carcere jugulandum jussisset.' Schott. *In Galliam* etiam Leid. 2. '*Eductum.* Parisinus antiquus codex *vectum* [cum Gramm.] legit; Agripp. *vinctum.* Quid si legas, *e Gallia ejectum,* vel *vectum quendam, a carcere, &c.* nam Gallum transfugam fuisse, aut e Galliis profugum Livius diserte ait libro XXXIX.' *Schott. Evectum* Ed. pr. *ejectum* Ed. Ven.—6 '*Matronis.* Locus mendosus, recte nunc habet felici interpunctione: sic antea distinctus: *Matronis ornamenta erepta, Oppia lege repetentibus,* quasi dicas *matronas* per Oppiam legem repetiisse jus cultus, mundumque muliebrem nimis sumptuosum. Schott. *Opia lege . . . restituit* Ed. pr. Quidam libb. ap. Sylburg. *Oppia lege petentibus restituit.*—9 *Octuaginta* Aldinus cod. eumque secuti reliqui. Paulo post idem cod. *Imago cujus,* teste Schott. qui malit *solius* aut *unius.* 'Et ob rem ipsam, ut singulare in gentilicio funere cognoscatur, et præeunte Valerio Max. VIII. 15. 2. cum Pighio emendandum, et legendum est *funeris gratia e curia produci solet:* adde Gruner.' *Harl.*

NOTÆ

[t] *Oppia lege*] De matronarum cultu tulit C. Oppius tribunus plebis, Q. Fabio, Tito Sempronio Coss. A. U. C. 540. ne qua mulier plus semuncia auri haberet, neu vestimento versicolori uteretur, neu juncto vehiculo in Urbe, oppidove, aut propius inde mille passus, nisi sacrorum publicorum causa, veheretur. Liv. l. XXXIV. Tacit. lib. III.

[u] *Restitit*] Sed frustra. Nam Oppii lex abrogata, et matronis ornatus concessus.

[x] *Galbam*] Servium Sulpicium Galbam qui prætor Lusitanos diripuerat. Cornel. Nep.

[y] *Octogenarius*] Liv. lib. XXXIX. c. 40. 'Nonagesimo anno Servium Galbam ad populi adduxit judicium.' Idem Plutarch. Sed falso, ut ex Cicerone certum est, e cujus scriptis elicitur Catonem anno ætatis 84. denatum esse.

[z] *Quadragies quater*] Idem Plin. lib. VII. Vide et Liv. loco supra citato.

[s] *Carthaginem delendam censuit*] Tertio bello Punico Florus: 'Cato inexpiabili odio delendam esse Carthaginem, et cum de alio consuleretur, pronuntiabat.'

[t] *Imago hujus*] Huic uni hoc honoris gratia tributum, ut ejus e curia imago in funus produceretur. Ceterum de imaginibus quæ comitabantur gentilitia funera, lege Plin. lib. XXXV. cap. 11. et Tacit. lib. III. Annal. *Schott.*

CAP. XLVIII.

C. CLAUDIUS NERO, ET HASDRUBAL FRATER HANNIBALIS.

ARGUMENTUM. In Italiam trajicit Hasdrubal. Hasdrubalem cum Livio collega vincit; Hasdrubalisque caput ante vallum Hannibalis projicit; et ovans Urbem introit Caius Claudius Nero.

1. HASDRUBAL, frater Hannibalis, ingentibus copiis in Italiam transjecit;[a] actumque erat[b] de Romano imperio, si jungere se Hannibali potuisset. 2. Sed Claudius Nero, qui in Apulia[c] cum Hannibale castra conjunxerat, relicta in castris parte, cum delectis[d] ad Hasdrubalem properavit, et se Livio[e] collegæ apud Senam oppidum[f] et Metaurum[g] flumen conjunxit: amboque Hasdrubalem vicerunt. 3. Nero regressus pari celeritate,[h] qua venerat, caput Hasdrubalis ante vallum Hannibalis projecit. 4. Quo ille viso,[i]

CAP. XLVIII. 1 *Trajecit* Ed. pr. Ald. *In Italiam* etiam deest in Ed. pr. quæ mox habet *actumque erat de Rom. imp. si se jungere Hann.* 'Variis correctorum glossis hic locus est inquinatus. *Jungere Annibali copias* Leid. 1. *Jung. Hann. castra* Leid. 2. *conjungere Hann. copias* Ald. et Vulg. simpliciter *jungere Hann.* Fran. verum antiquam scripturam reservarunt reliqui scripti *jungere se* vel *sese;* quomodo etiam ed. Ven. et Agripp. Sine dubio hisce mutationibus causam dedit, quod ignorabant, recte etiam dici de duce, *jungere se,* ut totus etiam exercitus simul intelligatur.' *Arntz.*—2 Voces *in Apulia* absunt a Leid. 1. Vide Not. Delph. Mox *electis* Mss. ap. Schott. qui mallet *dilectis;* sed *delectis* Arntzen. ut scripti et editi. *Methaurum flumine* Ed. pr. *Metaurumque fluvium* Mss. ap. Schott. *Methaurum* Mediol. cum Leid. 1.—3 *Qua iverat* Schott. G. D. P. lectio a Schott. inventa in scriptis sibi anti-

NOTÆ

[a] *In Italiam transjecit*] Alpes transierat A. U. C. 546.

[b] *Actumque erat*] Idem Florus lib. II. c. 6. p. 3. 'Actum erat procul dubio, si vir ille se cum fratre junxisset.'

[c] *Qui in Apulia*] Immo in Lucania, ad urbem Grumentum.

[d] *Cum delectis* [*dilectis*] Sex millibus peditum, et mille equitum.

[e] *Livio*] M. Livio Salinatori.

[f] *Apud Senam oppidum*] In Brutiis juxta mare Adriaticum, a Gallis Senonibus conditum, unde et 'Sena Gallica' dictum.

[g] *Metaurum*] In Brutiis non longe a Sena oppido. De hoc Neronis ad Metaurum prælio Horat. Od. IV.
'Quid debeas o Roma Neronibus,
Testis Metaurum flumen, et Hasdrubal Devictus, et pulcher fugatis Ille dies Latio tenebris.'

[h] *Pari celeritate*] Nam die sexta post pugnam in castra rediit.

[i] *Quo ille viso*] Florus loco supra, l. II. c. 6. 'Certe Hannibal recognita,

vinci se fortuna[k] Carthaginis confessus. Ob hæc Livius triumphans,[l] Nero ovans, Urbem introierunt.

quis, sed Arntzenio ignotis.—4 *Quo viso, ille se vinci* Ed. pr. Tum *confessus est* Ald. Schott. Gaesb. Delph. Pitisc.—5 *Ob hoc* Ed. pr. quæ mox legit *Urbem ovans.*

NOTÆ

cum projectum fratris caput ad sua castra vidisset, Agnosco, inquit, infelicitatem Carthaginis.'

[k] *Fortuna*] Nota in malam partem: *Le malheur.*

[l] *Livius triumphans*] Quia in propria provincia rem gesserat.

CAP. XLIX.

P. CORNELIUS SCIPIO AFRICANUS.

ARGUMENTUM. Jovis filius creditur; patrem servat; juvenes Italiam deserere cupientes compescit; Carthaginem Novam capit; virginem pulcherrimam patri ac sponso restituit; Hasdrubalem Magonemque Hispania expellit; amicitiam cum Syphace conjungit; Masinissam in societatem recipit; in Africam classe trajicit; Hasdrubalis et Syphacis castra perrumpit; Hannibalem superat; repetundarum accusatur; in voluntarium exilium concedit; et moriens corpus suum Romam referri non vult P. Cornelius Scipio Africanus.

1. PUBLIUS SCIPIO ex virtutibus nominatus Africanus,[a] Jovis filius creditus:[b] nam antequam conciperetur, serpens[c] in lecto matris ejus apparuit; et ipsi parvulo draco circumfusus, nihil nocuit. 2. In Capitolium intempesta nocte[d] euntem nunquam canes latraverunt. 3. Nec hic

CAP. XLIX. 1 *Cognominatus* Ald. Schott. G. D. P. *agnominatus* alii. Mox *creditur* Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. Tò *ejus* in Ed. pr. desideratur.—2 Mss. ap. Schott. *nocte eunte latraverunt.* 'Hoc loco Aldus et Schottus cum plerisque aliis *eunti . . . allatraverunt* dederant, qua scriptura deceptus fuit etiam Vossius in Art. Gramm. VII. 39. eumque adeo hæc constructio offendit, ut putaret, fortasse *eunte* scripsisse Victorem. Hanc difficultatem sustulit Machaneus, reponens *eunti . . . latraverunt*, quod ferri posset, (vid. Heins. ad

NOTÆ

[a] *Ex virtutibus . . . Afric.*] A devicta Africa, Africanus.

[b] *Jovis filius creditus*] Vide Liv. l. XXVI. c. 19.

[c] *Serpens*] Quem genium Jovis esse putabant. Vid. Gell. lib. VII. c. 1. Valer. Max. lib. I. c. 3.

[d] *Intempesta nocte*] Jam alibi dictum est.

quicquam[e] prius cœpit, quam in cella Jovis[f] diutissime sedisset, quasi divinam mentem accepisset. 4. Decem et octo annorum patrem apud Ticinum[g] singulari virtute servavit. 5. Clade Cannensi, nobilissimos juvenes,[h] Italiam deserere cupientes, sua auctoritate compescuit. 6. Reliquias incolumes per media hostium castra Canusium[i] perduxit. 7. Viginti quatuor annorum[k] prætor in Hispaniam missus, Carthaginem,[l] qua die venit, cepit.[m] 8. Vir-

Ovid. Am. lib. II. El. 19. vs. 40.) si manu exaratis codd. niteretur; verum cum illi omnes, cum edd. Agrip. et Ven. *euntem latraverunt* præferant, ab his non erit discedendum; cum *latraverunt* idem erit quod *allatraverunt*, et quidem cum casu quarto.' *Arntzen.*—3 *In sella* Haun. *in cellam* Leid. 1. Pro *mentem* Leid. 2. et Haun. *legem.* Præterea *acciperet* Schott Gaesb. Delph. Pitisc. —4 *Ticinum fluvium* Ed. pr.—6 *Reliquos* Mss. apud Schott. et Haun.— 7 Τὸ *in* ante *Hispan.* omittit Ed. pr. *Carthaginem Novam* Schott. G. D.

NOTÆ

[e] *Nec hic quicquam*] Liv. XXVI. 19. 'Ex quo togam virilem sumsit, nullo die prius ullam publicam privatamque rem egit, quam in Capitolium iret, ingressusque ædem consideret, et plerumque tempus solus in secreto ibi tereret:' ubi 'ædem' vocat Livius, quam Noster 'cellam.'

[f] *In cella Jovis*] 'Ἐν Διὸς σηκοῖς Anacreon diceret: σηκὸς proprie *septum ovium;* sed quia apud veteres, simulacrum Dei, cui templum sacratum erat, in medio collocabatur, non autem ut hodie fit, in remotiori seu interiori ædium sacrarum parte; et quia ille locus paulo editior erat et undique circumseptus, ideo σηκὸν (quod per se nihil aliud est quam *septum ovium*) pro ea parte templi sumebant, in qua Dei simulacrum collocabatur, et hoc est quod 'cellam Jovis' vocat Victor. Deorum autem simulacra in medio templorum fuisse illud Virgilii satis probat: 'In foribus Divæ media testudine templi;' quo enim modo *in media testudine templi* fuisset Dido, si *in foribus Divæ?* Sed fores Divæ, hoc loco sunt fores τοῦ σηκοῦ, fores cellæ, loci nempe ejus in quo Divæ simulacrum. Inde etiam est quod alibi legas, 'In medio mihi Cæsar erit:' eo enim loco de templo struendo agitur. Sed res argumentis et exemplis non eget. Pater meus suis in Anacreontem notis.

[g] *Apud Ticinum*] Supra in Hannibale. Vide Liv. lib. XXI. c. 44.

[h] *Clade Cannensi, nobilissimos juvenes*] Sed Canusii erat Scipio, cum juvenes illos compescuit. Sic igitur ordinanda verba sunt, ut et optime Schottus et Machaneus monuere: *Clade Cannensi reliquias incolumes per media hostium castra Canusium perduxit. Nobilissimos juvenes Italiam deserere cupientes, sua auctoritate compescuit.* Vide Liv. lib. XXII. capp. 52. et 53. ubi reliquias non a Scipione, sed a Sempronio Tuditano perductas dicit.

[i] *Canusium*] Oppidum paulo infra Cannas, juxta Aufidum fluvium.

[k] *Viginti quatuor annorum*] Idem Livius lib. XXVI.

[l] *Carthaginem*] Ad maris interni littus.

[m] *Qua die venit, cepit*] 'Eodem

ginem pulcherrimam, ad cujus aspectum concurrebatur, ad se vetuit adduci,[n] patrique ejus ac sponso[o] restitui jussit. 9. Hasdrubalem Magonemque,[p] fratres Hannibalis, Hispania expulit. 10. Amicitiam cum Syphace, Maurorum rege,[q] conjunxit. 11. Masinissam[r] in societatem recepit. 12. Victor domum regressus, consul ante annos[s] factus, concedente collega, in Africam classem trajecit. Hasdrubalis et Syphacis[t] castra una nocte perrupit.[u] 13. Revocatum ex Italia Hannibalem[x] superavit. 14. Victis Carthaginiensibus leges imposuit. 15. Bello Antiochi legatus fratri[y] fuit: captum filium[z] gratis recepit. 16. A Petillio

P. cum libb. vett.—8 *Cujus conspectum* Colon. et Leid. 1. *accurrebatur* Mediol. et Machan. ed. Mox *noluit adduci* Ed. pr. 'Quatuor codd. et ed. Agripp. [et cod. d'Orvill.] *Patrique ejus sponsor astitit.* Gramm. *P. e. sponso. a.* optime tamen Boend. *Patrique ejus et sponso restituit:* quare ego quidem malim scribere, *Patrique ejus ac sponso restitui*, ut *jussit* (quod in nullis Mss. invenitur) abjiciatur.' *Arntz.*—9 *Hisp. dispulit* Ed. pr.—11 '*Masinissam, Maxinissam* [ut Ed. pr.], vel *Massinissam* scripti. *Masinissam* etiam Agripp. et optimæ edd. quod secuti sumus. Vide post alios multos Cort. ad Sall. Jug. c. 5. *In societate* tres codd.' *Arntz.*—12 *Classe trajecit* Ed. pr. Ald. Schott. G. D. P.—13 *Hannibalis et Syph.* quidam codd. ap. Schott. et mox *prorupit* vel *prærupit*, pro *perrupit.*—14 *Legem imposuit* Ed. pr.—16 *A Petilio Ateio* Ed. pr. *A Pe-*

NOTÆ

quo obsessa est die, capta est.' Florus. Vid. Liv. lib. XXVI.

[n] *Virginem pulcherrimam . . . ad se vetuit adduci*] Immo ad eum adducta. Liv. l. XXVI. c. 50. 'Captiva deinde a militibus adducitur ad eum adulta virgo, adeo eximia forma, ut quacumque incedebat, converteret omnium oculos. Scipio percunctatus patriam, parentesque,' &c.

[o] *Sponso*] Cui Allucio nomen erat, Celtiberorum principi. Liv.

[p] *Hasdrubalem Magonemque*] Hasdrubalem fugavit, Magonem cepit, A. U. C. 546.

[q] *Syphace, Maurorum rege*] Ejus Numidiæ partis rex erat, ubi Masæsyli Mauris affines degunt. Vide Liv. lib. XXVIII. cap. 17.

[r] *Masinissam*] Galæ Numidarum regis filium.

[s] *Consul ante annos*] Consularis annus erat XLIII. vel certe XLII. quem satis erat attigisse. Ante annos igitur consul fuit Scipio, quia vix tunc ad trigesimum annum pervenerat.

[t] *Hasdrubalis et Syphacis*] Cave hunc Hasdrubalem cogites Hannibalis fratrem; nam eum supra capite truncatum vidimus. Hic alius Hasdrubal, qui, post initum a Syphace fœdus cum Scipione, ejusdem Syphacis animum, Sophonisba filia ei in matrimonium data, a Scipione alienavit, ejusque amicitiæ per legatos renuntiare coëgit.

[u] *Una nocte perrupit*] Vid. Liv. lib. XXX.

[x] *Revocatum ex Italia Hannibalem*] Vide supra in Hannibale.

[y] *Bello Antiochi legatus fratri*] Pub. Cornel. Scipio Africanus fratris sui L. Cornelii Scipionis Asiatici, cui bellum Syriacum mandatum, legatus es-

Actæo [a] tribuno plebis repetundarum accusatus,[b] librum rationum [c] in conspectu populi scidit: Hac die, inquit,[d] Carthaginem vici: Quasi bonum factum,[e] in Capitolium eamus, et Diis supplicemus. 17. Inde in voluntarium exilium [f] concessit, ubi reliquam egit ætatem. 18. Moriens [g] ab uxore petiit, ne corpus suum Romam referretur.[h]

tilio Acteo Ald. Habent Schott. G. D. P. *A Petilliis ac Nævio.* Vide conject. Delph. Paris. *a Petilio Alteio.* Vascosan. *a Petilio Teo.* 'Latere mendum certum est, quod vel ex varietate scripturæ patet. *Accio, Actio, Atejo, Attio, Achio* legunt Mss. *Altejo* edd. Agripp. et Ven. *Actæo* Ald. et reliqui. Fortasse latet cognomen Petilii aliquod, sed in hisce aliquid sine ope melioris cod. tentare, esset bonas horas perdere. *Tribuno* etiam Mss. omnes.' *Arntz.* '*Quasi bonum factum.* In Mss. compendio scriptum erat *quam*, quod forte valet 'quoniam:' alter codex *quare.*' Schott. *Quasi* del. Schott. G. D. P.

NOTÆ

se voluit. Florus lib. II. c. 8. 'Tum consule Scipione, cui frater, ille modo victor Carthaginis Africanus, voluntaria legatione aderat.'

[z] *Captum filium*] Et hoc postea ei quasi crimen inimici objecere.

[a] *A Petillio Actæo* [*A Petilliis ac Nævio*] A. U. 566. Liv. lib. XXXVIII. c. 50. 'P. Scipioni Africano, ut Valerius Antias auctor est, duo Q. Petillii diem dixerunt.' Et deinde cap. 56. 'Non de accusatore convenit. Alii Nævium, alii Petillios diem dixisse scribunt.' Quare forte scripserat Victor 'A Petiliis an Nævio.'

[b] *Repetundarum accusatus*] Repetundarum accusari dicebatur is, a quo socii pecunias sibi contra leges ereptas repetebant.

[c] *Librum rationum*] Livius hoc in senatu, non in conspectu populi, a Scipione factum dicit lib. XXXVIII. cap. 55.

[d] *Hac die, inquit*] Hæc dixit Scipio, cum citatus reus ad rostra subiisset. 'Hoc,' inquit, 'die, tribuni plebis, vosque Quirites, cum Hannibale et Carthaginiensibus signis collatis in Africa bene ac feliciter pugnavi. Ego hinc extemplo in Capitolium ad Jovem Opt. Max. Junonemque et Minervam, ceterosque Deos qui Capitolio atque arci præsident, salutandos ibo,' &c. Vide Liv. cap. 51.

[e] *Bonum factum*] Bene precantis formula.

[f] *In voluntarium exilium*] Liternum littoralem urbem Campaniæ concessit.

[g] *Moriens*] A. U. C. 569.

[h] *Romam referretur*] Eum tamen quidam Romæ mortuum credidere. Et incertum ubi mortuus sit ait Liv. lib. XXXVIII. 'Non de anno,' inquit, 'quo mortuus sit: non ubi mortuus, aut elatus sit: alii Romæ, alii Literni, et mortuum et sepultum: utrobique monumenta ostenduntur, et statuæ. Namque et Literni monumentum, monumentoque statua superimposita fuit; quam tempestate disjectam nuper vidimus: et Romæ extra portam Capenam, in Scipionum monumento tres statuæ sunt; quarum duæ Pub. et L. Scipionum dicuntur esse, tertia poëtæ Q. Ennii.' Sane illi Q. Ennius epitaphium posuit: 'Hic est ille situs, cui nemo, civi' neque hostis Quivit pro factis reddere operæ pretium.'

CAP. L.

M. LIVIUS SALINATOR.

Argumentum. De Illyriis consul triumphat; peculatus reus condemnatur; cum collega Claudio Nerone inimico suo iterum consul amicitiam jungit; Hasdrubale victo triumphat; tribus censor ærarias facit, et stipendio privat M. Livius Salinator.

1. Livius Salinator[a] primo consul[b] de Illyriis[c] triumphavit; deinde ex invidia peculatus reus,[d] ab omnibus tribubus, excepta Metia,[e] condemnatus. 2. Iterum cum Claudio Nerone inimico suo consul,[f] ne respublica discordia male administraretur, amicitiam cum eo junxit, et de Hasdrubale[g] triumphavit. 3. Censor[h] cum eodem collega omnes tribus, excepta Metia, ærarias fecit,[i] stipen-

Cap. L. 1 Alii *de Illyricis*. Pro *deinde ex* unus, et alter *deinde ut* vel *et*. Quia in Mss. erat *tamen* conj. Schott. *tandem*, improb. Arntz.—2 *Injunxit* Ald. et libb. ante Schott. *conjunxit* Leid. 1. *Et de victo* (aut *devicto*) *Hasdrubale* Schott. G. D. P. *et victo Hasdrubale* alii.—3 *Stipendiis privavit* libb. vett.

NOTÆ

[a] *Salinator*] Sic dictus quod novum vectigal ex salaria annona statuerit. Liv. lib. xxix. cap. 37. Neque tamen novum fuit illud vectigal, quippe jam olim ab Anco Martio institutum. Sed explosis regibus sublatum fuerat, et nunc a Salinatore restitutum, quasi novum videbatur.

[b] *Primo consul*] A. U. C. 534.

[c] *De Illyriis*] Illyrii sub extremis Alpium radicibus, inter Arsiam Titiumque flumen, per totum Adriani maris littus effusi; iis imperabat Demetrius Pharius.

[d] *Peculatus reus*] Qui ex pecunia sacrâ, religiosa vel publica aliquid abstulerat, is peculatus reus dicebatur. 'Peculatus,' autem ut ait Festus, 'furtum publicum dici cœptum est a pecore, quia ab eo initium ejus fraudis esse cœpit; siquidem ante æs aut argentum signatum ob delicta pœna gravissima erat duarum ovium et triginta boum.'

[e] *Metia*] Liv. 'Mœciam' vocat, et Festus 'Mœcia tribus a quodam Castro sic appellata.'

[f] *Cum Claudio Nerone . . . consul*] A. U. C. 546.

[g] *De* [*devicto*] *Asdrubale*] Vide supra in Claudio Nerone.

[h] *Censor*] Liv. lib. xxix. cap. 37. 'Deinde M. Livius' (Salinator) 'in ærarium venit, et præter Mœciam tribum, quæ se nec condemnasset, neque condemnatum aut consulem aut censorem fecisset, populum Rom. omnem, quatuor et triginta tribus, ærarias reliquit; quod et innocentem se condemnassent, et condemnatum consulem et censorem fecissent; neque infitiari possent, aut judicio semel, aut comitiis bis ab se peccatum esse.'

[i] *Ærarias fecit*] Ærarium aliquem facere vel relinquere dicebatur censor, cum eum referebat in numerum capite censorum, ut pro capite statutam pecuniam solveret.

dio privavit, eo crimine, quod aut prius se injuste condemnassent, aut postea tantos honores non recte tribuissent.

' *Eo crimine.* H. e. criminatione, *beschuldigung:* quare non opus est ex mente Artnzenii emendare *nomine*, pro 'eam ob causam.'' *Harl. Condemnasset . . . tribuisset* Ed. pr.

CAP. LI.

T. QUINTUS FLAMINIUS.

ARGUMENTUM. Macedoniam consul sortitur; Philippum regem fundit, castrisque exuit; Græcos liberos pronuntiat; ad Prusiam, Hannibalem repetiturus, mittitur Quintus Flaminius.

1. QUINTUS FLAMINIUS, Flaminii,[a] qui apud Trasimenum periit, filius, consul [b] Macedoniam sortitus, ducibus Charopæ principis [c] pastoribus, provinciam ingressus, regem Philippum prælio fudit,[d] castris exuit. 2. Filium ejus Demetrium obsidem accepit; quem, pecunia multatum,[e] in regnum restituit. 3. A Nabide [f] quoque Lacedæ-

CAP. LI. 1 *Titus Quintius Flamininus* [*Flaminii . . . filius*] Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. 'Quæ parenthesi inclusi non huc pertinent, adeoque inculcata esse ab aliquo credo. Si id non impetro, non possum ab errore vindicare auctorem. *Flamininus* enim, &c. [Vide Not. Delph.] Hoc amplius, quidam codex male Q. prænomen ascripserat, officiose nimis, cum *Caii* fuerit ejus, qui ad Trasimenum interfectus est. Plutarchus etiam ubique corrupte Φλαμίνιον vocat, nisi operarum error.' *Schott. Carpe* Ed. pr. *Charopis* Ald. et Gryph. *Caropis* Schott. G. D. P. *Charopæ* Mss. ap. Schott. (et sic edd. Agripp. Ven. et Mach.), *Charopes, Carope.* Tum *expugnavit* in Boend. a m. pr. pro *prælio fudit.* —2 *Mulcatum* Schottus jussit scribere; et sunt qui ubique ita exarandum esse contendunt. '*Multatum* cum aliis retinuit Arntz. copiosus de hoc verbo, qui post alios monuit, 'mulcare' esse, qui privato consilio aliquem male tractet; 'multare,' si a magistratibus imponatur: *mulctatum* edidit Gruner.' *Harl.*—3 *A Nabidi quoque Macedonii* Ed. pr. *A Nabidi* etiam quatuor scripti

NOTÆ

[a] *Flaminii*] Vel hæc a Victore non sunt, vel si sunt, in iis certe insigniter erravit. Flamininus enim de quo hic agitur e gente Quintia patricia fuit, cujus Flaminini cognomen est. C. vero Flaminius e Flaminia plebeia. *Schottus.*

[b] *Consul*] A. U. C. 555. decimo sexto post inceptum bellum. Vide Flor. lib. II. c. 7.

[c] *Charopæ* [*Charopis*] *principis*] Livius secunda inflexione *Charopus, Charopi.* Si locus mendo caret. Verum et sic recte *Charops, Charopis.* Χαρόπα Plutarch. et Polyb. Immo et sic melius; quicquid Schottus et alii.

[d] *Regem Philippum prælio fudit*] Vide Livium libb. XXXII. et XXXIII.

[e] *Multatum*] Restitue, inquit Schot-

monio filium obsidem accepit. 4. Liberos etiam Græcos[g] Nemeæ[h] per præconem pronuntiavit. 5. Legatus etiam ad Prusiam, ut Hannibalem repeteret, missus.[i]

ap. Arntz.—4 'Longe aliter scripti libri: *Ludos Junonis Samiæ;* alii *Junoni Samiæ.* Mediol. *Liberos esse Græcos.* Unde amicus quidam meus faciebat *Ludos Junoni Samiæ, liberos etiam Græcos Nemeæ per præconem pronuntiavit.*' Schott. '*Lib. etiam Græcos.* Ita cum Schotto recepi, quod tantum in quibusdam reperi antiquis editt., inter quas non incommodius, *Liberos esse Græcos* legit illa Machanei: ceterum scripti, Ed. Agrip. et Ven. *Ludos Junoni Samiæ per.* Porro *pronunciavit* male in *nunciavit* mutat Leid. 2. et Haun. nec melius alii *prænunciavit.*' Arntz. Ed. pr. *Junonia Samiæ.*—5 *Missus est* Ed. pr. Vide Not. Delph.

NOTÆ

tus, *mulcatum*, quæ vox male apud Terent. Cic. Liv. et alios in *multatum* mutata est. 'Multare' quidem et 'mulcare' non idem sunt: illud de pœna pecuniaria, istud de verberibus; illud a Sabinis ortum, istud a mulcendo deducitur. Sed et 'mulcare aliquem pecunia' venustius dicitur; nam et 'tangere aliquem pecunia' apud comicos reperias.

[f] *Nabide*] Lacedæmoniorum tyranno.

[g] *Liberos etiam Græcos*] Vide Florum lib. II. c. 7. et Liv. lib. XXXIII. c. 32.

[h] *Nemeæ*] In Peloponneso prope Argos.

[i] *Missus*] In Mss. sequebatur: *Idem postea proconsul Philippum bellum renovantem, et cum eo Thracas, Macedonas, Illyrios, multasque gentes partium ipsius bello subegit.* Quæ cum prioribus gemina esse videntur. *Schott.*

CAP. LII.

M. FULVIUS NOBILIOR.

ARGUMENTUM. Hispanos prætor superat, et ovans Urbem introit; Ætolos Ambraciotasque victos in deditionem accipit, et triumphat M. Fulvius Nobilior.

1. MARCUS FULVIUS NOBILIOR consul Oretanos supera-

CAP. LII. 1 *Quintus Fulvius* Ed. pr. Ald. Præterea Ed. pr. *consul etholos Orithynos . . . introiit. Canatheos.* Ald. *Consul Etolos Ambraciotasque . . . introiit. Consul Achæos.* Habent Schott. G. D. P. *Nobilior prætor Hispanos . . . Consul Ætolos Ambraciotasque.* '*Marcus . . . introiit.* In codd. Mss. mira est varietas; et diversæ sunt criticorum opiniones. Schottus edidit, *Prætor*

NOTÆ

[a] *Consul Oretanos* [*Prætor Hispanos*] *superavit*] Liv. lib. XXXVI. c. 21. 'Per eosdem dies et M. Fulvius Nobilior, qui biennio ante' (A. U. C. 560. ut ex Liv. conjicio) 'prætor in ulteriorem Hispaniam erat profectus, ovans Urbem est ingressus.'

vit:[a] unde ovans Urbem introiit. 2. Consul[b] Ætolos,[c] qui bello Macedonico interfuerant, post ad Antiochum defecerant, præliis frequentibus victos, et in Ambraciam oppidum coactos, in deditionem accepit; tamen signis[e] tabulisque pictis spoliavit: de quibus triumphavit.[f] 3. Quam victoriam, per se magnificam, Quintus Ennius,[g] amicus ejus, insigni laude celebravit.[h]

Hispanos superavit. Pighius tom. II. Ann. p. 284. *Prætor Vectores Oretanosque superavit.*' Harl. Vide Nott. Var.—2 *Romanis affuerant* pro *interfuerant* Schott. G. D. P. improb. Arntz. Mox τὸ *ad* del. Ed. pr. Tum *Ambrachium* Leid. 1. et Boend. *Ambraciam* Fran. et Leid. 2. '*Tamen signis.* Vulgati *tamen*, Mss. *tum* præferunt. Agrippinense exemplar *Tm.* unde *tantum* scribo: ex notis rursum natum mendum.' *Schott.* *Tum* malit Grut. et *tamen* Arntz. —3 *Quintius Ennius* Schott. G. D. P. *Marcus Enn.* Ald. prænomen omnino omittit Ed. pr. '*Marcus* Fran. et Boend. non agnoscit uterque Leid. et Haun. *Quintus* Gram. edit. Agripp. et Ven. ceteræ *Marcus.* Adde Eumenii Paneg. pro Rest. Schol. c. VII. § 3.' *Arntz.*

NOTÆ

[b] *Consul*] A. U. C. 564. Vide Flor. lib. II. cap. 9.

[c] *Ætolos*] Inter Ambracium et Corinthiacum sinum.

[e] *Signis*] Statuis. Ex Ambracia novem signa omnium Camœnarum ab eo Romam translata.

[f] *De quibus triumphavit*] Lege *Deque iis triumphavit.*

[g] *Quintus* [*Quinctius*] *Ennius*] Quem secum in Ætoliam duxerat. Cicer. Tuscul. I. 'Cato objecit ut probrum Marco Nobiliori, quod is in provinciam poëtas duxisset. Duxerat autem consul in Ætoliam, ut scimus, Ennium.'

[h] *Insigni laude celebravit*] Annal. lib. XV. cujus fragmenta quædam ad nos pervenere. In his 'Fulvius Nobilior stravit certamine crebro Aitolos.'

CAP. LIII.

L. SCIPIO ASIATICUS.

ARGUMENTUM. Antiochum Syriæ regem vincit; pecuniæ interceptæ reus in carcerem non ducitur, sed ignominiæ causa equo privatur L. Scipio Asiaticus.

1. SCIPIO ASIATICUS, frater Africani, infirmo corpore, tamen in Africa virtutis nomine a fratre laudatus, consul,[a]

CAP. LIII. 1 *Africano infirmus corpore* Ed. pr. Verba *a fratre* a Mss. ali-

Antiochum regem Syriæ, legato fratre,[b] apud Sipylum[c] montem, cum arcus hostium[d] pluvia hebetati fuissent, vicit, et regni relicti a patre parte privavit: hinc Asiaticus dictus. 2. Post reus pecuniæ interceptæ,[e] ne in carcerem duceretur, Gracchus pater,[f] tribunus plebis, intercessit. 3. M. Cato Censor equum ei ignominiæ causa ademit.[g]

quot ap. Schott. absunt. '*Legato. Regem sine Legato*, Fran. *Regem Syriæ sine Legato*, Leid. 2. *Regem Syriæ sm. Legato.* Haun. Forte reponendum *simul*.' Arntzenius. Mox *Siphylum* alii. *Sipillum* Fran. *Sepillum* Boend. Tum Mss. ap. Schott. *artus* pro *arcus*: et *relicti aperte* Ed. pr. Denique '*Asiaticus dictus*. Mss. plenius legunt, *Hic cum Boiorum gente conflixit, in quo prælio XX. hostium millia interemit* (alius *interfecit* habet). Sed vereor ne ad Scipionem Nasicam sit referendum qui cum Boiis pugnavit. Eadem autem ad verbum legas apud Orosium lib. IV. cap. 20.' *Schott.*—2 '*Gracchus pater*. *Pater* in nonnullis codd. exsulat, sed admittunt Gramm. et Fran. cum edd. Agripp. et Ven. Quod in sequentibus scripserat Schottus [cum Gaesb. D. P.] *Plebis, licet inimicus ejus*, tria ultima verba in nullis vel impressis vel scriptis inveni, contra quorum auctoritatem admittendum non fuit, quod sine damno etiam sententiæ abesse posset.' *Arntz.*

NOTÆ

[a] *A fratre laudatus, consul*] A. U. C. 563. et anno superiore consul fuerat Scipio Africanus.

[b] *Legato fratre*] Vide supra in Scipione Africano.

[c] *Sipylum*] In Caria, ad Mæandrum.

[d] *Cum arcus hostium*] Flor. lib. II. cap. 8. 'Sed hæc omnia præpedita magnitudine sua; ad hoc imbre, qui subito superfusus mira felicitate Persicos arcus corruperat; primum trepidatio, mox fuga, dehinc triumphus fuerunt.'

[e] *Post reus pecuniæ interceptæ*] A Petiliis accusatus. Vide Liv. lib. XXXVIII. capp. 57. et 58.

[f] *Gracchus pater*] Tib. Sempronius Gracchus, cui inimicitiæ cum P. Scipione intercedebant. Is, cum Scipio in vincula duceretur, juravit, 'Sibi inimicitias cum Scipionibus, quæ fuissent manere, nec se gratiæ quærendæ causa quicquam facere; sed in quem carcerem reges et imperatores hostium ducentem vidisset P. Africanum, in eum se fratrem ejus duci non passurum.'

[g] *Equum ... ademit*] In transvectione censores equum ignominiæ causa equitibus adimebant. Transvectio, vulgo *revue*.

CAP LIV.

ANTIOCHUS, REX SYRIÆ.

ARGUMENTUM. Romanis bellum infert; Græciam ejusque insulas occupat; in Eubœa elanguescit; inde excitatus Thermopylas occupat, sed ejectus in Asiam refugit; navali prælio superatur; Scipionis Africani filium captum patri remittit; cum L. Scipione confligit; vincitur; ultra Taurum relegatur; et a sodalibus occiditur Antiochus Syriæ rex.

1. ANTIOCHUS, Syriæ rex, nimia opum fiducia bellum Romanis intulit, specie Lysimachiæ [a] repetundæ, quam a majoribus suis [b] in Thracia conditam Romani possidebant: statimque Græciam insulasque ejus occupavit. In Eubœa [c] luxuria elanguit. 2. Adventu Acilii Glabrionis excitus, Thermopylas [d] occupavit: unde industria Marci Catonis [e] ejectus, in Asiam refugit. 3. Navali prælio, cui Hannibalem [f] præfecerat, a L. Æmilio Regillo superatus, filium Scipionis Africani, quem inter navigandum ceperat, patri remisit; qui ei, quasi pro reddenda gratia, suasit, ut ami-

CAP. LIV. 1 Al. *nimius.* Mox *spetie* Ed. pr. *in specie* et *in spem* Mss. ap. Schott. *in spem* Boend. et uterque Leid. *spe* Fran. 'corrupte,' ait Arntz. *Thracia quondam* pro *conditam* Ed. pr. cum scriptis et editis. Pro *Græciam* Fran. habet *Regiam;* Agripp. *Regiam insulam. In Euboia* Ed. pr.—2 *Attilii* Ald. Mox *excitatus* pro *excitus* Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. *exercitus*

NOTÆ

[a] *Lysimachiæ*] Juxta Propontida ad fauces isthmi quem Hellespontus ab Asia dividit.

[b] *A majoribus suis*] Florus lib. II. c. 8. 'Hic Lysimachiam urbem, in littore Thracio positam a majoribus suis, Antiochus ut hereditario jure reposcebat.' Condita fuit a rege Lysimacho.

[c] *In Eubœa*] 'Eubœam insulam continenti adhærentem tenui freto reciprocantibus aquis, Euripus abscidit. Hic ille, positis aureis sericisque tentoriis, sub ipso freti murmure, cum inter fluenta tibiis fidibusque concineret, collatis undique, quamvis per hiemem, rosis, ne non aliquo ducem agere videretur, virginum puerorumque delectus habebat.' Florus loco supra laudato. Vide Liv. lib. XXXVI. cap. 11.

[d] *Thermopylas*] Vide supra in M. Porcio Catone.

[e] *Marci Catonis*] Supra.

[f] *Navali prælio, cui Hannibalem*] Florus l. II. c. 8. Classis regia Polyxenidæ, Hannibalique commissa: nam rex prælium nec spectare poterat. Igitur duce Æmilio Regillo, adremigantibus Rhodiis tota laceratur. Hoc factum puto anno sequenti, postquam ad Thermopylas pugnatum est. Vide Liv. lib. XXXVII.

citiam Romanam peteret. 4. Antiochus, spreto consilio, apud Sipylum montem[g] cum L. Scipione conflixit. 5. Victus, et ultra Taurum montem relegatus, a sodalibus,[h] quos temulentus in convivio pulsaverat, occisus est.[i]

etiam ante Schott. legebatur. *Termophilas* Ed. pr.—3 '*Navali prælio.* Incisum hoc male in vulgatis interpungitur, leguntque *in Asiam refugit navali prælio:* neque enim hæc cum illis cohærere debent.' *Schott.* 'In codice Boend. est *bello*, quæ lectio est doctior, et ita ut altera lectio, eaque vulgata, *prælio*, glossa sit potius habenda: 'bellum' enim pro 'prœlio' sæpius dici, eaque vocc. in Mss. frequenter commutari, notissimum est, et ab Arntzenio copiosius illustratum.' *Harl.* *Æmil. Regulo* Ed. pr. Mox *τὸ quasi* in Schott. G. D. P. deest, et a glossa est judice Arntz. Tum *amicitiam Romanorum* Ed. pr. quæ mox legit *Sypilum.*—5 *Thaurum* et *temulenter* Ed. pr.

NOTÆ

[g] *Apud Sipylum montem*] Vide supra in L. Scipione Asiatico. Vide et Liv. lib. XXXVII. cap. 38. &c.

[h] *A sodalibus*] Sodales proprie de convivis. Cicero in Catone Majore, 'Epulabar modice cum sodalibus.' Et Catul. 'Mei sodales quærunt in trivio vocationes.' Græce σύσσιτοι dicuntur. Hinc 'Sussitia' erant apud Lacedæmonios a Lycurgo instituta, hoc est, comessationes et socialia convivia, teste Plutarcho et Strabone lib. X. *Schott.*

[i] *Occisus est*] Justinus concursu insularium occisum dicit, cum nocte templum Jovis Elymæi aggrederetur. Illum vide lib. XXXII. c. 11. Occisus fuit A. U. C. 567.

CAP. LV.

CN. MANLIUS VULSO.

ARGUMENTUM. Pisidis et Gallogræcis bellum infert Cn. Manlius. Centurionem, a quo stuprata fuerat, marito interficiendum tradit captiva, sed redemtione impetrata, regis Ortiagontis uxor.

1. CNÆUS MANLIUS VULSO [consul][a] missus ad ordinandam Scipionis Asiatici provinciam, cupidine triumphi bellum Pisidis[b] et Gallogræcis,[c] qui Antiocho affuerant,

CAP. LV. 1 *Volso* alii. *Vulso consul* sine uncis Schott. G. D. P. *Consul* ab Ed. pr. Ald. aliisque abest. Mox *ad ornandam* Leid. 2. Tum *cupiditate tr.* Ald. Schott. G. D. P. *cupidine triumphandi* Ed. pr. quæ mox habet

NOTÆ

[a] *Cn. Manlius Vulso [consul]*] Cum M. Fulvio Nobiliori, A. U. C. 564.

[b] *Pisidis*] Pisidæ Asiæ minoris populi supra Pamphyliam.

[c] *Gallogræcis*] Qui et Galatæ, in Asia minori ad Alim fluvium. Vide omnino Florum lib. II. cap. 11. Vide et Liv. lib. XXXVIII.

intulit. 2. His facile victis, inter captivos uxor regis Ortiagontis [d] centurioni cuidam in custodiam data: a quo vi stuprata, de injuria tacuit; et post, impetrata redemtione, marito adulterum [e] interficiendum tradidit.

Pisidiis cum Mss. ap. Schott. Leid. 1. et Boend. *Persicis* Haun.—2 *Orgiagontis* Ed. pr. *Orgiagontis* Schott. G. D. P. 'Nec in certa scriptura sibi constant Nostri. *Orgiaguntis* habet Boend. *Oriaguntis* Gramm. *Orientis* Haun. *Oriaguntis* Agripp. et Ven. *Ortragontis* Ald. et Gryph. quos secuti sunt multi. Adi Duk. ad Flor. I. 11. § 6.' *Arntz.* Mox *in custodia* Ed. pr. *Adult. centurionem* Ald. *adulterum* [*centurionem*] Schott. G. D. P.

NOTÆ

[d] *Uxor regis Ortiagontis* [*Orgiagontis*] 'Ortiagontis reguli uxor forma eximia custodiebatur inter plures captivos, cui custodiæ centurio præerat, et libidinis et avaritiæ militaris.' Liv. XXXVIII. 24. Ea 'Chiomara' vocabatur.

[e] *Marito adulterum*] Immo avulsum caput ad maritum suum retulit. Vide Florum, præsertim Livium loco supra.

CAP. LVI.

L. ÆMILIUS PAULLUS MACEDONICUS.

ARGUMENTUM. De Liguribus triumphat; Persen regem capit; victum flet; assidere sibi jubet et in triumphum ducit; duos filios amittit; Circensibus veste triumphali utitur; sed post mortem uxori dotem exsolvere non potest L. Paullus Æmilius.

1. LUCIUS PAULLUS ÆMILIUS, filius ejus, qui apud Cannas cecidit, primo consulatu [a] quem post tres repulsas adeptus erat, de Liguribus [b] triumphavit. 2. Rerum ges-

CAP. LVI. 1 *Lutius Æmilius Pauli filius* Ed. pr. '*Adeptus erat. Egerat* Mss. Nihil tamen demuto.' *Schott.* 'Nulla est ratio, cur hic ut infra cap. 61. *ægre adeptus erat* scribamus cum Pighio tom. II. Ann. pag. 325. quod unde hauserit nisi ex ingenio ignorare me fateor, vel ex eo, quod *egerat* in aliis esse testetur Schottus, unde facile negotio *ægre* refingi posset. Attamen hoc si verum esset, tunc *adeptus erat* foret omittendum, ut in Schotti Mss. Nostri vel edd. vel scripti nili quidquam variant.' *Arntz.*—2 *In tabu-*

NOTÆ

[a] *Primo consulatu*] A. U. C. 571. collega Cnæo Bæbio Tamphilo. Sed tunc de Liguribus non triumphavit, sed anno sequenti proconsul.

[b] *Liguribus*] De iis alibi.

tarum ordinem in tabula pictum publice posuit. 3. Iterum consul[c] Persen, Philippi filium, regem Macedonum, apud Samothracas[d] cepit; quem victum flevit, et assidere sibi jussit:[e] tamen in triumphum duxit. 4. In hac lætitia duos filios[f] amisit: et progressus ad populum, gratias fortunæ egit, quod, si quid adversi reipublicæ imminebat, sua esset calamitate decisum.[g] 5. Ob hæc omnia ei a populo et a senatu concessum est, ut ludis Circensibus[h] triumphali veste uteretur. 6. Ob hujus licentiam[i] et paupertatem, post mortem ejus dos uxori, nisi venditis possessionibus, non potuit exsolvi.

lam Fran. Mox *proposuit* malit Schott.—3 'Alii *Perseum*, quod male factum est; alii *Persam*, quod defendit Heinsius ad Vell. Pat. I. 9. 4.; alii *Persen* scribendum putarunt: vide quoque Arntzen. De hoc autem bello et splendido Paulli ex eo triumpho, vide Liv. libb. XLIV. XLV. Vell. Pat. l. c. Flor. II. 12. &c.' *Harl.* *Persem* Ald. '*Apud Samothracas.* Parisinus non numero multitudinis legit *Samothracam*. Mss. partim *Samothracas Deos cepit*, partim *Samothracas decepit* præferunt.' *Schott.* Tum relativum *quem* abest in Mss. ap. Schott. et in Schott. G. D. P. *quem victum* Mach. et Ald.—4 Ms. unus eximie (judice Schott.) *sua calamitate erat depulsum.*—5 *Omnia et a pop.* Ald. *omnia a populo*, omisso τῷ *ei*, Ed. pr.—6 *Ob hujus continentiam* Schott. G. D. P. Cum lectio *licentiam* Colinæum offendisset, in *abstinentiam* mutavit. *Continentiam* si voluerint Mss. præferet Arntz.

NOTÆ

[c] *Iterum consul*] A. U. C. 585. Collega C. Licinius Crassus. Vide Florum lib. II. cap. 12. et Liv. lib. XL.

[d] *Samothracas*] Samothracia insula in summo mari Ægeo Thraciæ opposita.

[e] *Assidere sibi jussit*] Florus: 'Sed nec reverentior captæ majestatis alius Paullo fuit. Cum in conspectum venisset hostis, in sellam recepit, et conviviis adhibuit, liberosque admonuit suos, ut fortunam, cui tantum liceret, reverentur.'

[f] *Duos filios*] Quorum alter quinque diebus ante triumphum, alter post triumphum tribus mortuus est.

[g] *Decisum*] 'Decidere' est verbum juris quod significat 'transigere,' 'dirimere.'

[h] *Ludis Circensibus*] De quibus alibi.

[i] *Ob hujus* [*licentiam*] *continentiam*] Sic optime e Mss. reposuit Schottus. Male antea legebatur *ob hujus licentiam*, quæ lectio plane inepta. 'Continentia' et 'abstinentia,' idem, nempe vis avaritiam et libidinem coërcendi. Cic. Epist. ad Q. Frat. lib. I. 'Quid est negotii continere eos quibus præsis, si te ipsum contineas?' *Schott.*

CAP. LVII.

TIB. SEMPRONIUS GRACCHUS.

Argumentum. Scipionem Asiaticum inimicum in carcerem duci non patitur; Galliam, Hispaniam, Sardiniam domat; libertinos in urbanas tribus dividit; et anguem marem domino interitum, si occideretur, portendentem interfici jubet Tib. Sempronius Gracchus.

1. Tiberius Sempronius Gracchus, nobilissima familia ortus, Scipionem Asiaticum, quamvis inimicum, duci in carcerem [a] non est passus. 2. Prætor Galliam [b] domuit, consul Hispaniam; altero consulatu Sardiniam: tantumque captivorum adduxit, ut longa venditione res in proverbium veniret: *Sardi venales.*[c] 3. Censor libertinos, qui rusticas tribus [d] * occuparant, in quatuor urbanas divisit:

Cap. lvii. 1 *Titus Sempronius* Ald. Tum *non est passus* Schott. G. D. P. —2 Ante Schott. legebatur *tantumque numerum capt.* Præterea *Sardinales* Ed. pr.—3 * *Qui ... occuparent.* *Occuparent* repone ex veteribus libris, nisi *quod*

NOTÆ

[a] *Duci in carcerem*] Vide supra in Scipione Asiatico.

[b] *Prætor Galliam*] Nescio quos hic auctores Victor secutus sit. Neque enim invenias Gracchum in Gallia rem gessisse, neque consulem Hispaniam obtinuisse. Sed en tibi quæ Gracchus gessit. A. U. C. 574. Celtiberos in Hispania prætor aliquot præliis vicit, multas urbes cepit, et omnem Celtiberiam domuit. A. 576. consul in Sardinia hostes fudit, castrisque exuit: eosdem iterum anno sequenti proconsul devicit, iisque pacem concessit, et Romam reversus anno post triumphans Urbem ingressus est. Idem iterum consul an. 590. quo eum Sardiniam rebellantem subegisse suspicor. Graviter ergo Noster lapsus est, neque medicinam facere licet, eum ea scriptura et in Mss. et in editis adeo constans sit. Tentabat tamen Schott. *Prætor Hispaniam obtinuit, et altero consulatu Sardiniam, quam primum consul domuerat, tantumque captivorum adduxerat:* vel pro *Galliam* affini voce *Gallæciam obtinuit:* quod in *Galliam* postea depravatum.

[c] *Sardi venales*] Vide Plutarch. in Problem. Vide et Fest. Pomp. Nam ii de hoc alia referunt. Sed verius puto Noster.

[d] *Censor libertinos, qui rusticas tribus*] Ex Livio tamen lib. xlv. cap. 15. apparet libertinos, qui jam inde usque a Servio Tullio rege in quatuor tribus urbanas conjecti fuerant, et postea, cum sese in omnes tribus diffunderent, iterum in easdem quatuor a C. Flaminio et L. Æmilio censoribus redacti, nunc a Tib. Sempronio Graccho in unam urbanam, Esquilinam scilicet, fuisse conjectos. Verum et auctori nostro favere videtur Cicero de Oratore, lib. i. sect. 9. 'Sed ut reliqua prætermittam, omnium mihi videor, exceptis, Crasse, vo-

ob quod[f] a populo collega ejus Claudius [nam ipsum auctoritas tuebatur] reus factus; et cum eum duæ classes condemnassent, Tiberius juravit, se cum illo in exilium iturum: ita reus absolutus est. 4. Cum in domo Tiberii duo angues e geniali toro repsissent, responso dato, eum de dominis[g] periturum, cujus sexus anguis fuisset occisus, amore Corneliæ conjugis marem jussit interfici.

legere mavis.' *Schott.* *Popillio* pro *populo* malit Schott. *Factus est: et cum* Schott. G. D. P. nisi quod in Pitisci ed. exulat particula *et*. Mediol. *cum Claudium condemnassent*. In seqq. Leid. 1. non habet *in exilium:* et *absolutus est: et cum* legit Ald. *et cum e domo* Ed. pr.—4 *Thoro* Ed. pr. *toro serpsissent* libb. vett. Tum *de duobus* pro *de dominis* libb. vett. *de divinis* Fran.

NOTÆ

bis duobus, eloquentissimos audisse Ti. et C. Sempronios, quorum pater, homo prudens et gravis, haudquaquam eloquens, et sæpe alias, et maxime censor, saluti reipub. fuit, atque verbo libertinos in urbanas tribus transtulit: quod nisi fecisset, rempub. quam nunc vix tenemus, jamdiu nullam haberemus.'

[e] *Rusticas tribus*] Nam urbanæ minoris erant dignitatis quam rusticæ.

[f] *Ob quod*] Immo ob aliam causam; scilicet quod eorum censura tristis admodum atque aspera in recensendis equitibus fuerit. Sed vide omnino Liv. lib. XLIII. cap. 16.

[g] *De dominis*] Vel Tib. Gracchum vel Corneliam uxorem.

CAP. LVIII.

P. SCIPIO ÆMILIANUS.

ARGUMENTUM. Persen victum persequitur; provocatorem singulari prælio vincit; hostium muros ascendit; cohortes obsidione vallatas servat, et corona obsidionali donatur; ædilitatem petit; consul fit; Carthaginem delet; Numantiam fame vincit, et Numantinus dicitur; ob res gestas superbit; domi repente exanimis invenitur, et obvoluto capite effertur P. Scipio Æmilianus.

1. PUBLIUS SCIPIO ÆMILIANUS, Paulli Macedonici filius, a Scipione Africano[a] adoptatus, in Macedonia cum

CAP. LVIII. 1 'Ad veritatem historiæ aptius rectiusque scriptum est in cod. Leid. *Scipionis Africani filio*, aut in cod. Hann. et Dorvill. *a Scipione Africani filio.*' Harl. 'Leid. 2. hic legit *a Scipionis Africani filio;* et Hann. *a*

patre agens, victum Persen tam pertinaciter[b] persecutus est, ut media nocte in castra redierit. 2. Lucullo in Hispania legatus,[c] apud Intercatiam oppidum[d] provocatorem singulari prælio vicit. 3. Muros hostilis civitatis primus ascendit. 4. Tribunus in Africa sub M'. Manilio[e] imperatore, cohortes octo[f] obsidione vallatas consilio et virtute servavit, a quibus corona obsidionali aurea donatus. 5. Cum ædilita-

Scipione Africani filio. Leid. autem prior, *a Scipione Africano pro filio adoptatus.* Cod. d'Orvill. etiam *Scipione Africani filio*, quod non vitupero.' *Arntz.* *Sc. Africano filius adop.* Ed. pr. In seqq. alter Leid. *secutus est.*—2 *In Hispaniam* Leid. 1. Haun. et edd. Mach. et Ald. *In Hispaniam legato* Ed. pr. quæ in sequentibus legit *certamine superavit.*—3 *Muros hostiles* Ed. pr. ed. Agripp. et aliquot Mss. '*Ascendit.* Fere præferrem cod. Schott. *escendit*, quoniam res fuit ardua. Nubem virorum eruditorum, qui de illo verbo et confusione 'escendere' atque 'ascendere' disputarunt, excitavit Arntzen.' *Harl.*—4 'Quinque scripti, [Ed. pr.] et antiq. ed. *Tito Manlio.* Haun. [cum Mss. ap. Schott.] *Tito Mallio.* Primus Aldus eumque secuti Gryph. et alii edidere *Tito Manilio.*' Arntz. Parisin. et Colon. *Manlio.* Mediol. *cum Tito Manlio.* '*Aurea* abest ab edd. pr. [et ab Ald.] Grutero affirmante, quod verius est; sin vero id adjectivum scriptum fuit ab Aurelio Victore, hic erravit, uti supra c. 17. et 27. Corona enim obsidionalis fuerat graminea.' *Harl.*—

NOTÆ

[a] *A Scipione Africano*] Non patre, sed filio: Africanus enim major huic avus fuit, ex adoptione filii. Flor. lib. II. cap. 15. 'Hunc' (Scipionem) 'Paullo Macedonico procreatum, Africani illius magni filius, in decus gentis assumserat, hoc scilicet fato, ut quam urbem concusserat avus, nepos ejus everteret.' Et Liv. lib. XLIV. cap. 44. 'Pub. Scipio is erat, Africanus et ipse postea, deleta Carthagine, appellatus, naturalis consulis Paulli, adoptione Africani nepos.'

[b] *Victum Persen tam pertinaciter*] Septimum decimum tunc annum agens. Vide Liv. loco supra laudato.

[c] *Lucullo in Hispania legatus*] A. U. C. 602. Coss. L. Licinio Lucullo, A. Postumio Albino.

[d] *Apud Intercatiam oppidum*] Livii Epitom. XLVIII. 'P. Cornelius Africanus Scipio Æmilianus, L. Paulli filius, Africani nepos, sed adoptivus, provocatorem barbarum tribunus militum occidit: et in oppugnatione Intercatiæ urbis majus multo etiam periculum adiit; nam murum primus omnium transcendit.' Intercatia Vaccæorum oppidum.

[e] *Tribunus in Af. sub M'. Manilio*] Anno quo tertium bellum Punicum initum est, de quo Flor. lib. II. c. 15. tunc tribunum fuisse Scipionem declarat Cicer. in Somnio Scipionis, ubi ipsum sic loquentem inducit: 'Cum in Africam venissem M. Manilio consuli ad quartam legionem tribunus, ut scitis, militum,' &c.

[f] *Cohortes octo*] Hoc sic narrat Epitom. Liv. XLIX. 'Obsideri oppugnarique cœpta est Carthago ab L. Martio, Manio Manilio consulibus. In qua oppugnatione, cum neglectos ab una parte muros duo tribuni temere cum cohortibus irrupissent, et ab oppidanis graviter cæderentur, a Scipione Africano expliciti sunt; per quem et castellum Romanorum, quod

tem peteret, consul ante annos [g] ultro factus, Carthaginem intra sex menses delevit. 6. Numantiam in Hispania,[h] correcta prius militum disciplina,[i] fame vicit: hinc Numantinus. 7. Caio Lælio [k] plurimum usus: ad reges adeundos missus, duos secum,[l] præter eum, servos duxit. 8. Ob res gestas superbus, Gracchum jure cæsum [m] videri respondit:

6 *Correpta* pro *correcta* Ed. pr. cum aliis, improb. Arntz. *Numantinus dictus. Caio* Schott. G. D. P. 'Palatini non agnoscunt voculam *dictus*, neque admodum requiritur. At enim Mss. Schotti uno consensu, *Hic Numantinus Panætio Philosopho plurimum usus.* Adeo ut videatur rescribendum, *Hinc Numantinus. Panætio Philosopho plurimum usus.* Alludit huic scripturæ alter Palatinus, in quo et in [Haun. et Leid. 1.] *Hinc Numantinus, et eo plurimum, &c.* Certe *Lælius* heic intrusus est ab iis, qui non meminerant de Panætio unquam locutum Plinium, sæpius vero meminisse Lælii.' *Gruter.* '*Num. et C. Lælio eo;* Boend. ceteri *Num. C. Lælio plurimum:* et omnes edd. nisi quod *dictus* interponant, excepta Agrippin. Forte utriusque fecerat mentionem, ut scriptum fuerit *Panætio et Lælio plurimum.*' Arntz.—7 *Lelio* Ald. A lectione Mss. Schotti et a Vell. Paterc. I. 13. 3. fere suspicatur Harl. ab Aurelio Victore scriptum fuisse *præter Panætium* in sequentibus pro *præter eum.* —8 *Superbe* malit Schott. improb. Arntz. nec melius Fran. et Haun. *super-*

NOTÆ

nocte oppugnabant, paucis equitibus juvantibus liberatum est: castrorumque, quæ Carthaginienses omnibus copiis ab urbe pariter egressi oppugnabant, liberatorum is ipse præcipuam gloriam tulit.'

[g] *Consul ante annos*] A. U. C. 605. ætatis suæ XXXVIII.

[h] *Numantiam in Hispania*] Ad flumen Duriam sitam. Vide Flor. lib. II. cap. 18.

[i] *Correcta prius mil. disc.*] Quæ a Mancino corrupta fuerat. Vide Florum.

[k] *Caio Lælio*] In Mss. ut testantur viri doctissimi, scriptum *Panætio plurimum usus.* Mirum unde tam discrepans scriptura; sane utroque, et Panætio et Lælio familiariter usus Scipio. De Panætio Stoicorum principe testatur Cicero de Finib. lib. IV. 'Itaque homo,' inquit, 'in primis ingenuus et gravis, dignus illa familiaritate Scipionis et Lælii, Panætius.' Item alibi. Et Paterculus lib. I. cap. 13. 'Quippe Scipio tam elegans liberalium studiorum, omnisque doctrinæ et auctor et admirator fuit, ut Polybium Panætiumque, præcellentes ingenio viros, domi militiæque secum habuerit.' De Lælio quis ignorat, cum Cicero dialogum nomine 'Lælius' sive 'De Amicitia' scripserit, ubi Lælium cum aliis de amicitia disserentem inducit?

[l] *Ad reges adeundos missus, duos secum*] Quinque refert Athenæus lib. VI. Σκιπίων γοῦν ὁ Ἀφρικανὸς ἐπίκλην, ἐκπεμπόμενος ὑπὸ τῆς συγκλήτου ἐπὶ τὸ καταστήσασθαι τὰς κατὰ τὴν οἰκουμένην βασιλείας, ἵνα τοῖς προσήκουσιν ἐγχειρισθῶσιν, πέντε μόνους ἐπήγετο οἰκέτας, ὡς ἱστορεῖ Πολύβιος καὶ Ποσειδώνιος. *Scipio cognomento Africanus a senatu missus ad ordinanda et distribuenda regna ... quinque tantum servos duxit, ut refert Polybius et cum eo Posidonius.*

[m] *Gracchum jure cæsum*] Tiberium Gracchum intelligo, de quo vide Flor. lib. III. cap. 14.

obstrepente populo, Taceant, inquit, quibus Italia noverca,[n] non mater est; et addidit, Quos ego sub corona vendidi.[o] 9. Censor,[p] Mummio[q] collega segniore, in senatu ait, Utinam mihi collegam aut dedissetis, aut non dedissetis. 10. Suscepta agrariorum causa[r] domi repente exanimis inventus, obvoluto capite elatus, ne livor in ore appareret. 11. Hujus patrimonium tam exiguum fuit, ut XXXII. libras argenti,[s] duas et semilibram[t] auri reliquerit.

bum. Tum *jure occisum* Ald. cum scriptis aliquot ap. Schott. *Noverca est, non mater; et* Ald. *τὸ et* desideratur in Schott. G. D. P. quæ cum Ald. in sequentibus delent pronomen *ego*. '*Quos ego* uterque Leid. Boend. et Haun. (Gramm. enim verba *obstrepente* usque ad *vendidi* cum antiquissimis edd. omittit.) Particula *ego* magnam sæpe orationi addit energiam, quam passim neglexerunt librarii.' *Arntz.*—9 Lectio antiq. *censore Nummio collega.* '*Numio* Boend. *Nummio* Agripp. *Munio* Leid. 2. *Mumio* Leid. 1.' *Arntz.*—10 *Elatus est ne* Schott. G. D. P. Tum *levior more* pro *livor in ore* ante Arntz. legebatur.—11 *Exiguum ut XXII.* Ed. pr. *XXII.* etiam quatuor codd. ap. Arntz. '*Argenti, duas et semilibram auri.* Mss. hic variant: *XXXII. libras, et semis libram auri.* alii, *XXXIII. libras et selibram auri*, in quibus hæ voces, *argenti duas*, superfluunt. Plinius tamen 'librarum argenti' meminit Nat. Hist. XXXIII. 11.' *Schott.* *Selibram* Schott. G. D. P. Tum Mediolan. *relinqueret*.

NOTÆ

[n] *Quibus Italia noverca*] Ergo peregrini sunt, non Romani, non Itali.

[o] *Quos ego sub* [*Quos sub*] *corona vendidi*] Itaque non sunt Romani; sed captivi, sed servi. Vide Gellium lib. VII. cap. 4. Servi venales coronam gestabant.

[p] *Censor*] A. U. C. 611.

[q] *Mummio*] L. Mummio Achaico.

[r] *Suscepta agrariorum causa*] Per agrarios, Fulvium Flaccum, C. Gracchum, et C. Carbonem intellige, qui leges agrarias ferebant, ut agri, a privatis occupati, plebi dividerentur. Contra hos causam suscepit Scipio, qui, cum pridie fortis ac validus domum se recepisset, mortuus in cubiculo inventus est; suspecta fuit, tanquam ei venenum dedisset Sempronia uxor, hinc maxime quod soror esset Gracchorum, cum quibus simultas Africano fuerat.

[s] *XXXII. libras argenti*] Quæ trecentos et viginti circiter nummos nostros argenteos efficiunt.

[t] *Duas et semilibram* [*selibram*] Libra auri valet nummos nostros circiter 112. cum dimidio. Duæ igitur et selibra efficiunt numm. 281.

CAP. LIX.

A. HOSTILIUS MANCINUS.

ARGUMENTUM. Avibus vetantibus adversus Numantinos proficiscitur; cæditur; in hostium leges fœdus consul percutit; fœdere per senatum improbato hostibus deditur, sed non recipitur; et postea præturam consequitur, A. Hostilius Mancinus.

1. AULUS HOSTILIUS MANCINUS prætor[a] adversum Numantinos, vetantibus avibus, et nescio qua voce[b] revocante profectus, cum ad Numantiam venisset, exercitum Pompeii[c] acceptum prius corrigere decrevit, et solitudinem petiit. 2. Eo die Numantini[d] forte solenni nuptu filias locabant: et unam speciosam duobus competentibus, pater puellæ conditionem tulit, ut ei illa nuberet, qui hostis dextram retulisset. 3. Profecti juvenes, abscessum Romanorum[e] in modum fugæ properantium cognoscunt: rem ad suos referunt. 4. Illi statim quatuor millibus[f] suorum viginti millia Romanorum ceciderunt. 5. Mancinus, auctore Tiberio Graccho,[g] quæstore suo, in leges hostium fœ-

CAP. LIX. 1 *Caius Host.* Schott. G. D. P. rectius, judice Harl. *Tullus Host.* Ed. pr. Boend. *Tullius Host.* Haun. uterque Leid. *Consul adversum* Schott. G. D. P. Mox eæd. *Popilii* pro *Pompeii:* al. *Pompilii.* Vid. Nott. Var. In seqq. *decrevit: inde* Schott. G. D. P.—2 '*Nuptu.* Vox *puellæ* abest in Mss. et *Nuptum* nonnemo legit.' *Schott.* Vid. Not. Delph. *Nuptui* Pall. et quatuor codd. ap. Arntz. *solenniis nuptiis* Haun. Mox in Fran. est *sponsam* pro *speciosam;* et in Leid. 2. Haun. *appetentibus* pro *compet.* Denique *attulisset* pro *ret.* Ed. pr. Ald.—3 *Obcessum Roman.* Ed. pr. Tum Mss. ap. Schott. *et ad suos deferunt.* Ed. pr. *ad suos illi referunt: statim.*—4 Tò *suorum* abest ab Ald. et ab edd. ante Gruter. Præterea *viginti tria* Ed. pr. quæ cum Haun. et Leid. 2. *occiderunt.*—5 Tῷ *suo* post *quæstore* carent Ed. pr. et Ald. '*Deditus*

NOTÆ

[a] *Prætor* [*consul*] A. U. C. 616.

[b] *Et nescio qua voce*] Quæ in portu Herculis ei audita est dicens, 'Mancine mane.'

[c] *Pompeii* [*Popilii*] M. Popilii Lænatis, qui superiori anno proconsul a Numantinis fusus fugatusque fuerat.

[d] *Eo die Numantini*] Ex Mss. Gruter. *Eo die Numantinis forte solenni, nuptum filias locabant.* Sed recepta lectio magis placet. Et omnia plana. 'Eo die,' inquit, 'forte solenni Numantini nuptu filias locabant.' *Nuptu* autem pro 'nuptui.'

[e] *Abscessum Romanorum*] Quia Mancinus solitudinem petebat, supra.

[f] *Quatuor millibus*] In al. edit. *Quatuor millibus suorum.* Bene.

[g] *Auctore Tib. Graccho*] Vide infra in Tib. Graccho.

dus percussit: quo per senatum improbato, Mancinus Numantinis deditus,[h] nec receptus, augurio in castra deductus:[i] præturam postea consecutus est.[k]

nec receptus. Mss. aliter: *redditus nec repetitus a genero in castra ductus.* Sed recte legitur.' *Schott.* '*A genero* etiam Leid. 1. *Augurio a genero* Fran. forte ex illo more librariorum, quod variantes lectiones bis ponant. *Deditus, a genero receptus, augurio* Hauu.' *Arntz.*

NOTÆ

[h] *Mancinus Numantinis deditus*] De hoc more supra in Spurio Postumio.

[i] *Augurio in castra deductus*] Mancinus hostibus deditus, neque ab iis receptus, suis etiam desertus, castra repetere non audebat; sed tandem favente augurio in ea deductus est.

[k] *Præturam postea consecutus est*] At quomodo præturam qui consul fuerat? hic facile solvi lis potest, nam aliquot exemplis patet consulares viros probri causa ordine motos præturam alteram gessisse; ut iterum omnes honorum gradus implendo, ad alterum quasi novum consulatum pervenirent. Et sic non iidem omnino, sed alii fere et novi homines viderentur; sed infra in Metello Pio non ita te facile expedias, de quo Victor, 'Adolescens,' inquit, 'petitione præturæ et pontificatus consularibus prælatus est.' Vides consulares in petitione præturæ. Quid igitur an hic vocem *præturæ* suspectam habeamus? at eam et Mss. omn. et edd. constanter agnoscunt. Videant eruditi; neque enim satis mihi perspecta est tota hæc magistratuum ratio, ut de ea quicquam pronuntiare audeam.

CAP. LX.

L. MUMMIUS ACHAICUS.

ARGUMENTUM. Adversus Corinthum missus, sed victoriam alieno labore quæsitam intercipit, Corinthum signis tabulisque spoliat, et illis totam Italiam replet consul L. Mummius Achaicus.

1. LUCIUS MUMMIUS, devicta Achaia,[a] Achaicus, adversus Corinthios missus, victoriam alieno labore quæsitam

CAP. LX. 1 *Luc. Nummius* edd. ante Schott. *Lutius Num.* Ed. pr. 'Vulg. *deleta Achaia*, synecdochice pro deletis Achaiæ copiis, seu profligato Achaiæ bello. Sed rectius fortasse *domita Achaia*, ut paullo post.' *Sylburg.* '*Dictus ab Achaia* Leid. 2. Post *Achaicus*, invitis Mss. et edd. absque ulla necessitate *consul* interposuerat Schottus.' *Arntzenius.* Gaesb.

NOTÆ

[a] *Achaia*] Proprie dicta in Peloponneso. De hoc bello vide Flor. lib. II. cap. 16.

intercepit. 2. Nam cum illos Metellus Macedonicus apud Heracleam[c] fudisset, et duce Critolao privasset; cum lictoribus et paucis equitibus in Metelli castra[d] properavit, et Corinthios apud Leucopetram[e] vicit duce Diæo,[f] qui domum refugit, eamque incendit: conjugem interfecit, et in ignem præcipitavit: ipse veneno interiit. 3. Mummius Corinthum signis tabulisque spoliavit; quibus cum totam replesset Italiam, in domum suam nihil contulit.

Delph. Pitisc. sequuntur Schott.—2 *Fudisset apud Eracleam* Ed. pr. '*Ad Leucopetram* e duobus codd. recepit Arntzen. et multorum veterum auctoritatibus firmavit: nec tamen negavit, *apud* [ut in omnibus aliis edd.] eodem sensu et multo frequentius adhiberi.' *Harl.* *Duce Canao* Ed. pr. *duce Dioneo* Ald. cum vulgatis ante Schott. *Clineo*, Parisin. In Mss. et edd. est *Dinao*, *Clinæo*, *Drumeo*, *Dioneo*, *Caucio*, teste Arntz. In sequentibus *et se in ignem* Ald. '*Ipse veneno interiit.* Sic emendo....' J. Grejonius professor Parisinus conjecerat, *accepto ipse veneno interiit.* Nec displicet.' *Schott.* Vid. Nott.Var. 'Olim legebatur *excepto ipso nemo interiit* [ut in Ald.], sed Schotti emendationem confirmant omnes nostri, nisi quod quinque *periit* habeant pro *interiit.*' Arntz.—3 *Rettulit* pro *contulit* Ed. pr. *intulit* Gramm. a m. sec.

NOTÆ

[c] *Heracleam*] Urbem Elidis supra Olympiam in Peloponneso.

[d] *In Metelli castra*] Florus: 'Sed, fata rerum! cum Metellus dimicasset, ad victoriam Mummius venit.'

[e] *Apud Leucopetram*] Sub isthmi faucibus, Corinthiacum inter et Saronicum sinum.

[f] *Diæo*] Διαιὸς Græcis dictus; hunc sibi post Critolaum Achæi prætorem elegerant. Pausan. in Achaicis Διαιὸς ὁ Κριτολάου διάδοχος· *Diæus Critolai successor.*

CAP. LXI.

Q. CÆCILIUS METELLUS MACEDONICUS.

ARGUMENTUM. Pseudophilippum prætor vincit; Achæos prælio fundit; Arbacos consul domat; cohortes loco pulsas locum recipere jubet; filios tres consulares, unum triumphantem videt; et illorum humeris ad sepulturam effertur Q. Cæcilius Metellus Macedonicus.

1. QUINTUS CÆCILIUS METELLUS a domita Macedonia Macedonicus, prætor[a] Pseudophilippum,[b] qui idem An-

CAP. LXI. 1 *Quintus Met. Cecilius* Ed. pr. et mox *Andriscas* eadem ed. *Anda-*

NOTÆ

[a] *Prætor*] A. U. C. 605. Male hunc consulem Florus lib. II. cap. 14. et

driscus dictus est, vicit. 2. Achæos bis[c] prælio fudit: triumphandos Mummio tradidit. 3. Invisus plebi ob nimiam severitatem; et ideo post duas repulsas consul[d] ægre factus, Arbacos[e] in Hispania domuit. 4. Apud Contrebiam[f] oppidum cohortes, loco pulsas, redire et locum recipere jussit. 5. Cum omnia proprio et subito consilio ageret, amico cuidam, quid acturus esset roganti: Tunicam, inquit, meam exurerem, si eam consilium meum scire existimarem. 6. Hic quatuor filiorum pater, supremo tempore humeris eorum ad sepulcrum latus est: ex quibus tres consulares,[g] unum etiam triumphantem vidit.

riscus vel *Andricus* Mss. ap. Schott. Τὸ *vicit* non habet Ed. pr.—2 *Mumio* Ed. pr. Ald.—3 *Nimium severitatis* Ed. pr. *et ideo tertio post* Ald. cum Mss. ap. Schott. *Arbachos* Ald. cum vulgatis ante Schott. qui restituendum putat *Arevacos*, et apud quem Mss. *Arbactos*.—4 *Correbiam* Ed. pr. ' *Corebiam* Boend. *Cotebriam* Fran. *Chorebriam* Leid. 1. *Contream* Leid. 2. *Celebriam* Gramm. *Corembiam* Hann. *Cethebriam* Ed. Agripp. Reliquæ *Cantabriæ*. Ego eruditiorum secutus sum judicium, ut Sigonii ad Liv. XL. 33. et Vossii ad Vell. II. 5. § 2.' *Arntz*. In seqq. *jussit, et cum* Ed. pr.—5 Alii *propero* pro *proprio*. Tum Ms. ap. Schott. *exuerem*.—6 *Elatus est* Schott. G. D. P. *Tres consuleis* Ald. et vulgati ante Schott.

NOTÆ

hinc firmabis quæ apud illum diximus.

[b] *Pseudophilippum*] Falsum Philippum; ψευδὸς, *falsus*.

[c] *Bis*] Immo semel ad Heracleam. Flor. ' Et uno prælio peractum erat bellum.'

[d] *Consul*] A. U. C. 610.

[e] *Arbacos*] In Celtiberia, iidem qui *Arevaci*.

[f] *Apud Contrebiam*] Celtiberorum urbem; alii vocant *Centobriam*.

[g] *Ex quibus tres consulares*] Idem Cicer. lib. V. de Fin. Bon. et Mal. ' Ergo,' inquit, ' tibi Q. Metellus, qui tres filios consules vidit, e quibus unum etiam et censorem et triumphantem, quartum autem prætorem, eosque salvos reliquit, et tres filias nuptas; cum ipse consul, censor etiam, augurque fuisset, et triumphasset,' &c. Ii quatuor filii sunt:

I. Q. Cæcilius Metellus Balearicus cos. A. U. C. 630. Triumphavit a. 631. Censor, a. 633.

II. L. Metellus Dalmaticus cos. a. 636. quo anno etiam, si Eutropio fides, triumphavit.

III. M. Cæcilius Metellus cos. an. 638.

IV. C. Cæcilius Metellus; hunc sub consulatu Metelli Dalmatici prætorem fuisse conjicio. Cos. fuit an. 640. Sed anno superiori mortuus Metellus Macedonicus. Quare tres tantum filios consulares, quartum tantum prætorem vidit.

CAP. LXII.

Q. CÆCILIUS METELLUS NUMIDICUS.

ARGUMENTUM. De Jugurtha consul triumphat; Quintium in censum non recipit; in exilium agitur et revocatur; sororis virum laudare non vult Q. Cæcilius Metellus Numidicus.

1. QUINTUS CÆCILIUS METELLUS NUMIDICUS, qui de Jugurtha rege[a] triumphavit, censor[b] Quintium, qui se Tiberii Gracchi[c] filium mentiebatur, in censum non recepit. 2. Idem in legem Appuleiam[d] per vim latam jurare noluit: quare in exilium actus, Smyrnæ[e] exulavit. 3. Calidia deinde rogatione[f] revocatus, cum ludis forte literas in theatro accepisset, non prius eas legere dignatus est, quam spectaculum finiretur. 4. Metellæ sororis suæ virum[g]

CAP. LXII. 1 In Mss. ap. Schott. *Q. Fabius Cæcilius Metellus.* Ed. pr. *Cecilius.* 'Schottus et Arntzen. e paucis codd. præter rem auctius ediderunt, *qui consul de Jugurtha rege Numidiæ triumphavit. Censor, &c.*' Harl. *Quia consul* G. D. P. Tum vulgati *in censu.* Supra τὸ *se* del. Delph.—3 *Claudia* pro *Calidia* Ed. pr. Ald. 'Pro *Claudia* pugnant Mss. et edd. omnes, contra quos tamen stat rei veritas et tot eruditorum consensus. Adde Pighium tom. III. Ann. p. 180.' *Arntz.* Mox *legatione* Haun. *rogatum* Leid. 1. Deinde τὸ *eas* non est in Ed. pr.—4 'Leid. 1. [et Ed. pr.] *Metellum sororis suæ filium.* Leid. vero 2. videtur præferre illam, quæ nunc vulgo circumfertur lectio, *Metellæ sor. suæ virum*, cum nulla varietatis fiat mentio. Vulgatum veritati repugnat, nec verosimile est hunc errorem ipsum auctorem potuisse admittere in eo capite ubi de ipso Metello agat.' *Arntz.* Probabat primo Schott. *Metellum sororis suæ filium*: postea autem conjiciebat *Metel-*

NOTÆ

[a] *De Jugurtha rege*] A. U. C. 644. Vid. Flor. lib. III. cap. 1.

[b] *Censor*] Cum C. Cæcilio Metello patruele suo A. U. 651.

[c] *Quintium, qui se Tib. Gracchi*] Ideo insititium Gracchum vocat Cicer. pro Sextio: 'Q. Metellus,' inquit, 'censor florentem hominem in populari ratione L. Saturninum notavit, et insititium Gracchum contra vim multitudinis incitatæ, censu prohibuit.' *Caium Gracchum* vocat Flor. lib. III. cap. 16. hominem sine tribu, sine nomine, qui subdito titulo in Gracchorum familiam ipse se adoptabat. Vide infra in Apul. Saturnino.

[d] *Idem in legem Appuleiam*] Quam ferebat Appuleius Saturninus, qui Gracchorum leges asserebat. Vide Flor. lib. III. cap. 16.

[e] *Smyrnæ*] Immo Rhodi exulavit. Plutarc. Liv. Epitom.

[f] *Calidia deinde rogatione*] Quam tulit Q. Calidius tribunus plebis A. U. 654. ut in civitatem Numidicus restitueretur.

[g] *Metellæ sororis suæ virum*] L. Lucullum intelligit, patrem Luculli qui cum Mithridate bellum gessit.

laudare noluit,[b] quod is solus judicium contra leges detractarat.

lus L. Lucullum sororis suæ (Cæciliæ) virum. Deinde *olim suum judicium et leges* Ald. cum vulgatis ante Schott. *Solum* Fran. Boend. Gramm. et Leid. 2. [cum Ed. pr.] *olim* Leid. 1. et ed. *solus* Haun. 'Exemplum Agrippinense *detrectaret* præfert.' *Schott.* '*Detractaret* est in Agrippinensi: *detractarat* in Mss. esse monebat Schottus in not. min. ita est quoque in Boend. et Fran. *detractavit* Leid. 2. sed totam vocem ignorat Leid. 1. Antiquam hic secutus sum scripturam, quæ in multis exstat Mss. sed rarius ab editoribus recipitur.' *Arntz.*

NOTÆ

[b] *Laudare noluit*] Intellige de laudatione funebri.

CAP. LXIII.

Q. METELLUS PIUS.

ARGUMENTUM. Q. Pompedium prætor interficit; Herculeios fratres consul opprimit; Hispania Sertorium expellit; et in petitione . . . consularibus adolescens præfertur Q. Metellus Pius.

1. QUINTUS METELLUS PIUS, Numidici filius; Pius, quia patrem[a] lacrymis et precibus assidue ab exilio revocavit; prætor bello sociali[b] Q. Pompedium, Marsorum ducem,[c] interfecit. 2. Consul in Hispania[d] Herculeios fratres[e] oppressit: Sertorium Hispania expulit. 3. Adolescens in petitione præturæ et pontificatus, consularibus viris[f] prælatus est.

CAP. LXIII. 1 '*Adsiduis* mallit Arntzen. et illustrat docte: sentit secus Gruner.' *Harl.* Deinde *ab exilio* in Ed. pr. deest. Q. *Popedium* omnes reliquæ præter Bip. edd. Q. *Pompeium* in editis diu. '*Pompedium* etiam Fran. *Compendium* Haun. et Leid. 2. Sed ubique hac in voce variatur. Vide Torren. ad Val. Max. lib. III. cap. 1. ex. 2.' *Arntz.*—2 *Hirtuleios fratres* nonnemo appellat, quos alii *Herculeios*. Quatuor codd. ap. Arntz. Ed. Agripp. et Ven. *Herculeos*. Tum *compressit* Ed. pr. '*Præturæ*. Gruner. *adolescentem*

NOTÆ

[a] *Pius, quia patrem*] Nam et amor in parentes proprie 'pietas' dicitur.

[b] *Bello sociali*] De quo vide Flor. lib. III. cap. 18.

[c] *Marsorum ducem*] 'Popedius Marsos sub suis signis habebat.' Flor. Marsi ad lacum Fucinum.

[d] *Consul in Hispania*] Errat Noster: neque enim tunc consul erat Metellus, sed pro consule, ut et Cn. Pompeius anno postquam fuerat consul quarto; an. scilicet U. C. 677.

[e] *Herculeios fratres*] Sertorii legatos.

[f] *In petitione præturæ et pont., cons.*

h. l. dici Metellum respectu virorum seniorum, consularium, recte vidit; et probaverat Arntzen.; quem tamen et Schottum lectio et sensus *præturæ* mire torsit.' *Harl.* Vide Not. Delph.

NOTÆ

u.] Vide quæ supra in Hostilio Mancino dicta sunt. Locus sane difficilis: tentabat Schottus *consularibus filiis* pro *consularibus viris*, ut consulares filii, de consulum filiis intelligatur. Neque tamen ita sibi ipse satisfacit vir doctiss.

CAP. LXIV.

TIBERIUS GRACCHUS.

ARGUMENTUM. Mancini fœdus quæstor probat; leges tribunus plebis fert; potestatem sibi prorogari vult; Capitolium petit; diadema poscere videtur, et opprimitur Tiberius Gracchus.

1. TIBERIUS GRACCHUS, Africani ex filia nepos,[a] quæstor Mancino[b] in Hispania, fœdus ejus flagitiosum probavit. 2. Periculum deditionis[c] eloquentiæ[d] gratia effugit. 3. Tribunus plebis[e] legem tulit, ne quis plus mille agri jugera haberet. 4. Octavio collega intercedente,[f] novo exemplo magistratum abrogavit. 5. Dein tulit, ut de fami-

CAP. LXIV. 1 *Graccus Af. Scipionis* libb. antiq. ap. Schott. Tum codd. quidam *putavit* pro *probavit.*—2 ' *Fugit* quatuor scripti, cum edd. Agripp. et Ven.' *Arntz.*—3 ' In margine testabatur Schottus, et ex eo Sylburgius vocem *legem* abesse a Mss. adeoque parenthesi incluserat [cum G. D. P.], sed eam defendunt quinque Mss. cum Schotto enim facit Fran. et omnes edd.' *Arntz.* ' *Quingenta* contra libros corrigit Schottus [cum G. D. P.], sed Victorem ipsum errasse, malit credere Arntzen.' *Harl.*—4 ' *Intercedenti*, (quod ad sensum et veritatem rei aptius foret, v. Florum III. 14.) corrigit Schottus. Sed ablativum absolutum, ubi dativus requirebatur, positum esse, docet Arntz.' *Harl.* *Collegæ intercedenti* etiam Gaesb. Delph. Pitisc. Tum *magistratu* Ald. *abdicavit* unus lib. ap. Schott. *obrogavit* Boend. a m. recent.—5 Ed. pr. Ald. *ut ea familia, quæ de Attali hæreditate.* Schott. G. D. P. *ut ea fam.*

NOTÆ

[a] *Africani ex filia nepos*] Nam Cornelia Africani filia Gracchorum mater fuit.

[b] *Quæstor Mancino*] Vide supra in Hostilio Mancino.

[c] *Periculum deditionis*] Ne cum Mancino hostibus dederetur.

[d] *Eloquentiæ*] Qua facile princeps, Flor.

[e] *Tribunus plebis*] A. U. C. 620.

[f] *Octavio collega intercedente* [*collegæ intercedenti*] Flor. lib. III. cap. 14. ' Sed ubi intercedentem legibus suis Cnæum Octavium videt Gracchus, contra fas collegii, jus potestatis, injecta manu depulit rostris; adeoque præsenti metu mortis exterruit ut abdicare se magistratu cogeretur.' Vide quæ ibi notata sunt.

lia,[g] quæ ex Attali hæreditate[h] erat, ageretur,[i] et populo divideretur. 6. Deinde cum prorogare sibi potestatem[k] vellet, adversis auspiciis in publicum processit, statimque Capitolium petiit, manum ad caput referens;[l] quo salutem suam populo commendabat. 7. Hoc nobilitas ita accepit, quasi diadema posceret: segniterque cessante Mucio[m] consule, Scipio Nasica, sequi se jussis, qui salvam rempub. vellent,[n] Gracchum in Capitolium persecutus oppressit. 8. Cujus corpus Lucretii ædilis manu in Tiberim missum; unde ille Vespillo dictus.[o] 9. Nasica ut invidiæ subtraheretur, per speciem legationis in Asiam[p] ablegatus est.[q]

‘ Aliter in Mss. nostris, *ut ex ea pecunia, quæ de, &c.* præpostere collocatis præpositionibus. Forte legendum *ut de ea familia, quæ ex Attali.*’ Schott. ‘ Leid. 2. *de familia quæ ex Att.* Haun. vero, Gramm. Boend. et Fran. *ut ex familia, quæ de Attali*, transpositis sine dubio præpositionibus. Deinde etiam priscam cum omnibus edd. et Mss. lectionem reduximus *et populo;* quod in *ut* mutaverat Schottus.’ *Arntz.*—6 *Sequenti anno vellet* Mss. ap. Schott. *adversus auspicia* Mediol. Infra ‘ *qua salutem* minus recte edd. Mach. et Ald.’ *Arntz.*—7 *Posceretur* Ald. *Mutio* Ed. pr. Ald. quæ habent infra *se jussit, qui;* Ed. pr. etiam *qui ... vellet*. Leid. 2. *salutem reip. vellent*. Tum *prosecutus* uterque Leid.—8 Verba *Lucretii Ædilis manu* in Ed. pr. desiderantur. *Vispillo* Ald. *Vispillio* Ed. pr. uterque Leid. et Boend. *in spilio* Fran. *Vespilio* alii.

NOTÆ

[g] *De familia* [*Ea fam.*] Bene a viris doctissimis notatum, vocem ‘ familiam’ a veteribus jurisconsultis usurpatam, qua pecuniam et omnem bonorum substantiam significarent; ut in XII. tabulis ‘ proximus agnatus familiam habeto. Gentiles familiam erciscunto.’ Et apud Terent. Heauton. act. V. sc. 1. ‘ Decem dierum vix mihi est familia.’

[h] *Attali hæred.*] Attali hæredem fuisse Rom. populum notum est.

[i] *Ageretur*] Ea familia ageretur, eleganter: ‘ ageretur de ea familia.’ Sic Cicer. in Lælio: ‘ In quibus eorum aut caput agitur, aut fama.’ Et Terent. Heauton. ‘ Non nunc pecunia agitur.’ Frustra igitur doctiss. Gronovius *de ea familia* legere jubet in notis ad Senecæ controversiam XI.

[k] *Potestatem*] Tribunatum. ‘ Tib. Gracchus, quod iterum tribunus plebis fieri vellet, occisus.’ Cicer. in Catil.

[l] *Manum ad caput referens*] Flor. ibid. ‘ Inde cum in Capitolium profugisset, plebemque ad defensionem salutis suæ, manu caput tangens, hortaretur, præbuit speciem regnum sibi et diadema poscentis; atque ita duce Scipione Nasica, concitato in arma populo, quasi jure oppressus est.’

[m] *Mucio*] Pub. Mucio Scævola.

[n] *Qui salvam remp. vellent*] Solennis civium ad remp. juvandam evocandorum formula.

[o] *Vespillo dictus*] Nam Vespillones dicebantur, quibus corporum sepeliendorum cura.

[p] *Asiam*] Pergamum.

NOTÆ

[q] *Ablegatus est*] In Mss. additum ut monent viri docti: *Cum comitiorum die Gracchus seditiones populi accenderet, auctore Nasica, inflammata nobilitas, fragmentis subselliorum plebem fugavit. Gracchus per gradus, qui sunt super Calpurnium fornicem, detracto amminiculo fugiens, ictus fragmento subsellii corruit, rursusque assurgens alio ictu clavæ cerebro impacta occubuit. Ducenti ea seditione interfecti, quorum corpora in Tiberim projecta.* Sed ea ego Victoris esse non puto.

CAP. LXV.

C. GRACCHUS.

ARGUMENTUM. Sardiniam quæstor sortitus sponte decedit; defectionis invidiam sustinet; leges fert; Minucio legibus obrogante in Capitolium venit; in forum descendit; Aventinum occupat; ab Opimio victus in lucum Furinæ pervenit, et interficitur C. Gracchus.

1. CAIUS GRACCHUS pestilentem Sardiniam[a] quæstor sortitus, non veniente successore, sua sponte decessit.[b] 2. Asculanæ[c] et Fregellanæ[d] defectionis invidiam sustinuit.[e] 3. Tribunus plebis agrarias et frumentarias[f] leges tulit, colonos etiam[g] Capuam et Tarentum mittendos censuit. 4. Triumviros agris dividendis se, et Fulvium Flaccum, et C. Crassum[h] constituit. 5. Minucio Rufo[i] tribuno plebis le-

CAP. LXV. 1 *Discessit* Ed. pr. Schott. G. D. P.—2 'Mediol. *Fragellanæ*. Mss. fere *Fregedanæ*.' Schott. *Fragelanæ* Leid. 1. *Fragellanæ* Gramm. et Hann.—3 *Colonos et Capuam* Boend. *Colonos etiam et Cap.* Leid. 1.—4 Mss. ap. Schott. pro *triumviros* habent *tribuum viros*. ' *C. Crassum*. Mendum sub-

NOTÆ

[a] *Pestilentem Sardiniam*] Nam Sardiniæ pestilentem et insalubrem aërem fuisse notum est. Martial. Claudian.

[b] *Sua sponte decessit*] Contra leges: successorem enim expectare debebat antequam e provincia exiret.

[c] *Asculanæ*] Asculum aliud est in Picenis, aliud in Apulis; de priore hic sermo est.

[d] *Fregellanæ*] Fregellæ in Latio.

[e] *Invidiam sustinuit*] Invidia est odium, crimen, exprobratio. Gall. verteres, *il fut accusé seul de la révolte d'Asculum et de Fregelle.*

[f] *Tribunus plebis agrarias et frum.*] Vid. Flor. lib. III. cap. 15.

[g] *Colonos etiam*] Epit. Liv. 'Effecit ut complures coloniæ in Italia deducerentur.' Vide Plutarch. hac mente puto ut, colonis sibi delegatis, et Italiam et provincias repleret.

[h] *C. Crassum*] Immo *C. Carbonem*. Parisinus codex *C. Orosum*. Colon. *Corsum*. Cum mendo uterque.

[i] *Minucio Rufo*] Flor. 'Obrogare

gibus suis abrogante in Capitolium venit: ubi cum Antyllius, præco Opimii[k] consulis, in turba fuisset occisus, in forum descendit, et imprudens concionem a tribuno plebis[l] avocavit; qua re arcessitus, cum in senatum non venisset, armata familia[m] Aventinum occupavit: ubi ab Opimio victus, dum a templo Lunæ[n] desiliit, talum intorsit, et Pomponio amico[o] apud portam Trigeminam,[p] P. Lætorio in ponte Sublicio,[q] persequentibus resistente, in lucum Furinæ[r] pervenit. 6. Ibi vel sua, vel servi Eupori manu interfectus: caput a Septimuleio,[s] amico Gracchi, ad Opi-

est, nullum enim in antiquis libris *Crassi* vestigium. Parisinus codex *C. Orosum*. Colon. *Corsum*: alii *C. Papirium Carbonem* nuncupant, et recte.' *Schott.* '*C. Orosium* Cod. Gramm. *Corsium* Agripp. ceteri nihil variant, nisi quod *Gajum Crassum* nominet Fran.' *Arntz.*—5 *Minutio Ruco* Ed. pr. quæ τὸ *suis* non habet. *Obrogante* Ald. Schott. G. D. P. '*Antillus.* Turbant et nostri Palatini, in quorum uno *Antilius*, minus longe a publicatis, quam ii in quibus *Anicullius*, aut *Anitullius*: alter Pal. *Antullius*.' Grut. '*Attilius* [Ald. et] antiq. edd. *Antilius* Leid. 1. et Gramm. *Ancilius* Haun. *Antilus* Leid. 2. *Antillius* Fran. *Amulius* Boend.' *Arntz.* Præterea vox *consulis* in Ed. pr. deest. *Advocavit* legunt Ed. pr. Leid. 2. *annotavit* Fran. *Accersitus*, ut passim, Ed. pr. Ald. *Dianæ desilit* Schott. G. D. P. *Lunæ desilit* Arntz. *Lunæ* in *Dianæ* primus mutavit Ald. Præterea *telum* pro *talum* Leid. 1. *bellum* Leid. 2. et Haun. Deinde *Pontinio* Ed. pr. *Pontino* Arntz. 'Accedunt Palatina exemplaria eis, qui præferunt *Pontinio*.' Grut. '*Pontino* Leid. 1. Boend. Gramm. et olim editi. *Pontio* Fran. *Ponticinio* Leid. 2. *Postumio* Haun. *Pomponio* primus dedit Aldus, et sic alii eum appellant.' *Arntz.* *Lectorio* Ed. pr. Ald. Gramm. uterque Leid. Fran. et Mss. ap. Schott. *Lectore* Haun. et Boend. In sequentibus *resistens in locum* Mss. ap. Schott. et *locum* quidam ap. Arntz. *Furianæ* uterque Leid. Fran. Gramm. Ed. pr. Agripp. et Ven. *Funalem* Haun. *Furiante* Boend. *Furrianæ* alii.—6 *Ubi vel* Ed. pr. *Euphori* Ed. pr. Ald. *Anæfori servi* Leid. 2. *Eufori* Fran. et Boend. *Euferi* Gramm. Agripp. et Ven. Tum *Septimo Attilio* Ed. pr. 'Omnes pæne libri variant.

NOTÆ

auso legibus suis Minucio tribuno,' &c.

k *Præco Opimii*] Lictorem vocat Plutarch.

l *A tribuno pleb.*] Minucio Rufo.

m *Familia*] De servis proprie dicitur.

n *Templo Lunæ* [*Dianæ*] Templum Dianæ Aventinæ intellige.

o *Pomponio amico*] Hunc non apud portam trigeminam, sed in ponte sublicio Gracchum persequentibus restitisse innuit Velleius lib. II. cap. 6. 'Quo die,' inquit, 'singularis Pomponii equitis Rom. in Gracchum fides fuit, qui more Coclitis, sustentatis in ponte hostibus, ejus gladio se transfixit.'

p *Portam Trigeminam*] Per quam egressi trigemini Horatii, supra.

q *Ponte Sublicio*] Jam alibi.

r *Furinæ*] De qua sic Varro lib. v. de L. L. 'Furinalia et Furina, quod ei Deæ feriæ publicæ dies is, cujus Deæ honos apud antiquos. Nam ei sacra instituta annua, et flamen attributus: nunc vix nomen notum paucis.'

mium relatum, auro expensum fertur,[t] propter avaritiam infuso plumbo gravius effectum.

Mss. *a Septimio Arejo*, Paris. *Septimio Attelo*, Colon. *Septimio Attilio*, Mediol. *Septimio Atello*. Vide Plin. Natur. Hist. lib. XXXIII. cap. 3. et Plut. in Gracchis.' *Schott.* '*Septimio Atello* omnes Mss. edd. Ven. et Mach. *Septimio Attilio* Agripp. *Septumleio* princeps Aldus, Gryph. et sequentes.' *Arntz.* *Auro expenso* Ald. *expressum* Leid. 2. *Impressum* Haun. Denique *effuso* Leid. 2. et pro *effectum* Leid. 1. *esse factum*.

NOTÆ

[s] *Septimuleio*] Al. *Septimio Attio*, *Septimio Attilio*, *Septimio Asello*.

[t] *Auro expensum fertur*] Flor. 'Et illud sacrosanctum caput tribuni plebis auro pensatum est.'

CAP. LXVI.

M. LIVIUS DRUSUS.

ARGUMENTUM. Munus ædilis dat; in Asia quæstor insignibus non utitur; Latinis civitatem.... tribunus plebis permittit; nimiæ libertatis quia fuit, multa contra dignitatem facit; ex gratia in invidiam venit; et immisso inter turbam percussore corruit M. Livius Drusus.

1. MARCUS LIVIUS DRUSUS,[a] genere et eloquentia magnus,[b] sed ambitiosus et superbus, ædilis munus magnificentissimum dedit. 2. Et ibi Remmio[c] collegæ, quædam de utilitate reipublicæ suggerenti, Quid tibi, inquit, cum republica nostra? 3. Quæstor in Asia nullis insignibus uti voluit, ne quid ipso esset insignius. 4. Tribunus ple-

CAP. LXVI. 1 Ante *Drusus* inserit *nomine* Leid. 1. *Genere, eloquentia*, sine τῷ *et*, Ed. pr.—2 Pro '*Remmio*, in quibusdam *Rubrico*: verum antiquorum librorum tantus consensus, ut pæne religio sit ab iis discedere. Paris. *Remimio*, Colon. *Reminio*, Mss. vero *Remmio*.' Schott. '*Reminio* Leid. 2. Boend. [Ed. pr.] et Fran. *Renimio* Gramm. *Remimio* Agripp. et Ven. [Vid. Nott. Var.] *Remmio* Leid. 1. Haun. *Rubrio* Mach. Ald., &c.' *Arntzen*. Supra *ubi* pro *et ibi* Schott. G. D. P. Mox *suggerenti* dandi casu Mss. ap. Schott.—3

NOTÆ

[a] *M. L. Drusus*] Vide Flor. lib. III. cap. 17.

[b] *Genere et eloquentia magnus*] Nobilissimum, eloquentissimum, et sanctissimum vocat Velleius lib. II. cap. 13.

[c] *Remmio*] Multa in hujusce nominis scripturæ varietas, al. *Rubrio*, al. *Rubrico*, al. *Reminio*.

bis Latinis civitatem,[d] plebi agros, equitibus curiam, senatui judicia[e] permisit. 5. Nimiæ liberalitatis fuit: ipse etiam professus, nemini se ad largiendum præter cœlum et cœnum[f] reliquisse; ideoque cum pecunia egeret, multa contra dignitatem fecit. 6. Magulsam,[g] Mauritaniæ principem, ob regis simultatem profugum, accepta pecunia Boccho[h] prodidit: quem ille elephanto objecit. 7. Adherbalem, filium regis Numidarum,[i] obsidem domi suæ sumsit, redemtionem ejus occultam a patre sperans. 8. Cæpionem[k] inimicum actionibus suis resistentem, ait, se de saxo Tarpeio præcipitaturum. 9. Consuli, legibus agrariis resistenti, ita collum in comitio obtorsit,[l] ut multus sanguis efflueret e naribus; quam ille[m] luxuriam expro-

Boend. *noluit* pro *voluit*.—5 *Libertatis* Arntz. cum Pitisc. Leid. 2. et Fran. Tum post *professus* inserit *nihil* Ed. pr. *Cœlum et terram* Agripp. cum aliis: *cœlum et solum* quidam ap. Schott. *liquisse* Ed. pr. et uterque Lugd. *liquisse itaque* Ed. pr.—6 *Magudulsam* libb. vett. *Magulsum* Gramm. *Magulfum* Leid. 1. *Bocco* Ed. pr.—7 '*Domi suæ sumsit*. Agripp. excusus *domum suam sumsit*. Mss. verius *domi suæ suppressit*, [ut Gaesb. D. P.] *redemtionem ejus occultam sperans*. Vulg. *occulte*.' Schottus. '*Suppressit* defendi potest ex illis quæ attulit magnus Gronov. ad Senec. de Ira lib. III. cap. 8. pag. 108. Sed *sumsit* præferunt omnes Mss. et edd. nec sensus requirit, ut contra eorum auctoritatem quicquam intrudamus. Sumsit enim domi suæ, quia, ut notum, obsides in libera custodia darentur principibus viris. *Occulte* [Ald.] Fran. Gramm. et edd.' *Arntz*.—9 *Philippo consuli* Schott. G. D. P. *intorsit* Gramm. et edd. Agripp. et Ven. Tum *effunderetur* pro *efflueret* scripti codd. ap. Schott. et Fran. *de naribus* præterea scribunt Hann. et Leid. 2. In seqq. *quæ illa luxuria exprobrans mori autem detur dixisse dicebat* Ed. pr. *Ille luxuria*

NOTÆ

[d] *Latinis civitatem*] Immo jus civitatis iis tantum promisit Drusus.

[e] *Senatui judicia*] Quæ penes equites erant.

[f] *Præter cœlum et cœnum*] Flor. 'Extat vox ipsius, nihil se ad largitionem ulli reliquisse, nisi si quis aut cœnum dividere vellet, aut cœlum.' Cicer. pro Rabirio: 'execranda illa vox in libera rep. M. Drusi: Nihil se ad largitionem ulli reliquisse, nisi si quis aut cœnum dividere vellet, aut cœlum.'

[g] *Magulsam*] Hoc in historia me legisse non memini.

[h] *Boccho*] Mauritaniæ regi.

[i] *Adherbalem, filium regis Numid.*] Micipsæ scilicet; quamvis hoc mihi etiam suspectum est.

[k] *Cæpionem*] Servilium Cæpionem qui equites asserebat.

[l] *Obtorsit*] Per viatorem hoc factum fuisse ait Flor. alii per Drusi clientem.

[m] *Quam ille*] Legendum omnino *quem ille*, ut optime doctiss. Schott. Cum multus sanguis efflueret e naribus, eum Drusus, ei luxuriam exprobrans, non sanguinem, sed muriam de turdis esse dicebat. Muria autem liquamen fuit quod plerumque e thynnis, interdum etiam ex aliis, sive

brans, muriam de turdis esse dicebat. 10. Deinde ex gratia nimia in invidiam venit. Nam plebs acceptis agris gaudebat; expulsi dolebant: equites in senatu lecti lætabantur;[h] [sed præteriti[i] querebantur:] senatus permissis judiciis exultabat; sed societatem cum equitibus ægre ferebat. 11. Unde Livius anxius, ut Latinorum postulata differret, qui promissam civitatem flagitabant, repente in publico concidit, sive morbo comitiali,[k] seu hausto caprino sanguine,[l] semianimis domum relatus. 12. Vota pro illo per Italiam publice suscepta sunt. Et cum Latini consulem[m] in Albano monte interfecturi essent, Philippum[n] admonuit, ut caveret: unde in senatu accusatus, cum domum

comprobans morti jam detrudi se dicebat Ald. *opprobans* Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. 'Omnes corrupti hic erant libri, quorum tamen varietatem, si quis melius quid queat afferre, ascribam. *Exprobans mori autem detur dixisse dicebat* Fran. Gramm. uterque Leid. et Hann. nisi quod pro *mori*, in Grammii cod. *morti* supposuerat alia manus: *mōi aūt detur dixisse dicebat* Boend. sed correctores primam vocem in *mōti* mutaverant. *Illa luxuria exprobans morti cum detrudi se dicebat* Agripp. et Ven. *Ille luxuria comprobans morti jam detrudi se dicebat* reliquæ edd.' *Arntzenius.*—10 *Idem ex gratia* Schott. G. D. P. *ex gratia in inv.* Ed. pr. omisso *nimia.* Tum *nam plebes* Schott. Pitisc. *In senatu* deest Fran. Gramm. et Ald. cum edd. ante Schott. *in senatum* habent Schott. Gaesb. D. P. cum Hann. 'Vocc. uncis inclusa, a Schottoque restituta, absunt a Mss. [ab Ed. pr. Ald.] et edd. apud Arntzen. qui præter ea, lectionem *in senatu* alteri *in senatum* præfert, et illustrat.' *Harl.* *Societatem equites* Leid. 2.—11 *Deferret* Fran. tum *in publ. cecidit* Ed. pr. Hann. et Leid. 2. *decidit* Leid. 1. Fran.—12 *Accepta* pro *suscepta* Fran. 'Recte vidit Grunerus, verba *unde in senatu accusatus* minus bene se habere. Drusi vocatu frequens senatus venit in curiam: Drusus

NOTÆ

avibus, sive piscibus, exprimebatur. Turdos vero in deliciis fuisse notum est.

[h] *Equites in senatu [senatum] lecti lætab.*] Hoc certe valde suspectum est, neque adduci possum ut credam, equites, quæ judicia ipsi possidebant, ea ad senatum æqua parte transmissa, libenter vidisse.

[i] *Præteriti*] Præteriti dicebantur ii quorum nomina censores in recitando præterierant.

[k] *Morbo comitiali*] Morbo caduco, comitiali dicto, quod eo comitia dirimebantur.

[l] *Caprino sanguine*] Vide Plin. lib. XXVIII. cap. 9.

[m] *Cum Latini consulem*] Flor. lib. III. cap. 18. 'Primum fuit belli in Albano monte consilium ut festo die Latinarum Julius Cæsar et Martius Philippus consules inter sacra et aras immolarentur. Postquam id nefas proditione discussum est,' &c. Sed tunc Philippum admonere non potuit Drusus, quem anno superiori mortuum tabulæ notant.

[n] *Philippum*] L. Martium Philippum.

se reciperet, immisso inter turbam percussore, corruit. 13. Invidia cædis apud Philippum et Cæpionem fuit.

accusavit Philippum; nec Drusus ipse accusatus est; et, cum domum reverteretur, interfectus est per Caium Varium: quare conjicio Victorem scripsisse, *unde, in senatu multa causatus*; quo facto omnia cum re et historia aliorum conspirabunt.' *Harl.*—13 *Cepionem* Ed. pr. '*Scipionem* Leid. 1. *Capionem* Leid. 2. Pro *corruit, torruit* Fran. ipsamque vocem delet Leid. 2.' *Arntz.*

CAP. LXVII.

C. MARIUS PATER.

ARGUMENTUM. Humili loco nascitur; consulatum adipiscitur; Jugurtham ante currum agit; Teutones et Cimbros vincit, deque illis triumphat; Appuleium Saturninum et Glauciam interimit; armis a Sylla victus in palude delitescit; inventus in carcerem conjicitur; navicula in Africam trajicit et exulat; revocatus exercitum facit; et cæsis inimicis injuriam ultus voluntaria morte decedit Caius Marius pater.

1. CAIUS MARIUS septies consul, Arpinas,[a] humili loco natus, primis honoribus per ordinem functus, legatus Metello[b] in Numidia, criminando eum[c] consulatum adeptus,[d] Jugurtham captum ante currum egit.[e] 2. In proximum annum consul ultro factus, Cimbros[f] in Gallia apud Aquas Sextias,[g] Teutonas[h] in Italia, in campo Raudio[i] vicit, deque

CAP. LXVII. 1 *Harpinas* Ed. pr. '*Eum* delent omnes [et Ald.] excepto Leid. 1. transpositis vocibus legente *eum criminando*, quæ res fortasse causam dederit, ut hæc vocula in aliis desideretur.' *Arntzen.* Tum *adeptus est* Leid. 1. Haun.—2 *Teutones in Gallia, ap. A. S. Cimbros in Italia, in cam. Caudio vicit* Schott. G. D. P. 'Recte ita conjecit Schottus ex historiæ fide, tamen aliud volunt et edd. omnes, et scripti quos sequor. . . . *Teutones*

NOTÆ

[a] *Arpinas*] 'Sed is natus, et omnem pueritiam Arpini altus.' Sallust. in Jugurth. Arpinum in Volscis.

[b] *Legatus Metello*] A. U. C. 644.

[c] *Criminando eum*] Criminose de bello quod Metello commissum erat, loquebatur: 'Si dimidia pars exercitus sibi permitteretur, paucis diebus Jugurtham in catenis habiturum: ab imperatore consulto trahi, quod homo inanis et superbiæ regiæ, imperio nimis gauderet.' Sallust.

[d] *Consulatum adeptus*] A. U. 646.

[e] *Captum ante currum egit*] A. U. C. 648.

[f] *Cimbros*] In Germania Theutonis vicinos.

[g] *Apud Aquas Sextias*] In Gallia

his triumphavit.[k] 3. Usque sextum consulatum[l] per ordinem factus, Appuleium Saturninum tribunum plebis, et Glauciam[m] prætorem, seditiosos, ex senatusconsulto[n] interemit. 4. Et cum Sulpicia rogatione[o] provinciam Syllæ[p] eriperet, armis ab eo victus,[q] Minturnis[r] in palude latuit. 5. Inventus, et in carcerem conjectus,[s] immissum percussorem Gallum vultus auctoritate deterruit; acceptaque navicula in Africam trajecit:[t] ibi diu exulavit. 6. Mox Cinnana dominatione[u] revocatus, ruptis ergastulis[x] exercitum

uterque Leid. *Theutones* Fran. *Teutonas* Haun. Gramm. et ant. edd. *Centorias* Boend. alii *Tentoni.* Utrumque rectum est.' *Arntz.* *Aquas Sextiles* alii. *Aquas Sestias* Colon. Præterea *Sanuidio* pro *Raudio* Ed. pr. *Claudio* Ald. Gryph. Schott. G. D. P. '*Savidio* Haun. Gramm. Boend. (a m. sec. cum antiqua lectio esset *Savido.*) et priscæ edd. [cum Mediol. Paris. Colon.] *Sanidio* levi corruptela Fran. *Sanido* Leid. 1.' *Arntzen.*—3 *Sexies consul per ord.* Schott. G. D. P. *Usque ad sextum* Ald. In Mss. ap. Schott. *usque ad sexies consul* aut *usque ad VI. consul.* '*Saturninum* delebant quinque scripti [et Ald.] *Saturnium* volebat Gramm. sed expressam lectionem admittunt omnes editi.' *Arntz.*—4 *Syllæ* Leid. 1. Gramm. et Boend. *Sillam* Fran. Tum *in palude delituit* Schott. G. D. P. *in paludem* Fran.—6 *Cinn. proscriptione rev.*

NOTÆ

Narbonensi ad mare. Flor. lib. III. cap. 3. 'Prioresque Theutonios sub ipsis Alpium radicibus assecutus, Marius, in locum quem Aquas Sextias vocant, quo, fidem numinum! prælio oppressit.'

[h] *Teutonas* [*Teutones*] Populi sunt ad mare Germanicum.

[i] *Campo Raudio* [*Claudio*] Legendum est omnino *Raudio,* non *Claudio* ut male quidam dubitavere. Campus Raudius est in Italia Gallica circa Veronam. At Claudium sive furculas Caudinas in Samnitibus ponunt veteres. Vide Flor. III. cap. 3.

[k] *Triumphavit*] A. U. C. 652.

[l] *Usque sextum consulatum* [*sexies consul*] Quinque ultimos consulatus per ordinem gessit ab a. 649. usque ad a. 653. Inter primum et secundum tres anni intercesserunt.

[m] *Appuleium Saturninum … et Glauciam*] Vide infra in L. Appuleio Saturnino.

[n] *Ex senatusconsulto*] Nam senatusconsultum factum fuit, 'viderent consules ne quid detrimenti respub. caperet.'

[o] *Et cum Sulpicia rogatione*] Hanc tulit Sulpicius tribunus plebis a. 665. ut exules revocarentur, et Marius adversus Mithridatem dux crearetur.

[p] *Provinciam Syllæ*] Bellum adversus Mithridatem intellige quod Syllæ demandatum fuerat.

[q] *Armis ab eo victus*] Vide Florum lib. III. cap. 21.

[r] *Minturnis*] Minturnæ in Latio non longe a Formiis in ipso maris littore.

[s] *In carcerem conjectus*] Vide Vell. lib. II. cap. 19.

[t] *In Africam trajecit*] 'Cursum in Africam direxit, inopemque vitam in tugurio ruinarum Carthaginensium toleravit.' Vell.

[u] *Cinnana dominatione*] Hoc est

fecit, cæsisque inimicis[y] injuriam ultus, septimo consulatu,[z] ut quidam ferunt, voluntaria morte decessit.

Leid. 1. *inimicis suis* Ed. pr.

NOTÆ

Cinnæ consulatu. Nam Cornelius Cinna consul Marium revocavit. Vide quæ apud Florum dicta sunt.

[x] *Ruptis ergastulis*] Ergastula ubi servi vincti operabantur.

[y] *Cæsisque inimicis*] Vide omnino Florum lib. III. cap. 21.

[z] *Septimo consulatu*] A. U. C. 666. Idibus Januariis mortuus.

CAP. LXVIII.

C. MARIUS FILIUS.

ARGUMENTUM. Consulatum invadit; inimicos trucidat et in Tiberim præcipitat; a Sylla absens victus Præneste refugit, et Pontio Telesino se jugulandum præbet C. Marius filius.

1. CAIUS MARIUS filius viginti septem[a] annorum consulatum invasit:[b] quem honorem tam immaturum mater flevit.[c] 2. Hic patri sævitia similis, curiam armatus[d] obsedit, inimicos trucidavit, quorum corpora in Tiberim præcipitavit. 3. In apparatu belli,[e] quod contra Syllam parabatur, apud Sacriportum[f] vigiliis et labore defessus, sub divo[g] requievit: et absens victus,[h] fugæ, non pugnæ

CAP. LXVIII. 1 *Marius Marii filius* Boend. *Viginti quinque* Schott. Ald. Gaesb. D. P. *quatuordecim* Haun.—3 *Parabat* Leid. 1. *Sub dio* Ald. Schott.

NOTÆ

[a] *Viginti septem* [*quinque*] Idem fere Livii Epit. sed verius Vell. 'viginti sex.'

[b] *Invasit*] A. U. 671.

[c] *Mater flevit*] Quia mortem filio peperit.

[d] *Curiam armatus*] 'Tum Marius juvenis et Carbo consules, quasi desperata victoria, ne inulti perirent, in antecessum sanguine senatus sibi parentabant, obsessaque curia, sic de senatu quasi de carcere, qui jugularentur, educti.' Flor. lib. III. cap. 21.

[e] *Belli*] Hic bellum 'prælium' interpretor.

[f] *Sacriportum*] Locus sic dictus in Italia circa Præneste.

[g] *Sub divo*] 'Sub Jove,' Horat. hoc est sub cœlo.

[h] *Absens victus*] Immo pugnæ interfuit, sed a Sulla fugatus.

interfuit. 4. Præneste[i] refugit, ubi per Lucretium Ofellam[k] obsessus, tentata per cuniculum fuga, cum omnia septa intelligeret, jugulandum se Pontio Telesino[l] præbuit.

G. D. P. *Sub clivo* Leid. 1. *sub clivio* Leid. 2.—4 *Præneste refugit* Ald. et al. *Offellam* Ald. Schott. G. D. P. *asellam* Ed. pr. '*Ofellam* hodie malunt viri eruditi, et cognomen hoc esse Lucretiorum apparet in Fastis variis locis. Apud nos *Affellam* edit. Ven. Leid. 1. Boend. Fran. et Gramm. ubi tamen superscriptum erat *Asellam*, uti erat in Leid. 2. Haun. et edit. Mach. *Asellam* Agripp.' *Arntz.* In seqq. *per clanculum* Leid. 2. Mss. ap. Schott. *omnia septa intelligens*. Leid. 1. *tradidit* pro *præbuit*.

NOTÆ

[i] *Præneste*] Quod ante præsidiis firmaverat.

[k] *Lucretium Ofellam*] 'Oppugnationi autem Prænestis ac Marii præfuerat Offella Lucretius; qui cum ante Marianarum fuisset partium, prætor ad Syllam transfugerat.' Vell.

[l] *Pontio Telesino*] Minorem Telesinum intellige. Vell. 'Sunt qui sua manu; sunt qui concurrentem mutuis ictibus cum minore fratre Telesino, una obsesso, et erumpente, occubuisse prodiderint.'

CAP. LXIX.

L. CORNELIUS CINNA.

ARGUMENTUM. Rempublicam vastat; lege lata ... Urbe profugit; vocatis ad pileum servis adversarios vincit; sæpius se consulem facit; ab exercitu lapidibus occiditur L. Cornelius Cinna.

1. LUCIUS CORNELIUS CINNA flagitiosissimus, rempub. summa crudelitate vastavit. 2. Primo consulatu[a] legem de exulibus revocandis ferens, ab Octavio collega prohibitus, et honore privatus, Urbe profugit; vocatisque ad pileum[b] servis, adversarios vicit, Octavium interfecit. Janiculum occupavit.[c] 3. Iterum et tertium[d] consulem se

CAP. LXIX. 1 '*Cinna*. Abit a vulgata Leid. 2. et Haun. *Cornelius omnium*

NOTÆ

[a] *Primo consulatu*] A. U. 666. collega Cn. Octavio nepote.

[b] *Ad pileum*] Hoc est, ad libertatem; erat enim insigne libertatis pileus. Plaut. Amphitr. Sc. I. 'Quod ille faciat Jupiter, Ut ego hic hodie raso capite calvus capiam pileum.'

[c] *Janiculum occupavit*] Fugatis inde Octavii copiis.

[d] *Iterum et tertium*] A. U. 667. et 668.

ipse fecit. 4. Quarto consulatu [e] cum bellum contra Syllam [f] pararet, Anconæ [g] ob nimiam crudelitatem ab exercitu lapidibus [h] occisus est.

flagitiosissimus exprimentes.' *Arntz.*—2 *Dedit* pro *ferens* Mss. ap. Schott.—3 *Iterum et tertio se consulem ipsum fecit* Ed. pr.—4 *Ancone* Ald. et Mss. *Anchone* al. *occisus est Anconæ ob nim. crud. lap. ab exerc.* Ed. pr.

NOTÆ

[e] *Quarto consulatu*] A. U. 669.

[f] *Contra Syllam*] Qui in Græciam profectus erat.

[g] *Anconæ*] In Picenis ad mare Adriaticum.

[h] *Lapidibus*] Non solum lapidibus, sed ensibus. Appian. 'Lapides enim in eum missi; qui vero propiores aderant, exertis ensibus, Cinnam invasere, eoque modo consulatum adhuc gerens, interfectus est.' Machaneus.

CAP. LXX.

C. FLAVIUS FIMBRIA.

ARGUMENTUM. Consulem interficiendum legatus curat; Mithridatem Pergamo expellit; Ilium incendi jubet; militiæ principes securi percutit, et semel occidit C. Flavius Fimbria.

1. CAIUS FLAVIUS FIMBRIA, [sævissimus quippe Cinnæ satelles] Valerio Flacco consuli [a] legatus in Asiam profectus, per simultatem [b] dimissus, corrupto exercitu, ducem interficiendum curavit. 2. Ipse correptis imperii insignibus, provinciam [c] ingressus, Mithridatem [d] Pergamo [e] expulit.[f] 3. Ilium, ubi tardius portæ patuerunt, incendi

CAP. LXX. 1 *Flavius Fimbria* Ed. pr. abjecto *Caius*. *C. Fimbria* Ald. abjecto *Flavius*. Tum ambo uncos mox rejiciunt. *Cumæ* pro *Cinnæ* Ed. pr. '*P. Lavius* Leid. 1. *C. Lavius* Leid. 2. prænomen omittunt Gramm. Boend. et Fran. nil mutat Haun.' *Arntz.* '*Sævissimus Q. C. satelles*. In Parisino hæc abfuerunt. In Mss. *sævissimus quippe satelles*. Lictores enim et satellites crudeli fere et agresti sunt ingenio.' *Schott.* Tum *dimissus* in Parisino abest et in cod. Gramm. *demisit* voluit Leid. 2.—2 *Imperii signis* Leid. 2. *Mithradatem* Schott. Gaesb. Delph. Pitisc.—3 '*Illum tardius belli ubi portæ*

NOTÆ

[a] *Valerio Flacco consuli*] A. U. 667.

[b] *Per simultatem*] Per odium, nam ambo diversas partes sequebantur.

[c] *Provinciam*] Asiam.

[d] *Mithridatem*] Vide Liv. Epitom. 83.

[e] *Pergamo*] In Phrygia majore e regione Lesbi.

[f] *Expulit*] A. U. 669.

jussit; ubi Minervæ templum inviolatum stetit, quod divina majestate servatum nemo dubitavit. 4. Ibidem Fimbria militiæ principes securi percussit: mox [g] a Sylla Pergami obsessus, corrupto exercitu [h] desertus semet occidit.

Fran. ceterum volentibus scriptis et edd. *patuerunt* dedimus, pro quo *patuerant* Schottus. [Gaesb. Delph. Pitisc.] ' *Arntzenius*. *Inviolatum fuit* Ed. pr. —4 *Idem Fimbria* ante Schott. legebatur. *Fimbria militum princ.* edd. antiq. Tum ' *Pergami oppressus* uterque Leid. [Ald.] Fran. et ut videtur Gramm. et Hann. nihil enim de varietate monetur. Pejus *Princeps* Fran. Boend. et uterque Leid. *Principem* Agripp.' *Arntz.*

NOTÆ

[g] *Mox*] Eodem anno, nullo intermisso tempore.

[h] *Corrupto exercitu*] Qui ad Syllam defecit.

CAP. LXXI.

VIRIATHUS, LUSITANUS.

ARGUMENTUM. Primo mercenarius, deinde venator, latro, dux bellum sumit; Claudium et Nigidium opprimit; pacem petit, et bellum renovat; et a duobus satellitibus pecunia corruptis perimitur Viriathus, Lusitanus.

1. VIRIATHUS, genere Lusitanus,[a] ob paupertatem primo mercenarius, deinde alacritate vector,[b] audacia latro, ad

CAP. LXXI. 1 *Virlacus Lusitanus*, omisso *genere*, Ed. pr. ' *Viriachus*, *Viriatus*, *Viriacus* Mss. *Viriatus* etiam editi: sed alterum probant viri docti.' *Arntz.* *Alacritate victor* ante Schott. legebatur. ' *Venator* Schottus edidit e suis Mss. et sic Flor. II. 17. 15. de eodem disserens, et Epitom. Liv. LII. Sed *vector* libri apud Arntzen. quem vide, et Salmasium ad Trebell. Pollion.

NOTÆ

[a] *Lusitanus*] Lusitani Hispaniæ populi supra Tagum fluvium.

[b] *Deinde alacritate vector* [*venator*] Flor. lib. II. c. 17. ' Ceterum Lusitanos Viriathus erexit, vir calliditatis acerrimæ, qui ex venatore latro, ex latrone subito dux, atque imperator, et si fortuna cessisset, Hispaniæ Romulus.' Supra autem *alacritate* interpretor ' propter alacritatem corporis.' Et hic alacritas est ' agilitas,' ' velocitas.' Sed non omittendum quod notavit olim illustris Salmasius, apud Trebell. Pollionem libros omnes pro *venator* habere *vector*. Quod postea imperiti homines corruperunt legendo *victor*, et *venator*. *Vector* antiqua vox, id est bene valens, robustus, qui sese pedibus vehit: unde pro ' venatore ' quod opus

postremum dux, bellum adversum Romanos sumsit, eorumque imperatorem Claudium Unimanum,[c] dein C. Nigidium[d] oppressit. 2. Pacem a populo Romano[e] maluit integer petere, quam victus: et cum alia dedisset,[f] et arma retinerentur, bellum renovavit. 3. Cæpio[g] cum vincere aliter non posset, duos satellites pecunia corrupit, qui Viriathum humi depositum[h] peremerunt. 4. Quæ victoria, quia emta erat, a senatu non probata.

Gallien. c. 3. sensu vero eodem.' *Harl.* *Dux* omittit Ed. pr. '*Unimanum* quoque libri antiqui *Mumanum* et *Numanium* appellant. Vitiose ni fallor.' *Schott.* *Minumenum* Ed. pr.—2 *Pac. a Popilio* Mach. Boend. Leid. 1. Ald. et edd. ante Schott. *A populo*, ejecto τῷ *Romano*, Arntz. '*Et cum alia dedisset, et arma retinerentur.* In Mss. *Et cum Italia decessisset et aurum peteretur.* Quam lectionem probarem, sed in Italia Viriathum fuisse non puto.' *Schott.* Vide Not. Delph. improb. Arntzen.—3 In Ed. pr. desideratur τὸ *aliter.* *Vincere eum* Schott. G. D. P. *Viriathum ob virum vino depositum* Ed. pr. *humi depositum perimerent* Ald. *vino depositum* in Leid. 2. Fran. Agripp. et Ven. obvium, prob. Schott. improb. Arntz.—4 'Omissa præpositione, *senatu* (more antiquo pro *senatui*,) in cod. Leid. doctius et bene scriptum est; et abundanter illustratum ab Arntzenio.' *Harl.*

NOTÆ

sit viribus maximis ad hoc opus. Sic apud Græcos παράβολος, qui est audax, etiam de venatore et confectore dici consuevit. Eadem voce usus est Trebellius Pollio in Gallienis: 'Nam cum taurum ingentem in arenam misisset exissetque ad eum feriendum vector.' Item Manilius: 'Et pacare metu sylvas et vivere vector:' ut indicat vetus scriptura *victor.*

[c] *Imperatorem Claudium Unimanum*] Idem Flor. 'Claudium Unimanum pæne ad internecionem exercitus cecidit.'

[d] *C. Nigidium*] Ignoro quis iste fuerit Nigidius. Legunt viri docti *Vetidium;* qui prætor, exercitu cæso, vix Viriathi manus effugit.

[e] *Pacem a pop. Rom.*] A. U. 612. Q. Fabius Maximus Servilianus æquis conditionibus cum Viriatho pacem fecit. Quo facto, rebus suis in Hispania prospere gestis, labem imponit. Epitom. Liv.

[f] *Cum alia dedisset*] Scribe *dedidisset.*

[g] *Cæpio*] Q. Servilius Cæpio, A. U. 613.

[h] *Humi depositum*] In opt. exempl. ut monent viri docti *vino depositum*, quod mire placet. Proprie 'vino depositi' dicuntur qui vino ita obruti sunt, ut quasi mortui et sepulti jaceant. Plaut. in Aulul. 'Ut me deponat vino, eam affectat viam.'

CAP. LXXII.

M. ÆMILIUS SCAURUS.

ARGUMENTUM. Ex eloquentia gloriam pauper parit; in Hispania corniculo meret; in Sardinia stipendium facit; juri reddendo ædilis studet; legem consul fert; Decium prætorem jubet assurgere; Ligures et Gantiscos domat; viam Æmiliam censor sternit; pontem Malvium facit; Opimium contra Gracchum, Marium contra Glauciam armat; socios et Latium ad arma se coëgisse senex negat M. Æmilius Scaurus.

1. MARCUS ÆMILIUS SCAURUS,[a] nobilis, pauper: nam pater ejus, quamvis patricius, ob paupertatem carbonarium negotium exercuit. 2. Ipse primo dubitavit, honores peteret, an argentariam faceret:[b] sed eloquentiæ consultus,[c] ex ea gloriam peperit. 3. Primo in Hispania corniculum meruit:[d] sub Oreste[e] in Sardinia stipendia fecit. 4. Ædilis, juri reddendo magis,[f] quam muneri edendo[g] studuit.

CAP. LXXII. 1 '*Titum Scaurum* eum appellat Frontinus IV. 1. ex. 13. *Marcum* autem IV. 3. ex. 13. Ut fortasse priori loco prænomen corruperunt librarii.' *Arntz.* *Parumper* pro *pauper* Ed. pr. Mox *Carbonarum* Lugd. 1. *Carbonum* Gramm. *Officium* libb. vett.—2 'Initio hujus paragraphi excepto solo Boend. omnes codices *item* legunt [cum Ed. pr.], ut antiquiores editiones cunctæ *idem* [cum Ald.]' *Arntzen.* *Petere . . . facere* Ed. pr. uterque Leid. Boend. Fran. edd. Agripp. et Ven. *Consultans* Mss. ap. Schott. Tum *gratiam* pro *gloriam* malit Arntz.—3 *In Hispaniam curriculum* Ed. pr. *corniculo* Schott. G. D. P. *Sub honeste* Ed. pr. *Sub Horeste* Ald. Quidam Mss. *Hornesto.*—4 *Jus redd.* Ed. pr. *juri reddendo Marsis* quidam Mss.—5 '*Prætor adversus Jugurtham pugnavit, tamen.* Sic Colinæus, in reliquis vulgatis *pugnavit* recte abest. 'Jugurtha enim belli moram redimebat,' inquit Sallus-

NOTÆ

[a] *Scaurus*] In Æmilia gente patricia. Scauri sic dicti quod talos tumentes haberent. Unde Horat. 'Scaurum pravis fultum male talis.' Sat. III.

[b] *Argentariam faceret*] Id est rei nummariæ negotiationem.

[c] *Eloquentiæ consultus*] *Consultus* hic est 'peritus;' sic Horat. 'Insanientis dum sapientiæ Consultus erro.'

[d] *Corniculo meruit*] Corniculum diminutivum a cornu; et ut in exercitu cornu, sic in cohortibus tribuni militum corniculum dicitur. Ut qui corniculo merebant, cornicularii dicebantur. In al. cod. legitur *Corniculum meruit.* Quæ lectio defendi potest. Nam ex Liv. discimus cornicula fuisse inter donatica ornamenta militaria, ut torques, phaleras, armillas.

[e] *Oreste*] L. Aurelio Oreste, qui consul fuit A. U. 627.

[f] *Juri reddendo magis*] Urbis et annonæ curatores ædiles erant, et de iis rebus omnibus quæ ad hoc pertinerent, jus dicebant.

[g] *Muneri edendo*] Curatio ludorum solennium ad ædiles pertinebat.

5. Prætor[h] adversus Jugurtham[i] tamen ejus pecunia victus: consul[k] legem de sumtibus[l] et libertinorum suffragiis tulit. 6. P. Decium prætorem, transeunte ipso sedentem, jussit assurgere, eique vestem scidit, sellam concidit, ne quis ad eum in jus iret, edixit. 7. Consul Ligures[m] et Gantiscos[n] domuit, atque de his triumphavit. 8. Censor[o] viam Æmiliam[p] stravit: pontem Mulvium[q] fecit. 9. Tantumque auctoritate potuit, ut Opimium contra Gracchum, Marium contra Glauciam[r] et Saturninum, privato consilio armaret. 10. Idem filium suum, quia præsidium deseruerat, in conspectum suum vetuit accedere: ille ob hoc de-

tius. Mss. omnes *Jugurthæ adversus tandem*, vere: nonnulli *aversus*. *Legatus Calpurnio* scribendum suadet Sallustius.' *Schott.* Edidit itaque Schottus contra codd. Mss. sed ad historiæ veritatem *Legatus Calpurnii Jugurthæ adversus: tandem, &c.* Ita et Gaesb. Delph. Pitisc. Τὸ *et* ante *libertinorum* non habet Ed. pr.—6 Prænomen *P.* in Mediol. abfuit. *Transeunti ipsi* Ed. pr. *transeuntem ipso sedente* Leid. 1. *exsurgere* Haun. Tum *inviseret* pro *in jus iret* Mediol.—7 Pro *Gantiscos* habent alii *Canriscos* et *Cauriscos.*—8 *Viam* abest ab Ald. Fran. Haun. et antiquioribus editis. Mox *struxit* pro *stravit* Ed. pr. *Milvium* Ald. '*Emilium* Leid. 2. et Haun. *Milinum* Fran. *Milvium* Boend. Gramm. et antiquæ edd. *Mulvium* Leid. 1. Eædem varietates apud Lactant. de Persec. cap. 44. Var. Lect. ad Eutrop. lib. VIII. cap. 17.' *Arntz.*—9 *Opimum* Ed. pr. 'Turpi consensu Fran. Boend. Haun. Leid. 1. Agripp. et Ven. pro *Marium* scribunt *Varium*. Leid. 2. *Varum*. Haun. etiam *Saturnum*. Boend. *Saturnium*.' Arntz.—10 *Inde* pro *idem* est in Leid. 2. '*Suum* omittit Boend. *vetavit* restituunt eodem modo Fran. Gramm. Agripp. et Ven. sed utrumque male, quod docet Frontinus, apud quem tantum non eadem hæc verba leguntur, lib. IV. Strateg. cap. 1. ex. 13.

NOTÆ

[h] *Prætor* [*Legatus Calpurnii*] A.U. 642. L. Calpurnius Bestia cum exercitu adversus Jugurtham missus legat sibi homines nobiles, factiosos, in quis fuit Scaurus. Vide Sallust. Jugurth.

[i] *Adversus Jugurtham* [*Jugurthæ adversus*] Nam is principio acerrime Jugurtham impugnabat. Sed magnitudine pecuniæ a bono honestoque in pravum abstractus est. Sallust.

[k] *Consul*] A. U. 638.

[l] *Legem de sumtibus*] Cupediis ganeæ ne urgerentur, suffragiisque ingentibus dividerentur.

[m] *Consul Ligures*] Τὸ *consul* videtur abundare, nam de uno et eodem consulatu hic sermo est.

[n] *Ligures et Gantiscos*] De Liguribus tantum triumphasse ostendunt tabulæ. *Gantisci*, vel ut quidam, *Gatisci*, populi Liguribus vicini.

[o] *Censor*] A. U. 644.

[p] *Viam Æmiliam*] Per Pisas, Lunam, Sabbatos, Dertonam usque pertinuit; nam alia fuit Æmilia Flaminiam excipiens. Strab. lib. V.

[q] *Pontem Mulvium*] Ad secundum ab Urbe lapidem in via Flaminia.

[r] *Marium contra Glauciam*] Non puto Scaurum privato consilio Marium contra Glauciam et Saturninum armasse; sed senatus consultum quod

decus mortem sibi conscivit. 11. Scaurus senex cum a Vario tribuno plebis [s] argueretur, quasi socios et Latium [t] ad arma coëgisset, ad populum ait, Varius Sucronensis [u] Æmilium Scaurum ait socios ad arma coëgisse; Scaurus negat: utri potius credendum putatis?

'In conspectum suum venire vetuit. Adolescens verecundiæ ignominia pressus mortem sibi conscivit:' quare minus recte *acquisivit* Leid. 1. supra *qui præsidium* non absurde Leid. 2. quamvis recepta melius defenditur ex Frontino loco laud. qui *quod* dicit.' *Arntz.*—11 *Apud populum* Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. '*Surius Sucronensis* Ald. et Gryph. *Varius Veronensis* Agripp. [Ed. pr. Mediol.] Ven. Machan. omnesque scripti, excepto Gramm. cod.' *Arntz.*

NOTÆ

ad eam rem factum fuit, 'viderent consules ne quid detrimenti caperet respub.'

[s] *Cum a Vario tribuno plebis*] Cicero in oratione pro M. Æmilio Scauro apud Asconium: 'Ab eodem etiam lege Varia custos ille reipub. proditionis est in crimen vocatus: vexatus a Q. Vario tribuno plebis non multo ante;' ubi Ascon. 'Innixus,' inquit, 'anno LXXII. nobilissimis juvenibus processit in forum.' 'Deinde accepto respondendi loco, dixit: Q. Varius Hispanus M. Scaurum principem senatus socios in arma ait concitasse: M. Scaurus princeps senatus negat: testis nemo est. Utri vos, Quirites, convenit credere? Qua voce ita omnium commutavit animos ut ab ipso etiam tribuno dimitteretur.'

[t] *Socios et Latium*] Unde bellum sociale, quod et Latinum dictum est.

[u] *Sucronensis*] Sucro urbs in Hispania Taraconensi.

CAP. LXXIII.

L. APPULEIUS SATURNINUS.

ARGUMENTUM. Legem ... tribunus plebis fert; Glauciæ sellam concidit; quendam, qui se Tiberii Gracchi filium fingeret, subornat; Siciliam ... novis colonis destinat; ut Glauciam consulem faceret, Memmium competitorem necandum curat; a Mario in Capitolio obsidetur, et in deditionem accipitur; in curiam fugiens lapidibus et tegulis interficitur L. Appuleius Saturninus.

1. LUCIUS APPULEIUS SATURNINUS,[a] tribunus plebis seditiosus, ut gratiam Marianorum militum pararet, legem tulit, ut veteranis [b] centena agri jugera in Africa divideren-

CAP. LXXIII. 1 *Centena* abest a Parisin. et a Gramm. Fran. Agripp. et

NOTÆ

[a] *Lucius Appuleius Saturninus*] Adeundus Florus lib. III. cap. 16.

[b] *Veteranis*] Veterani dicebantur qui post vicena stipendia honestam

tur: intercedentem Bæbium collegam facta per populum lapidatione summovit. 2. Glauciæ prætori,[c] quod is eo die, quo ipse concionem habebat, jus dicendo partem populi avocasset, sellam concidit, ut magis popularis[d] videretur. 3. Quendam[e] libertini ordinis subornavit, qui se Tiberii Gracchi filium fingeret. 4. Ad hoc testimonium Sempronia soror Gracchorum producta, nec precibus, nec minis adduci potuit, ut dedecus familiæ agnosceret. 5. Saturninus Aulo Nonio[f] competitore interfecto tribunus plebis refectus, Siciliam, Achaiam, Macedoniam novis colonis destinavit; et aurum, dolo an scelere Cæpionis[g] partum, ad emtionem agrorum convertit. 6. Aqua et igni interdixit[h] ei, qui in leges suas non jurasset. 7. Huic legi multis nobilibus abrogantibus cum tonuisset, clamavit, Jam,

Ven.—2 *Is eo die quo is* Ald. *jus dando* Mss. ap. Schott. *jus dicendi* Leid. 1. *indigendo* Leid. 2. *advocasset* sex Mss. ap. Arntz. Ed. pr. Ald. et pleræque edd. Mallet Arntz. *concidit*. *Ut m. p. videretur, quendam.*—3 *Subordinavit* ed. Mach. et *Tiberii* delent Gramm. Agripp. et Ven. Tum *fingeret et ad hoc* Ed. pr.—4 '*Sempronia . . .* Mss. *Sempronia ducta, nec, &c.* Reliqua absunt.' *Schott.* 'Ita certe Gramm. Fran. Agripp. et Ven. Mox *adduci* non legitur in Leid. 1. *adici* est in Fran. forte pro *allici*.' Arntzen.—5 Ed. pr. ut Pal. 2. *Mumio.* Pal. 1. *Numio.* '*Aulio Mumio* Leid. 1. *Aulio Munio* Leid. 2. *Aulo Nummio* Fran. *Aulo Mumio* Boend. Agripp. et Ven. *Aulo Mummio* Haun. et Gramm. *Aulo Memmio* Ald. et Gryph. *Aulio Mummio* Mach. In tanta varietate verum dicere difficile est, nisi *Mummium* retineamus, agnoscentes inter ipsos scriptores dissensum, vel, quod præfero, *Aulo Nonio* admittamus cum Duk. ad Flor. III. 16. § 1.' *Arntz.* Tum 'Non est refingendum *aut dolo aut scelere*, quomodo est in Leid. 1. vel *dolo aut scelere*, ut Boend. Gramm. Agripp. et Ven. nec, *dolo ut scelere:* quæ lectio est Leid. 2. [et Ed. pr.]' *Arntz.* *Scipionis* pro *Cæpionis* in excusis antiqq.—6 *Aquam et ignem interd.* *ei* quidam scripti.—7 '*Huic legi.* Mss. *Huic legi multi nobiles obrogantes cum tonuisset, et clamaret: jam inquit, &c.* nominandi casu. Paris. et Colon. *Hac lege multi nobiles abrogantes, cum tonuisset, clamavit. Jam, inquit:* quare *obrogantibus* malim, et addo *clamavit*, addicente et Mediol. Quid si legamus *quasi tonu-*

NOTÆ

missionem erant consecuti.

[c] *Glauciæ prætori*] Quem infra Appuleii satellitem vocat.

[d] *Ut magis popularis*] Eo quod tam dolenter ferret a concione sua avocatum fuisse populum.

[e] *Quendam*] Nomine Quintium. Vide supra in Metello Numidico.

[f] *Aulo Nonio*] 'Annium' vocat Florus. 'Occiso palam comitiis Annio competitore tribunatus.' Alii aliter, sed malim *Nonio*, ut hic. Νόνιον enim vocant Appianus et Plutarchus.

[g] *Aurum, dolo an scelere Cæpionis*] Aurum Tholosanum intelligit, quod Servilius Cæpio, vastato oppido, ex illius templis diripit, A. U. 647.

[h] *Aqua et igni interdixit*] Aqua et igni interdicere formula qua Romani utebantur, cum quem mori juberent.

inquit, nisi quiescitis,[i] grandinabit. 8. Metellus Numidicus[k] exulare, quam jurare maluit. 9. Saturninus tertio tribunus[l] pleb. refectus, ut satellitem suum Glauciam[m] prætorem faceret, Memmium competitorem ejus in campo Martio necandum curavit. 10. Marius[n] senatus consulto armatus, quo censeretur, darent operam consules ne quid respub. detrimenti caperet, Saturninum et Glauciam in Capitolium persecutus obsedit, maximoque astu incisis fistulis,[o] in deditionem accepit: nec deditis fides servata. 11. Glauciæ fracta cervix: Appuleius, cum in curiam fugisset,[p] lapidibus et tegulis desuper interfectus est. 12. Caput ejus Rabirius quidam senator per convivia in ludibrium circumtulit.

isset clamavit: ex Appiano?' *Schott.* 'Varia etiam est nostrorum codicum scriptura: *Multi nobiles abrogantes* Gramm. *Multi nobiles adrogantes* Fran. *Multis nob. abrogantibus* Boend. Haun. Mach. Ald. Gryph. &c. *Multis volentibus arrogantiam cum tenuisset* Leid. 2. forte voluit intelligi 'damnari' vel tale quid librarius; et *tenuisset* pro 'tenuisset causam,' sed hæc nihil sunt: *tenuisset* tamen etiam legitur in Leid. 1. *Huic lege multi nobiles arrogantes* Agripp. et Ven. Non video causam, cur quicquam mutarem.' *Arntz.* Mox in Boend. *Jam nisi, inquit.*—9 *Glauciam prætorem consulem* Schott. G. D. P. *Mumium* et *Mummium* Mss. ap. Arntz. et omnes edd. cum Ed. pr. Ald.—10 *Quo censetur, dent operam* Mss. ap. Schott. '*Censeretur* scripti omnes, nisi quod *censuerunt* Haun. *censerentur* Agripp. et Ven. *censetur* Ald. Gryph. et reliqui, quod in *censebatur* [ut Gaesb. Delph. Pitisc.] primus mutarat Schottus, nescio quo jure. Mox *detrimentum* male Fran.' *Arntz.* *Ne quid resp. det. cap. darent op. cons.* Ald. 'Mss. pleniores, *in Capit. coëgit confugere: ibi eos persecutus obsedit, maximoque æstu,* non *astu* legunt, quod tum, forte, anni tempus ad potum invitaret. Mediol. proxime accedebat *maximo quæstu:* illudque adhæsit ex priori *maximoque.* Gryphius mox *in deditionem accepit,* Mss. *eos coëgit,* et crura Glauciæ fracta dicunt, non cervicem: de quibus quisque statuat.' *Schott.* *Quæstu* Mss. edd. Ven. et Agripp. *Astu* Ald. Gryph. et sequentes. *Quæstu* Ed. pr. Tum *servata est* Ed. pr. Ald.—11 *Crus* pro *cervix* Ed. pr. Mox *cum in frigiam* pro *in Curiam* Fran. *Lapidibusque et teg.* Ed. pr. quæ mox cum Ald. legit *interfectus est.*—12 '*Ravirius* Leid. 2. Boend. [Ed. pr.] Agripp. et Ven. quæ literarum confusio maxime est pervulgata. Pejus *Tabirius* ed. Mach. *Rarius* Leid. 1. *Ranirius* Fran. sed hoc sine dubio erit pro *Ravirius.*' Arntz.

NOTÆ

[i] *Nisi quiescitis*] Vox imperiosissima, 'quiescite.' Terent. Plaut. Cicer.

[k] *Metellus Numidicus*] Supra.

[l] *Tertio tribunus*] A. U. 653.

[m] *Ut satellitem suum Glauciam*] Florus: 'Quippe ut satellitem furoris sui, Glauciam, consulem faceret, Caium Memmium competitorem interfici jussit.'

[n] *Marius*] Vide supra in Mario patre.

[o] *Fistulis*] Canalibus quibus aqua in Capitolium perducebatur.

[p] *Cum in curiam fugisset*] At Floro teste, 'cum ducibus factionis in curiam receptus est: ibi eum, facta irruptione, populus fustibus saxisque coopertum in ipsa quoque morte laceravit.'

CAP. LXXIV.

L. LICINIUS LUCULLUS.

Argumentum. Munus quæstorium dat; Ptolemæum Syllæ conciliat; Africam prætor regit; Cottam Chalcedone obsessum liberat; Cyzicum obsidio solvit; Mithridatem Ponto expellit; signorum et tabularum amore flagrat; et mente alienata desipit L. Licinius Lucullus.

1. Lucius Licinius Lucullus,[a] nobilis, disertus et dives, munus quæstorium amplissimum dedit. 2. Mox per Murenam[b] in Asia classem Mithridatis,[c] et Ptolemæum regem Alexandriæ consuli Syllæ conciliavit.[d] 3. Prætor Africam[f] justissime rexit. 4. Adversus Mithridatem[g] missus, collegam suum Cottam[h] Chalcedone[i] obsessum liberavit. 5. Cyzicum[k] obsidione solvit.[l] Mithridatis copias ferro et fame afflixit;[m] eumque regno suo, id est, Ponto expulit:[n] 6. quem rursum cum Tigrane rege[o] Armeniæ subveniente

Cap. lxxiv. 1 In Ald. Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. *Licinius* desideratur. '*Quæstiorum* Leid. 1. et Gramm. pejus *equestrium* Boend.' *Arntz.*—2 *Mox per* in Ed. pr. desunt. 'Hæc in Mss. partim *minister Murenæ in Asia:* partim *Ministro Murenæ* leguntur; forte vitiose pro *ministerio Murenæ*. Hanc autem lineam alteri postposui, salva sententia; exigente id temporum ratione.' *Schott.* 'Scilicet dederat Schottus [ut Gaesb. Delph. Pitisc.] *Ptolemæum R. A. C. S. c. et mox per M. in A. C. M.* ideo, ne tempora confunderentur, quod fit, si ita verba leguntur, ut a nobis sunt edita; sed talia sine Mss. tentari non debent, præsertim in eo auctore, qui temporum rationem non ita accurate observare solet. Mss. et priscæ edd. volunt id quod edidimus. *Murenæ* tamen pro *per Murenam* uterque Lugd. Et paulo aliter Haun. *Ampl. dedit duabus in Asia classem Mith. per Muranam et Ptolemæum.*' Arntz.—3 *Justissime tenuit* Ed. pr.—4 *Adversus Mithradatem consul missus* Schott. G. D. P. *Cottiam* Mss. ap. Schott. *Chalcedoniæ* Ald. cum edd. ante Schott.—5 *Cyzicon* Ed. pr. Ald. uterque Leid. et Gramm. *Cinicon* Fran. *Cicion* Boend. *Obsidio solvit* Schott. G. D. P. Mox *fame subegit* libb. ap. Schott. Tà *id est* in Ald. Schott. G. D. P. non comparent.—6 'Mss. brevius: *eumque rursum cum Tigrane Rege*

NOTÆ

[a] *Lucullus*] Ejus insignem laudationem vide apud Cicer. initio lib. II. Academic. Quæst.

[b] *Murenam*] L. Licinium Murenam.

[c] *Classem Mithridatis*] Repete a communi 'Syllæ conciliavit.' Vide Plutarch. in Lucullo.

[d] *Consuli Syllæ conciliavit*] A. U. 665.

[f] *Prætor Africam*] A. U. 676.

[g] *Adversus Mithridatem*] A. U. C. 679.

[h] *Cottam*] M. Aurelium Cottam.

[i] *Chalcedone*] Chalcedon, Bithyniæ urbs ad Bosphorum Thracium.

[k] *Cyzicum*] Ad Propontida.

[l] *Solvit*] A. U. 680.

[m] *Ferro et fame afflixit*] A. 681.

[n] *Ponto expulit*] A. 682. Pontus in Asia notus est.

[o] *Cum Tigrane rege*] A. U. 684.

magna felicitate superavit. 7. Nimius in habitu: [p] maxime signorum et tabularum amore flagravit. 8. Post cum alienata mente [q] desipere cœpit, tutela ejus M. Lucullo fratri permissa est.

Armeniæ venientem magna facilitate superavit. Nimius in ambitu signorum et tabularum amore flagravit.' Schott.—7 Pro *Nimius* legebat Haun. *nimis.* Leid. 2. *minus.* *Nimius in ambitu* aliquot scripti.—8 Fran. Leid. 1. Haun. et ed. Mach. *aliena mente.* Mox *cœpisset* scripti ap. Schott.

NOTÆ

[p] *Nimius in habitu*] Hic habitum, 'vestitum,' interpretor, in quo nimium ac profusum fuisse notum est. Horat. in Epist. 'Chlamydes Lucullus, ut aiunt, Si posset centum scenæ præbere rogatus, Qui possum tot? ait, tamen et quæram, et quot habebo, Mittam: post paulo scribit sibi millia quinque Esse domi chlamydum.' Vide Plutarch. extremo Lucullo, ubi et Horatii meminit. Sed ducentas chlamydes ponit Plutarch. Horatius quinque millia; poëtice. *Schott.*

[q] *Cum alienata mente*] Plutarch. 'Ferunt autem eum sub mortem adversa mentis valetudine captum paulatim contabuisse. Porro Cornelius Nepos non ætate mala, neque naturali morbo, sed medicamentis a Callisthene quodam liberto suo corruptum in id incidisse prodit: Callisthenem vero ea sibi medicamenta propinasse, qui eum amatorium habuisse crediderat; Lucullumque tantum ab rationis usu abfuisse, ut vel eo vivente, omnis rei familiaris cura Marci fratris consilio gubernata fuerit.' Equidem ex hoc testimonio, cum videam plerisque in locis Cornel. Nepotis fidem a Plutarcho citari, arbitror hunc omnino esse quem interpretandum sumsimus, compilatumque ab aliquo, ut Trogum a Justino, cum alia citet e Cornelio Græcus historicus quæ in eodem nunc non reperiantur. *Machan.*

CAP. LXXV.

L. CORNELIUS SYLLA.

ARGUMENTUM. Parvulus a muliere obvia salutatur; Jugurtham in deditionem quæstor accipit; bello Cimbrico ... operam legatus navat; jus dicit, et Ciliciam prætor habet; Samnites Hirpinosque superat; Mario resistit; Mithridatem consul fudit; Archelaum vincit; Piræum recipit; Medos et Dardanos superat; Carbonem Italia expellit; Marium filium et Telesinum vincit; Felicem se appellat; proscriptionis tabulas proponit; 9000. deditorum cædit; sacerdotum numerum auget; tribuniciam potestatem minuit; dictaturam deponit; et phthiriasi interit L. Cornelius Sylla.

1. CORNELIUS SYLLA, in fortuna [a] Felix dictus, cum par-

CAP. LXXV. 1 *A fortuna* libb. vett. 'Mox quoque scripsimus *hæc dixisset*

vulus a nutrice ferretur, mulier obvia, Salve, inquit, puer tibi et reip. tuæ felix: et statim quæsita, quæ hæc dixisset, non potuit inveniri. 2. Hic quæstor Marii,[b] Jugurtham a Boccho[c] in deditionem accepit. Bello Cimbrico et Teutonico[d] legatus, bonam operam navavit. 3. Prætor[e] inter cives jus dixit. 4. Prætor Ciliciam[f] provinciam habuit. 5. Bello sociali[g] Samnites, Hirpinosque[h] superavit. 6. Ne monumenta Bocchi tollerentur,[i] Mario restitit. 7. Consul Asiam sortitus,[k] Mithridatem apud Orchomenum et Chæroneam[l] prælio fudit: Archelaum, præfectum ejus, Athenis vicit: portum Piræeum recepit; Medos et Dardanos[m] in

ex Mss. (excepto Gramm. qui cum Schott. [Gaesb. Delph. Pitisc.] *hæc* legit) et editt. veteribus.' *Arntz.* Paulo ante *et puer tibi et reip. felix* Ed. pr.—2 *Theutonico* Ald.—5 *Samnitas* ut supra Arntz. *Irpinosque* Schott. G. D. P. *Hirpanosque* Ed. pr.—7 Antiqua lectio *Orthomenam et Charoniam.* Ed. pr. *Cheroniam.* '*Ceroniam* Boend. ed. Mach. Ven. et Agripp. *Cherionam* Leid. 2. Priori modo variatur etiam ad Flor. III. 5. § 11.' *Arntz.* Mox '*Prælio* recte ex nostris abundat, sed tamen agnoscunt veteres editi, scribentes, *Archelaum prælio præfectum.*' Arntz. Mss. ap. Schott. *Cathenis vinxit* pro *Athenis vicit. Apud Athenas* Boend. et Haun. Tum *Pyrrheum* Ed. pr. *Peireum* Ald. *Picænum* Mediol. *Peiræum* Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. *Enetos et*

NOTÆ

[a] *In fortuna* [*a fortuna*] Id est, propter fortunam. Quare se Græce ἐπαφρόδιτον dicebat, a jactu talorum venereo, quem felicissimum dicunt.

[b] *Quæstor Marii*] A. U. 647. Consules autem in provinciis quæstores habebant, qui pecunias militares administrarent, sibique ad ministeria belli præsto essent.

[c] *Jugurtham a Boccho*] Sallust. in fine Jugurth. 'Jugurtha Syllæ vinctus traditur, et ab eo ad Marium deductus.'

[d] *Bello Cimbrico et Teutonico*] De quo supra in Mario.

[e] *Prætor*] A. U. 657.

[f] *Prætor Ciliciam*] Immo post præturam; non in Ciliciam, sed in Cappadociam missus. Cilicia Asiæ regio ad mare Mediter. e regione Cypri. Cappadocia supra Ciliciam.

[g] *Bello sociali*] De quo supra.

[h] *Samnites Hirpinosque* [*Irpinosque*] Contigui populi sunt.

[i] *Monumenta Bocchi tollerentur*] Vel signa, vel imagines intellige quibus Bocchus Jugurtham Syllæ in manus tradens ostendebatur. Et ita non Boccho, sed sibi favebat Sylla. Nam eam laudem, quod sibi traditus fuerit Jugurtha, ita cupide asserebat, ut annulo signatorio sculptam illam traditionem haberet; unde Plin. lib. XXXVIII. cap. 1. 'Sylla dictator traditione Jugurthæ semper signavit.'

[k] *Consul Asiam sortitus*] A. U. 665.

[l] *Orchomenum et Chæroneam*] Hic ordinem non servavit Victor; nam primum Athenas et Piræum Sylla recepit; mox apud Chæroneam, deinde apud Orchomenon Bœotiæ urbes, Mithridatis copias dissipavit. Vide Florum lib. III. cap. 5.

[m] *Dardanos*] Dardani in Phrygia.

itinere[n] superavit. 8. Mox cum rogatione Sulpicia[o] imperium ejus[p] transferretur ad Marium, in Italiam regressus, corruptis adversariorum exercitibus,[q] Carbonem[r] Italia expulit: Marium apud Sacriportum,[s] Telesinum[t] apud portam Collinam[u] vicit. 9. Mario[x] Præneste interfecto, Felicem se edicto appellavit. Proscriptionis tabulas primus[y] proposuit. Novem millia[z] deditorum[a] in villa publica[b] cecidit. 10. Numerum sacerdotum[c] auxit: tribuni-

Dardanos eæd. *Medos, Dardanos* Ald.—8 *Mox* abest a Schott. G. D. P. et a quibusdam codd. teste Sylb. Tum 'pro *rogatione*, habet *legatione* Mediol. non probo: ut nec illam distinctionem, *Ad Marium in Italiam regressus.*' Schott. *Ad Manlium* Ed. pr. *in Italia* Fran. 'Non displicet quod Haun. *ex Italia;* et turbato ordine Boend. *ex exercitibus Carbonem Italia*, nisi mavis ibi præpositionem e sequenti voce esse repetitam.' *Arntzen.* Mox 'Mediol. aliter, *Marium et Pontium Telesinum apud portam Coll.* et mox, *posuit* pro *proposuit.*' Schott. 'Post *Marium, filium* de suo addiderat Schottus, [a Gaesb. Delph. Pitisc. secutus] quod auctori suo remisimus auctoritate Mss. et codd. omnium. Illud *Pontium* nemo agnoscit, neque etiam in epitome requiritur.' *Arntz.*—9 *Mario filio* ex glossemate Gramm. *Dicto* pro *edicto* Leid. 1. *posuit* pro *proposuit*, Gramm. Leid. 2. Agripp. et Ven. Tum alii *XIX. millia dedititio-*

NOTÆ

[n] *In itinere*] *En marche.* Dum scilicet ab expeditione Mithridatica revertebatur.

[o] *Rogatione Sulpicia*] Supra in Mario patre.

[p] *Imperium ejus*] Id est, provincia ejus.

[q] *Corruptis adversariorum exerc.*] Aliter paulo Vell. 'Crescebat interim in dies Syllæ exercitus, confluentibus ad eum optimo quoque et sanissimo. Felici deinde circa Capuam eventu Scipionem Norbanumque consules superat: quorum Norbanus acie victus; Scipio ab exercitu suo desertus ac proditus, inviolatus a Sylla dimissus est.' Sed Scipionis exercitum a Sylla corruptum diserte narrat Plutarch. in Sylla, et huc referendum Sallust. fragmentum: 'Cujus adversa voluntate colloquio militibus permisso, corruptio facta paucorum, et exercitus Syllæ datus est.'

[r] *Carbonem*] Cn. Papirium Carbonem Cos. a. 671.

[s] *Apud Sacriportum*] Vide supra in Mario filio.

[t] *Telesinum*] Pontium Telesinum.

[u] *Collinam*] Quæ Quirinalis et Agonia dicta.

[x] *Mario*] Juvene: supra.

[y] *Proscriptionis tabulas primus*] Flor. lib. III. cap. 21. 'Proposita est ingens illa tabula: et ex ipso equestris ordinis flore ac senatus duo millia electi, qui mori juberentur, novi generis edictum.'

[z] *Novem millia*] Quidam octo ponunt, alii quatuor, alii aliter.

[a] *Deditorum*] In al. *dedititiorum;* quod magis placet.

[b] *Villa publica*] In Campo Martio. Pub. Victor in descriptione Urbis in regione IX. 'Villa publica, ubi primum populi census est actus in Campo Martio.'

[c] *Numerum sacerdotum*] Ampliavit numerum sacerdotum et augurum, ut essent quindecim.

ciam potestatem[d] minuit. 11. Repub. ordinata dictaturam deposuit:[e] unde sperni cœptus, Puteolos concessit;[f] et morbo, qui phthiriasis[g] vocatur, interiit.[h]

rum. Vide Nott. Var.—12 '*Spe deceptus* omnes edd. et codd. [cum Ald.] nisi quod *receptus* Fran. et Leid. 2. [cum Ed. pr.]' *Arntz.* 'Glossa est quod pro *phthiriasis* in Gramm. cod. legitur *pedicularis.*' Arntz.

NOTÆ

[d] *Tribuniciam potestatem*] Leges tulit, 'Ne tribunis plebis alios magistratus capere liceret: ne ad eos provocatio esset: ne leges ferre possent: ne etiam concionari ipsis liceret;' atque ita tantum intercessio illis relinquebatur.

[e] *Dictaturam deposuit*] Appian. Tantum huic viro animi, et felicitatis affuit, ut fori medio dicere auderet ideo se dictaturam deponere, ut eorum quæ fecisset, rationem subire posset, si quis exigeret. *Machan.*

[f] *Puteolos concessit*] Alii Cumas concessisse scribunt. Puteoli e regione Cumarum.

[g] *Phthiriasis*] Φθειρίασις, pedicularis morbus quo pediculi per cutem acervatim erumpunt, a φθειριάω, *pediculis scateo*, quod a φθείρ, *pediculus.*

[h] *Interiit*] A. U. 675.

CAP. LXXVI.

MITHRIDATES, REX PONTI.

ARGUMENTUM. A septem Persis oriundus sexjuges equos regit; L. gentium ore loquitur; Nicomedem Bithynia, Ariobarzanem Cappadocia expellit; ut, quicumque Romanus esset, interficeretur, literas per Asiam mittit; Græciam et insulas occupat; a Sylla, Lucullo, et Pompeio vincitur; venenum frustra sumit, et in cædem suam manum trepidantis percussoris Galli adjuvat Mithridates, rex Ponti.

1. MITHRIDATES, rex Ponti, oriundus a septem Persis,[a] magna vi animi et corporis, ut sexjuges equos regeret, quinquagînta gentium[b] ore loqueretur. 2. Bello sociali

CAP. LXXVI. 1 *Mithradates* Schott. G. D. P. *Mithrydates* alii. Mox *magni animi* Boend. *equos reluderet* Ed. pr. *Quinquagesimo gentium ore* Ed. pr. Pall. *duarum et viginti gen. ore* Ald. Schott. G. D. P. præterea *loquebatur* Ed. pr.

NOTÆ

[a] *Oriundus a septem Persis*] Ab Artabaze qui a septem Persis oriundus. Sed a septem Persis usque ad Artabazen ita intricata successio, ut nihil certi dici possit. Vide quæ ad Flor. notavimus lib. III. cap. 5.

[b] *Quinquaginta* [*duarum et viginti*] *gentium*] Quas sub ditione habebat

dissidentibus Romanis, Nicomedem Bithynia, Ariobarzanem Cappadocia[c] expulit. 3. Literas per totam Asiam misit, ut, quicumque Romanus esset, certa die interficeretur: et factum est.[d] 4. Græciam insulasque omnes, excepta Rhodo,[e] occupavit. 5. Sylla[f] eum prælio vicit; classem ejus proditione Archelai[g] intercepit; ipsum apud Orchomenum[h] oppidum fudit et oppressit; et potuit capere, nisi[i] adversum Marium festinans, qualemcumque pacem componere maluisset. 6. Deinde eum Cabiris[k] resistentem Lucullus fudit.[l] 7. Mithridates post a Pompeio nocturno prælio victus,[m] in regnum confugit; ubi per seditio-

—2 Colin. *Ariobarzanam:* vett. libb. *Ariobarzanen.*—4 *Excepto Rhodo* Boend. et Agripp.—5 ‘ Mihi illud *proditione Archelai* semper suspectum de mendo fuit, verum libb. nihil variant. Pugnat cum historia: credo scripsisse *repugnante Archelao*, aut simile.’ *Schott.* *Archilai* Ed. pr. ‘ *Apud Orchienum oppidum fudit et oppressit, et potuit capere nisi adv. Mar.* O homines obliviosos, qui non meminerant proximo capite ad Orchomenum a Sylla pugnam factam! Mss. aliter *apud oppidum Dardanum fudit: et oppressisset, nisi, &c.* hæc enim *potuit capere* abundant ex iisdem. Vides igitur ex *oppressisset* factum, ut sæpe, *oppressit, et.*’ Schott. ‘ *Dardanum* Leid. 2. Haun. Boend. Fran. Agripp. Ven. et Mach. *Dardanium* Leid. 1. *Cardamum* Gramm. *Orchienum* Ald. et Gryph. *Orchomenum* Schott. Sed tota hæc paragraphus fœdissimis librariorum ineptiis est agitata, ut difficile sit veram Aurelii manum agnoscere. *Orchomenum* debuit scribere Noster, sed an ita scripserit, ego non definio.’ *Arntz.* *Fudit et oppressisset, nisi* Schott. G. D. P. *apud Dardanum fluvium* Ed. pr.—6 *Eum acrius* Mss. ap. Schott. ‘ *Agris* uterque Leid. [Parisin.] et Agripp. *Argis* Fran. Boend. Gramm. [Ed. pr.] Mach. et Ven. *Cum agriis* Haun. *Cabiris* Aldus primus dedit eumque secutus Gryphius ceterique, si ex Mss. bene est, certe historiæ satis facit. Plutarch. in Lucull. p. 500. et seqq.’ *Arntz.* *Luc. prælio fudit* Haun.—7 *In regnum refugit* Leid. 1. Mox

NOTÆ

sua. Idem Plin. Solin. Valer. Quintil. Gell.

[c] *Nicomedem Bithynia, Ariob. Cap.*] A. U. C. 663. Sed sexto post anno, pace facta cum Sylla, suam quisque provinciam recepit. Vide quæ ad Florum notavimus III. 5. nam et hinc firmabis.

[d] *Et factum est*] Uno die octoginta millia Romanorum cæsa sunt, A. U. 666.

[e] *Excepta Rhodo*] Flor. ‘ Excepta Rhodo, quæ pro nobis stetit: ceterum Cyclades, Delos, Eubœa, et ipsum Græciæ decus Athenæ, tenebantur.’

[f] *Sylla*] Superiori capite.

[g] *Proditione Archelai*] ‘ Archelaus cum classe regia Syllæ se tradidit.’ Epitom. Liv. Sed quidam dissentiunt.

[h] *Apud Orchomenon*] Superiori capite.

[i] *Et oppressit; et potuit capere, nisi* [*Et oppressisset, nisi*] Flor. ‘ Et debellatum foret, nisi de Mithridate triumphare cito quam vere maluisset.’

[k] *Cabiris*] Cabiri populi in Ponto. Ibi *Cabira urbs.* Vide Plutarch. in Lucullo et Eutrop. lib. IV.

[l] *Fudit*] A. U. 680.

nem[n] popularium a Pharnace filio in turre obsessus, venenum sumsit. 8. Quod cum tardius biberet,[o] quia adversum venena multis antea[p] medicaminibus corpus firmarat, immissum percussorem Gallum Sithocum[q] auctoritate vultus territum revocavit, et in cædem suam manum trepidantis adjuvit.

popularem Ald. et libb. vett. *populorum* Ed. pr. 'Pro *in turre* Leid. 1. legit *in carcere*. Leid. 2. *in currere*, et Boend. *in curia*. Auctior est Haun. addens *filio suo*.' Arntz.—8 *Quod cum tardius subiret* Schott. G. D. P. *cum id tard. biberet* Ed. pr. Ald. *Quod cum id tardius ebiberet* Mss. ap. Schott. *cum id tardius subiret* Vascosan. Vide Nott. Var. *qui advers.* Ed. pr. Mox Leid. 1. *et ipsum* pro *immissum*. Tum *Gallum cito auctor.* Ed. pr. *Siticum* Pal. 2. '*Situcum* Leid. 1. *Scithocum* Leid. 2. *Tosicum* Fran. et Gramm. sed ab alia manu *Sithocum*: *Bithocum* ed. Agripp. *Bitœtum* scribendum esse iisdem argumentis volebat Fabricius ad Oros. lib. VI. cap. 5. et Sigon. ad Livii l. l. sed talia sunt incerta.' *Arntz.* Vide Not. Delph. Denique *adjuvavit* Fran. *audivit* Leid. 2. *adivit* Leid. 1.

NOTÆ

[m] *Nocturno prælio victus*] Eutrop. lib. VI. 'Mox ei' (Pompeio) 'delatum bellum etiam contra regem Mithridatem et Tigranem; quo suscepto, Mithridatem in Armenia minore, nocturno prælio vicit, castra diripuit.' Vide et Flor. lib. III. cap. 5. datum prælium A. U. 687.

[n] *Per seditionem*] Flor. 'Per defectionem civium, Pharnacisque filii scelere præventus, male tentatum veneno spiritum ferro expulit.'

[o] *Biberet* [*subiret*] Id est, 'penetraret.' Sic alicubi Virgil.

[p] *Multis antea*] Mithridates puer adhuc, cum illum veneno tutores peterent, 'Antidota sæpius bibit, et ita se adversus insidias exquisitis tutioribus remediis stagnavit, ut ne volens quidem senex mori potuerit.' Justin. lib. XXXVII.

[q] *Sithocum*] Liv. vocat 'Bithocum.' Forsan *Bithocum* legendum.

CAP. LXXVII.

CN. POMPEIUS MAGNUS.

ARGUMENTUM. Syllæ partes sequitur; Siciliam recipit; Numidiam Masinissæ restituit; triumphat; Lepidum Italia fugat; Sertorium vincit; piratas subigit; Tigranem ad deditionem, Mithridatem ad venenum compellit; Albanos . . . penetrat; in Hircanum mare pervenit; Cæsarem exercitum dimittere jubet; Urbe pellitur; in Pharsalia vincitur; ad Ptolemæum regem fugit, et ejus imperio occiditur Cn. Pompeius Magnus.

1. CN. POMPEIUS MAGNUS, civili bello Syllæ partes se-

CAP. LXXVII. 1 Pro *bello*, *prælio* Boend. et pro *Syllæ*, *Syllanos* Leid. 2.

cutus, ita egit,[a] ut ab eo maxime diligeretur. 2. Siciliam sine bello[b] a proscriptis recepit. Numidiam Hiarbæ ereptam Masinissæ[c] restituit. 3. Viginti sex annos natus triumphavit.[d] Lepidum,[e] acta Syllæ rescindere volentem, privatus Italia fugavit. 4. Prætor in Hispaniam[f] pro consulibus[g] missus Sertorium vicit. Mox[h] piratas[i] intra quadragesimum diem subegit. 5. Tigranem ad deditionem, Mithridatem ad venenum compulit. 6. Deinde mira felicitate nunc in septemtrione Albanos, Colchos,[k] Heniochos,[l]

—2 '*A* ante *proscriptis* non apparet in Fran. Leid. 2. Agripp. et Ven. [neque in Ed. pr.] quod vitio cumulans prior cod. *proscriptus* legit.' *Arntz.* *Iarbæ* Ald. et alii. *Hiarbæ* libb. vett. Vide Not. Delph. inf.—3 Mss. ap. Schott. *XXVI. annorum.* '*Annorum* etiam in nostris Mss. et edit. Mach. sed Boend. Fran. et Hann. non expungunt illud *natus*, quod tamen alii faciunt: repugnant ceteræ edd. *XXVII.* est in Haun.' *Arntz.* Mox *abrogavit* pro *fugavit* Ald. cum quinque scriptis et edd. ap. Arntz. *abnegavit* Ed. pr. *ablegavit* conj. Schott. pro *Italia fugavit* legit *obnegavit* Leid. 2.—4 *Proconsul* Agripp. et Ven. *Proconsuli* Ald. Gryph. et al. *proconsule* alii. Mox *intra quadraginta dierum spatia* Haun.—6 *Felicitate* [*et celeritate*] Schott. G. D. P. *felicitate rerum in sept.* Ed. pr. Ald. *in septentrionem* Mss. ap. Schott. Tum *Enoicos*

NOTÆ

[a] *Ita egit*] Tres legiones ad eum duxit; Carbonem consulem Syllæ inimicum interfecit.

[b] *Siciliam sine bello*] Post propositam a Sylla proscriptionis tabulam, proscripti in Siciliam fugerant; sed, adventante Pompeio, omnes facile cessere A. U. 671.

[c] *Numidiam Hiarbæ ereptam, Mas.*] Hæc mihi suspecta sunt. Legendum puto, *Numidiam Hiarbæ ereptam, Hiempsali restituit.* Quod ex historia verum est. Plutarch. in Pomp. εἷλε δὲ τῶν βασιλέων Ἰάρβαν τὸν συμμαχήσαντα Δομιτίῳ, τὴν δὲ βασιλείαν Ἰάμψαλι παρέδωκε· id est, *ex regibus autem Hiarbam, qui cum Domitio militaverat, cepit, et ejus regnum Hiempsali tradidit.* Hinc pendet Sallustii fragmentum lib. I. Histor. 'Id bellum excitabat metus Pompeii victoris, Hiempsalem in regnum restituentis.' Miror tam insigne mendum viros doctissimos latuisse. Sed non prætereundum est, esse qui ubique pro *Hiarba*, *Hierta* scribendum putent; verumque nomen esse *Hierta*.

[d] *Triumphavit*] A. U. 672. quo regnum Hiempsali restituit.

[e] *Lepidum*] M. Æmilium Lepidum cos. A. U. 675. Sed vide omnino Flor. lib. III. cap. ult.

[f] *Prætor in Hispaniam*] A. U. 676.

[g] *Pro consulibus*] Quidam *proconsul*; sed omnino *pro consulibus* verum est; nam cum Philippus carperetur quod privatum Pompeium pro consule mitteret; 'immo' respondit, 'non tantum eum pro consule, sed pro consulibus mittendum censeo.' Cicer. Philip. XI.

[h] *Mox*] A. U. 687.

[i] *Piratas*] Vide Flor. lib. III. cap. 6.

[k] *Albanos, Colchos*] Albani et Colchi, Iberi intra mare Caspium et Pontem Euxinum.

[l] *Heniochos*] Ad littus Eoum Caspii

Caspios,[m] Hiberos, nunc in oriente Parthos,[n] Arabes, atque Judæos cum magno sui terrore penetravit. 7. Primus in Hircanum,[o] Rubrum et Arabicum [p] mare usque pervenit. 8. Moxque diviso [q] orbis imperio, cum Crassus Syriam,[r] Cæsar Galliam,[s] Pompeius Urbem[t] obtineret; post cædem Crassi [u] Cæsarem dimittere exercitum jussit.[x] 9. Cujus infesto adventu Urbe pulsus, in Pharsalia victus,[y] ad Ptolemæum, Alexandriæ regem, fugit. 10. Hujus latus sub oculis uxoris et liberorum a Septimio, Ptolemæi præfecto, mucrone confossum est. 11. Jamque defuncti caput gladio præcisum, quod usque ad ea tempora fuerat ignoratum. 12. Truncus Nilo jactatus,[a] a Servio Codro [b] rogo

Ed. pr. *Eniochos* Mss. ap. Schott. ' *Enochios* [Parisinum exemplum,] Agripp. et Ven. *Eniochos* Boend. *Eniocos* Leid. 2. *Emiothas* Fran. *Ervias* Haun. *Gnochios* Gramm. sed vix digna sunt talia, ut ascribantur. *Colchos* et *Heniochos* ignorat Leid. 1. Malim tamen retinere aspirationem.' *Arntz.* *Iberos* Ald. Schott. G. D. P. *Tunc in oriente* Schott. G. D. P. *nunc in orientem* Ald. cum aliis. Mox *primus penetravit* Ed. pr.—7 *Hirc. Caspium, Rubrum* Schott. G. D. P. contra Mss. et edd.—8 *Mox cum divis. orb. imp. Crassus* Schott. G. D. P. *Mox diviso* Ald. In seqq. *ipse* pro *Pompeius* Ed. pr.—9 '*Confugit*, pro *fugit*, Schottus, [G. D. P.] qui e Ms. adjecerat *ejus imperio ab Achilla et Pothino satellitibus occisus est:* quæ tamen vocabula, quod a codd. absunt et orationis seriem turbant, Arntzen. inclusit uncis, Grunerus vero plane delevit.' *Harl.* Ea verba non habent Ed. pr. et Ald.—10 *A Photino Ptolemæi* Mediol. *a Theodoto* al. ' *Septimo* uterque Leid. Boend. et Haun. Pro *confossum* vero idem Boend. habet *interfectus.*' Arntz.—11 *Itemque defuncti* ante Ald. legebatur. ' Arntzen. docte copioseque vindicat vulgatum [*ignoratum*] contra Schottum, Aldinam lectionem [et lect. Gaesb. D. P.] *adoratum* defensurum et unice probaturum.' *Harl.*—12 *Jactus* Schott. G. D.

NOTÆ

maris in Margiana.

[m] *Caspios*] Ad mare Caspium.

[n] *Parthos*] Supra sinum Persicum.

[o] *Hircanum* [*Hircanum, Caspium*] Mare Caspium, quod et Hircanum dictum.

[p] *Rubrum et Arabicum*] Idem, nam mare Rubrum Arabicum etiam dicitur.

[q] *Moxque* [*Mox cum*] *diviso*] A. U. 693.

[r] *Crassus Syriam*] Vide Flor. lib. III. cap. 11.

[s] *Cæsar Galliam*] Flor. lib. III. cap. 10.

[t] *Pompeius Urbem*] Immo Hispaniam; sed nec ideo Urbem reliquit, quippe provinciam suam per legatos Afranium et Petreium administravit.

[u] *Cædem Crassi*] Qui in Syria Carris trucidatus est.

[x] *Cæsarem dimittere exercitum jussit*] Ut scilicet privatus, et supplex in Campo Martio consulatum more majorum peteret.

[y] *Pharsalia victus*] A. U. 705. Pharsalia, Thessaliæ regio. Inter Pharsalum et Enipeum fluvios.

[a] *Nilo jactatus* [*jactus*] Poëticum est pro *in Nilum;* Virgil. ' projecit fluvio,' &c. Id est ' in fluvium:' male quidam *Nilo jactatus.*

[b] *Servio Codro*] Codrum vocat eti-

inustus, humatusque est, inscribente sepulcro: HIC POSITVS EST MAGNVS.[c] 13. Caput ab Achilla, Ptolemæi satellite, Ægyptio velamine involutum, cum annulo Cæsari præsentatum est; qui non continens lacrymas, illud plurimis et pretiosissimis odoribus cremandum curavit.

P. cum Ald. '*Codro* ab uno abest Fran. [et a Pal. 1.] sed reliqui Mss. et edd. *Servio Codro* constanter scribunt.' *Arntz.* '*Inscribendo in ejusdem sepulcro* Mediol. qui mox ita interpungit: *Ab Achilla satellite Ægyptio, velamine involutum.*' Schott. Tum HIC SITVS EST MAGNVS POMPEIVS Schott. G. D. P. 'Lucan. VIII. 793. canit, 'Hic situs est Magnus:' et inde probabiliter sic nostro quoque loco Aldus, quem plures secuti sunt, reposuit; at repugnantibus codd. Atque *positus* sæpe in lapidibus. Klotz. l. m. laudat quoque Heinsium ad Ovid. Art. III. 740.' *Harl.*

NOTÆ

am Lucanus. Plutarch. vero hoc ascribit Philippo Pompeii liberto.

[c] *Hic positus est Magnus* [*Hic situs est Mag. Pomp.*] Hanc inscriptionem hemistichii loco retulit Lucanus: 'Hic situs est Magnus: placet hoc, fortuna! sepulcrum Dicere.' Unde non abs re conjectare quis possit apud Nostrum legendum esse (absque voc. *Pomp.*) *hic situs est Magnus;* nam Magni nomine concise Pompeius vocabatur.

ADDITAMENTUM

VIRORUM ILLUSTRIUM

EX LIBRIS ANTIQUIS MANU DESCRIPTIS.

CAP. LXXVIII.

CAIUS JULIUS CÆSAR.

ARGUMENTUM. Divus dicitur; Thermo contubernalis in Asiam proficiscitur; impudicitiæ infamatur; Dolabellam judicio opprimit; Rhodum petit; a piratis capitur et redimitur; Lusitaniam, Galliam, et Britanniam subigit; Pompeium in Pharsalia vincit; Pharnacem fugat; Jubam, Scipionem, et Pompeios juvenes vincit; a Cassio et Bruto occiditur Caius Julius Cæsar.

1. CAIUS JULIUS CÆSAR, veneratione rerum gestarum Divus dictus, contubernalis Thermo in Asiam profectus,

CAP. LXXVIII. 1 Hoc additamentum Schottus primus edidit. 'Quæ hic a Schotto addita sunt augmenta, in sex, quibus usi sumus, codd. non appa-

cum sæpe ad Nicomedem, regem Bithyniæ, commearet, impudicitiæ infamatus est. 2. Mox Dolabellam judicio oppressit.[a] 3. Dum studiorum causa Rhodum[b] petit, a piratis captus[c] et redemtus, eosdem et postea captos punivit. 4. Prætor Lusitaniam,[d] et post[e] Galliam, ab Alpibus usque, et oceanum bis[f] classe transgressus, Britanniam subegit. 5. Cum ei triumphus a Pompeio[g] negaretur, armis eum Urbe pulsum in Pharsalia vicit.[h] 6. Capite ejus oblato flevit et honorifice sepeliri fecit: mox[i] a satellitibus Ptolemæi obsessus,[k] eorum et regis nece[l] Pompeio parentavit. 7. Pharnacem,[m] Mithridatis filium, fama nominis fugavit. 8. Jubam[n] et Scipionem in Africa, Pompeios juvenes in Hispania apud Mundam[o] oppidum ingenti prælio vicit[p] 9. Deinde ignoscendo amicis odia cum armis deposuit: nam Lentulum[q] tantum, et Afranium, et Faustum, Syllæ filium, jussit occidi. 10. Dictator in perpetuum[r]

rent, quare ea leviori tantum cura perlustravimus.' *Arntz.*—9 'Pro *amicis* sensus videtur requirere ut legamus *inimicis*.' Arntz. prob. Harl.—10 'Admonendum semel, perpetuo in Mss. esse unica dictione *imperpetuum*.' Arntz.

NOTÆ

[a] *Dolabellam judicio oppressit*] Tamen ex Sueton. constat Dolabellam absolutum fuisse, cum repetundarum Cæsar postulavit.

[b] *Rhodum*] Nam ibi tunc florebant studia. Apollonio Moloni, clarissimo dicendi magistro, operam dedit.

[c] *A piratis captus*] Circa Pharmacusam insulam. Sueton.

[d] *Prætor Lusitaniam*] A. U. 693.

[e] *Post*] A. U. 694. 95. 96. et 97.

[f] *Bis*] Semel A. U. 698. iterum a. 699.

[g] *A Pompeio*] A quo jubebatur, dimisso exercitu, domum rediret: supra.

[h] *In Pharsalia vicit*] Supra in Pompeio.

[i] *Mox*] A. U. 706.

[k] *Obsessus*] In regia; Flor. lib. IV. cap. 2.

[l] *Regis nece*] Qui aqua suffocatus periit.

[m] *Pharnacem*] Eum Cæsar quatuor, quibus in conspectum venit, horis, una profligavit acie.

[n] *Jubam*] Mauritaniæ regem. Vide Flor. IV. 2. apud Thapson Africæ oppidum pugnatum A. U. 707.

[o] *Mundam*] Bæticæ urbem in inferiori Hispania.

[p] *Vicit*] A. U. 708. Vid. Flor. IV. 2.

[q] *Lentulum*] Merito hæc vox viris doctis suspecta est; neque enim invenies Lentulum jussu Cæsaris trucidatum. Legunt itaque *L. Cæsarem.* Ex Sueton. cap. 75. 'Nec ulli perisse, nisi in prælio reperientur, exceptis dumtaxat Afranio et Fausto, L. Cæsare juvene.' Hic L. Cæsar cognatus Cæsaris fuit.

[r] *Dictator in perpetuum*] Contra leges. Dictaturæ imperium tantum se-

factus a senatu, in curia, Cassio et Bruto cædis auctoribus, tribus et viginti vulneribus occisus est;[a] cujus corpore pro rostris posito, sol orbem suum celasse dicitur.

NOTÆ

mestre, et nunquam in annum prorogatum invenias, nisi id per extremam Reipub. necessitatem factum sit.

[a] *Occisus est*] A. U. 709.

CAP. LXXIX.

CÆSAR OCTAVIANUS.

ARGUMENTUM. In familiam Juliam transfertur; Brutum et Cassium, Sextum Pompeium, et Marcum Antonium debellat; reliquam orbis partem domat; Jani portas claudit; dictator fit perpetuus; et Divus Augustus appellatur Octavianus Cæsar.

1. CÆSAR OCTAVIANUS ex Octavia familia[a] in Juliam translatus, in ultionem Julii Cæsaris, a quo hæres fuerat institutus, Brutum et Cassium, cædis auctores, in Macedonia vicit.[b] Sextum Pompeium,[c] Cnei Pompeii filium, bona paterna repetentem, in freto Siculo[d] superavit. 2. Marcum Antonium consulem[e] Syriam obtinentem, amore Cleopatræ devinctum, in Actiaco Ambraciæ littore debellavit.[f] 3. Reliquam orbis partem[g] per legatos domuit. 4. Huic Parthi signa, quæ Crasso sustulerant, ultro reddiderunt.[h] 5. Indi,

CAP. LXXIX. 2 Ad *consulem* vide Not. Delph. Vocem eam admittunt

NOTÆ

[a] *Octavia familia*] Velitris oriunda.

[b] *In Macedonia vicit*] In Campis Philippicis A. U. 711. Vide Flor. lib. IV. cap. 7.

[c] *Sextum Pompeium*] Florus lib. IV. cap. 8.

[d] *In freto Siculo*] 'Tota mole belli penitus in Siculo freto juvenis oppressus est.' Flor. A. U. 717.

[e] *Marcum Antonium consulem*] Vox *consulem* mihi suspecta est. Neque enim tunc consul erat Antonius.

[f] *In Actiaco Ambraciæ littore deb.*] A. U. 722. Vide Flor. l. IV. c. 11.

[g] *Reliquam orbis partem*] Flor. lib. IV. cap. ult.

[h] *Ultro reddiderunt*] Idem Flor. 'Parthi quoque quasi victoriæ pœniteret, rapta clade Crassiana ultro signa retulere.' Sed falsum est, signa Romana a Parthis reddita, cum Phraatis filium Augustus remisisset. Quare sciens et volens Horatius etiam falsus est Od. lib. IV. od. ult. 'Tua, Cæsar, ætas Fruges et agris retulit uberes, Et signa nostro restituit Jovi, Derepta Parthorum superbis Postibus.'

Scythæ,[i] Sarmatæ, Daci, quos non domuerat, dona miserunt. 6. Jani gemini portas[k] bis ante se clausas, primo sub Numa,[l] iterum post primum Punicum bellum,[m] sua manu clausit.[n] 7. Dictator in perpetuum[o] factus, a senatu, ob res gestas Divus Augustus[p] est appellatus.

Arntz. Harl.—4 *Abstulerant* pro *sustulerant* al.—5 *Inde Scythæ* ante Schott. legebatur in Mss.

NOTÆ

[i] *Indi, Scythæ*] Horat. Od. lib. IV. 14. 'Te Cantaber non ante domabilis, Medusque, et Indus, te profugus Scythes Miratur, o tutela præsens Italiæ, dominæque Romæ!' Indi ultra et intra Gangem noti sunt; Scythæ ad ultimam septemtrionis plagam supra mare Caspium; Sarmatæ ad fluvium Rham, qui in mare Caspium incurrit; Daci ad Danubium.

[k] *Jani gemini portas*] Quæ apertæ, bellum; clausæ, pacem indicabant.

[l] *Sub Numa*] Qui primus per annos XLIII. clausas tenuit.

[m] *Post primum Punicum bellum*] A. U. 519.

[n] *Sua manu clausit*] Ter clausit. Vide quæ apud Flor. cap. ult. dicta sunt.

[o] *Dictator in perpetuum*] De hoc supra dictum. Hunc honorem Augustus fortiter repulit.

[p] *Augustus*] Ut dum terras colebat ipso nomine et titulo consecraretur. *Augustus* enim majestatis divinæ vox est, qua, quæ Diis consecrata sunt, insigniuntur.

CAP. LXXX.

CATO PRÆTORIUS.

ARGUMENTUM. Sociorum causæ ut se favere dicat, non adducitur; Ptolemæi pecuniam summa cum fide Romam perducit; Pompeii partes sequitur; et illo victo Uticæ semet occidit Cato Prætorius.

1. CATO, Prætorius, Catonis Censorii pronepos,[a] cum in domo avunculi Drusi educaretur, nec pretio nec minis potuit adduci a Q. Popedio Silone Marsorum principe, ut

CAP. LXXX. 1 '*A Qu. Popedio.* Sic emendo: in Mss. erat *ab Pedio*, pro *a Q. Popedio* vel *Pompedio*, de quo diximus in Metellum Pium: ubi vulgati codd. *Q. Pompeium* corrupte scribunt. Plut. in Mario 'Pompedium' appel-

NOTÆ

[a] *Catonis Censorii pronepos*] Vide Gellium lib. XIII. cap. 18.

favere se causæ sociorum[b] diceret. 2. Quæstor in Cyprum missus[c] ad vehendam ex Ptolemæi hæreditate[d] pecuniam, cum summa eam fide perduxit: præterea conjuratos[e] puniendos censuit. 3. Bello civili Pompeii partes secutus est: quo victo, exercitum per deserta Africæ[f] duxit; ubi Scipioni consulari delatum ad se imperium concessit. 4. Victis partibus, Uticam[g] concessit; ubi filium hortatus, ut clementiam Cæsaris experiretur, ipse lecto Platonis libro,[h] qui de bonis mortis est, semet occidit.

lat.' *Schott.*—2 Malit Arntz. *ad advehendam* pro *ad vehendam.*

NOTÆ

[b] *Causæ sociorum*] Qui jus civitatis sibi a Druso promissum armis repetebant. Inde bellum sociale, de quo supra.

[c] *Quæstor in Cyprum missus*] Vide quæ apud Florum dicta sunt lib. III. cap. 9.

[d] *Ptolemæi hæreditate*] Cave hic hæreditatem ita accipias quasi populum Rom. Ptolemæus hæredem fecerit: nam contra est. *Hæreditate*, id est, 'bonis.' Vivo enim adhuc Ptolemæo, Clodius ei infensus legem tulit ut ejus bona publicarentur, et Cyprus in provinciæ formam redigeretur. Missus igitur Cato qui ejus bona ad populum Rom. transferret.

[e] *Conjuratos*] Lentulum et alios. Ejus orationem vide apud Sallust. Catilin.

[f] *Per deserta Africæ*] Vell. lib. II. cap. 55. 'Eorumque' (Jubæ et Scipionis) 'copias auxerat Marcus Cato, ingenti cum difficultate itinerum locorumque inopia, perductis ad eos legionibus: qui vir cum summum ei a militibus deferretur imperium, honoratiori parere maluit.'

[g] *Uticam*] Maritimam Africæ urbem prope Carthaginem.

[h] *Platonis libro*] Qui Phædon dicitur; de immortalitate animæ hic egit Plato. In eum librum extat Callimachi epigramma, quod interpretes non intellexerunt.

CAP. LXXXI.

M. TULLIUS CICERO.

ARGUMENTUM. Genus ab Attio Tullo ducit; Athenis Antiochum philosophum audit; Rhodi Molonem rhetorem magistrum habet; Siciliam quæstor habet; Verrem repetundarum ædilis damnat; Ciliciam latrociniis prætor liberat; conjuratos consul capite punit; in exilium agitur; Romam redit; Pompeium bello civili sequitur; a Cæsare veniam accipit; Antonium hostem judicat; et fugiens occiditur M. Tullius Cicero.

1. MARCUS TULLIUS CICERO, genere Arpinas,[a] patre

equite Romano natus, genus a Tullo Attio rege[b] duxit. 2. Adolescens Rosciano judicio[c] eloquentiam, et libertatem suam adversus Syllanos ostendit: ex quo veritus invidiam Athenas studiorum gratia[d] petivit, ubi Antiochum, Academicum philosophum, studiose audivit.[e] Inde eloquentiæ gratia Asiam, post Rhodum petiit, ubi Molonem[f] Græcum rhetorem tum disertissimum, magistrum habuit; qui flesse dicitur,[g] quod per hunc Græcia eloquentiæ laude

CAP. LXXXI. 1 *A Tito Tatio rege* Schott. G. D. P.—2 'Ms. C. noster *Milonem* depravate scripserat.' *Schott.* 'Marklandus ad Statium Silv. III.

NOTÆ

[a] *Arpinas*] Arpinum. Urbs apud Hirpinos.

[b] *A Tullo Attio* [*Tito Tatio*] *rege*] Eusebius in Chronicis, et Plutarch. in vita Cicer. genus ad Volscorum regem retulere, sed 'Tullum Attium' nominant. 'Tullum' vocat Silius Italicus lib. VIII. 'Tullius æratas raptabat in agmina turmas, Regia progenies, et Tullo sanguis ab alto.'

[c] *Rosciano judicio*] Cum Roscius Amerinus Romæ occisus esset, ejus bona, tanquam proscripti, Sylla hastæ subjecit: ea emit Chrysogonus ejus libertus duobus millibus nummum. Sed cum filius, idemque hæres Roscii, bona patris ita vendita esse ægre ferret, eaque sexagies esse demonstraret; Sylla coargui se graviter tulit, et Roscii filii nomen opera Chrysogoni de parricidio deferendum curavit. Cum Roscii patrocinium ob Syllæ metum nemo susciperet, adolescens ad Ciceronem confugit, qui an. natus XXVII. eum contra Syllæ dominantis opes defendit. Victor in causa, magna in admiratione fuit, et ipse Cicero in Bruto sic scribit: 'Itaque prima causa publica pro Sex. Roscio dicta tantum commendationis habuit, ut non ulla esset, quæ non nostro digna patrocinio videretur.'

[d] *Athenas studiorum gratia*] Post biennium quam Roscium defenderat; nec propter metum Syllæ, sed ut consuetudinem dicendi vitaret, quod propter infirmitatem corporis, nimiam in dicendo vocis contentionem latera non ferrent. Cicer. in Bruto.

[e] *Studiose audivit*] Sex menses. Cicer. in Bruto: 'Cum venissem Athenas, sex menses cum Antiocho, veteris academiæ nobilissimo, et prudentissimo philosopho, fui, &c. post a me Asia tota peragrata est.'

[f] *Molonem*] Quem antea Romæ audiverat; ut ipse Cicer. in Bruto: 'Rhodum veni, meque ad eundem, quem Romæ audiveram, Molonem applicavi, cum actorem in veris causis, scriptoremque præstantem, tum in notandis animadvertendisque vitiis, et instituendo, docendoque, prudentissimum.'

[g] *Qui flesse dicitur*] Apollonius Molo, Latinæ linguæ rudis, Ciceronem oravit ut Græce declamaret; in quo cum ideo illi obtemperasset, quod putaret se ita melius corrigi posse, Apollonius neque, orante Cicerone, lætitiam præ se tulit; et cum perorasset, defixus in cogitatione diu sedit; quod ubi Ciceronem ægre ferre sensit, hæc ejus vox erupit: 'Te equidem, M. Tulli! collaudo et admiror: sed me

privaretur. 3. Quæstor Siciliam habuit.[h] Ædilis[i] Caium Verrem[k] repetundarum damnavit. Prætor Ciliciam[l] latrociniis liberavit.[m] 4. Consul[n] conjuratos[o] capite punivit. Mox invidia P. Clodii,[p] instinctuque Cæsaris et Pompeii, quos dominationis suspectos, eadem, qua quondam Syllanos,[q] libertate perstrinxerat, solicitatis Pisone[r] et Gabinio consulibus, qui Macedoniam Asiamque provincias in stipendium opera hujus acceperant, in exilium actus;[s] mox ipso referente Pompeio[t] rediit;[*] eumque civili bello[u] se-

[*] *Continuo per odium P. Clodii et solicitationem Cæsaris et Pompeii quos affectati regni suspectos eadem libertate taxaverat, qua olim Syllanos; in exilium pulsus, allectis Gabinio et Pisone consulibus qui Macedoniam Syriamque provincias hujus (Clodii) opera in mercedem acceperant; statim eodem orante Pompeio, revocatus est.*

4. 13. malebat, *Molonem Græcorum Rhetorum tum disertissimum, &c.*' Arntz. —4 *Macedoniam Syriamque* Schott. G. D. P. improb. Arntz. Vide Not. Var. Mox *operæ hujus* legendum opinatur Sylburg. Quod si ea reciperetur conjectura, potius Noster scripsisset, judice Arntz. *hujus operæ*.

NOTÆ

Græcorum fortunæ miseret, cum videam doctrinæ et eloquentiæ laudem quæ sola nobis reliqua erat, per te ad Romanos translatam esse.'

[h] *Quæstor Siciliam habuit*] A. U. 678. ætatis suæ 32. De quæstura Cicer. ipse Cicero in Orat. pro Plancio: 'Non vereor,' inquit, 'ne quis audeat dicere, ullius in Sicilia quæsturam aut gratiorem aut clariorem fuisse: frumenti in summa caritate maximum numerum miseram, negotiatoribus comis, mercatoribus justus, municipibus liberalis, sociis abstinens, omnibus eram visus in omni officio diligentissimus; excogitati quidem erant a Siculis honores inauditi.'

[i] *Ædilis*] A. U. 683. ætatis suæ 37.

[k] *Caium Verrem*] Verres ex prætura Siciliam provinciam per triennium tenuerat, atque in ea fuerat libidinose, avare, crudeliterque versatus; quare repetundarum reus a Siculis postulatus est, quorum patrocinium suscepit Cicero.

[l] *Prætor Ciliciam*] A. U. 702. ætatis suæ 56. Sed provinciam consularem Ciliciam privatus obtinuit. Quare hic prætor is est qui cum imperio extraordinario in provinciam missus est.

[m] *Liberavit*] Vide ad Att. lib. v. epist. 20. ad Fam. lib. II. epist. 10. et lib. XV. epist. 4.

[n] *Consul*] A. U. 690. ætatis suæ 45.

[o] *Conjuratos*] Lentulum, Cethegum, Statilium, Gabinum, et alios qui cum Catilina conjuraverant.

[p] *Invidia P. Clodii*] Qui tunc tribunus plebis erat.

[q] *Syllanos*] Cum Roscium defendit.

[r] *Solicitatis Pisone*] Clodius pactus cum consulibus, Gabinio Syriam, Babylonem, Persas; Pisoni Achaiam, Thessaliam, Græciam, Macedoniam, omnemque Bœotiam dedit.

[s] *In exilium actus*] A. U. 695. ætatis suæ 49.

[t] *Ipso referente Pompeio*] Immo referente L. Mummio tribuno plebis,

cutus est.[x] 5. Quo victo veniam a Cæsare ultro[y] accepit: quo interfecto Augustum fovit: Antonium[z] hostem judicavit. 6. Et cum triumviros[a] se fecissent Cæsar, Lepidus, Antoniusque, concordia non aliter visa est[b] inter eos jungi posse, nisi Tullius necaretur: 7. qui, immissis ab Antonio percussoribus, cum forte Formiis[c] quiesceret, imminens exitium corvi auspicio[d] didicit, et fugiens[e] occisus est.[f] Caput ad Antonium relatum.

NOTÆ

et adjuvante Pompeio. *Referente;* id est, in senatu verba faciente.

[w] *Civili bello*] Cæsaris et Pompeii.

[x] *Secutus est*] Vide ad Fam. l. XIV. epist. 7. et orat. pro Ligario. Tunc Cicero annum agebat LVIII.

[y] *Ultro*] Nam ipse Cæsar literas ad Ciceronem ex Ægypto misit, ut esset idem qui fuisset.

[z] *Antonium*] Cos. A. U. 709. ætatis Ciceronis 63.

[a] *Et cum triumviros*] A. U. 710. Vide Flor. lib. IV. c. 6.

[b] *Concordia non aliter visa est*] Antonius enim nullam conditionem accipere se dicebat, nisi primus Cicero interficeretur: primis diebus pro Ciceronis salute certavit Octavius; sed tertio demum die cessit, ejusque vitam prodidit.

[c] *Formiis*] Prope Caietam.

[d] *Corvi auspicio*] Cum Cicero servis se ad Caietam deportandum navigio commisisset, ubi prædia habebat, et blandum æstate Etesiarum diebus perfugium, e sacello Apollinis quod ibidem supra mare erat, corvi cum clangore ad ejus navem, quæ ad littus appellebatur, confestim advolarunt atque ex utraque parte antennæ insidentes partim crocitarunt, partim rudentum capita rostris tutuderunt: idque signum omnibus infaustum est visum. Cicero tamen egressus in villam se recepit, et quieti dedit. Ibi corvorum magna pars tristi voce ad fenestram assedit: unus in lectum devolavit, et rostro vestem, qua Cicero tectus erat, paulatim ab ore ipsius removit. Plutarch. Cicer. Valer. Max. l. I. c. 4.

[e] *Fugiens*] Lectica per sylvestres et opacas ambulationes.

[f] *Occisus est*] A Popilio Lænate quem olim parricidii reum ipse defenderat. Tunc Cicero natus erat an. 64. minus 26. diebus.

CAP. LXXXII.

MARCUS BRUTUS.

ARGUMENTUM. Philosophiam et eloquentiam discit; Cytheridem amat; in Ciliciam quæstor proficisci non vult; Pompeium bello civili sequitur; a Cæsare veniam accipit; Galliam proconsul regit; Cæsarem occidit; ab Augusto vincitur; et Stratoni cervicem præbet Marcus Brutus.

1. MARCUS BRUTUS, avunculi Catonis imitator, Athenis

philosophiam, Rhodi eloquentiam didicit. 2. Cytheridem mimam [a] cum Antonio et Gallo poëta amavit. 3. Quæstor in Galliam proficisci noluit, quod is bonis omnibus displicebat. 4. Cum Appio Claudio in Cilicia fuit: et cum ille repetundarum [b] accusaretur, ipse ne verbo quidem infamatus est. 5. Civili bello a Catone ex Cilicia retractus, Pompeium secutus est: quo victo, veniam a Cæsare accepit, et proconsul Galliam rexit; [c] tamen cum aliis conjuratis in curia Cæsarem occidit. 6. Et ob invidiam veteranorum [d] in Macedoniam missus, ab Augusto in campis Philippiis victus. Stratoni cervicem præbuit. [e]

CAP. LXXXII. 2 *Cyth. mimum* in Ms. Tum *poëta* del. Schott. G. D. P. —3 '*In Galliam.* Omissum est nomen imperatoris, cui Brutus quæstor esse noluit; fortasse igitur legendum, *Quæstor cum Cæsare in Galliam proficisci noluit.* Cæsar enim per illos annos Galliæ proconsul fuit.' *Sylburg.*—4 '*Cum Appio socio.* Sic scriptum reperi, unde conjeci pro *socio, Clodio* primum fuisse. *Clodii* enim, *Claudii* ipsi post dicti sunt, migrante diphthongo *au* in *o*, ut et *aula* in *olla* et similia.' *Schott.*—6 *Philippicis* Schott. G. D. P. contra omnes Mss.

NOTÆ

[a] *Cytheridem mimam*] Cytheris, Volumnii liberta, quam Antonius, et Cornelius Gallus poëta eximius deperibant; sed ea, spreto Cornelio, Antonium in Galliam secuta est. Lycorin vocat Virgil. Eclog. x. 'Tua, Galle! Lycoris Perque nives alium, perque horrida castra secuta est.' Meminit Cicero Philipp. xi. et l. x. ep. 10. ad Atticum.

[b] *Cum ille repetundarum*] Eum accusavit P. Cornelius Dolabella.

[c] *Proconsul Galliam rexit*] Galliam Cisalpinam intellige, cui, ad bellum Africanum proficiscente Cæsare, præfectus Brutus A. U. 707.

[d] *Ob invidiam veteranorum*] Qui Cæsarem diligebant, et ejus necem impatienter ferebant.

[e] *Stratoni cervicem præbuit*] 'Ipse quoque uni comitum suorum confodiendum præbuit latus.' Florus lib. iv. cap. 7.

CAP. LXXXIII.

C. CASSIUS LONGINUS.

ARGUMENTUM. In Syria Crassi quæstor est; Osacem superat; Caryota cognominatur; Cæsarem oppugnat; civili bello Pompeium sequitur; a Cæsare veniam accipit; conjurationis adversus Cæsarem auctor est; ab Antonio vincitur; et Pandaro jugulum præbet C. Cassius Longinus.

1. CAIUS CASSIUS LONGINUS quæstor Crassi in Syria

fuit, post cujus cædem, collectis reliquiis, in Syriam rediit. 2. Osacem, præfectum[a] regium, apud Orontem[b] fluvium superavit. 3. Dein, quod coëmtis Syriacis mercibus fœdissime negotiaretur, Caryota cognominatus est.[c] 4. Tribunus plebis Cæsarem oppugnavit. 5. Bello civili Pompeium secutus classi præfuit. A Cæsare veniam accepit; tamen adversus eum conjurationis auctor cum Bruto fuit, et in cæde dubitanti cuidam, Vel per me, inquit, feri:[d] magnoque exercitu comparato, in Macedonia Bruto conjunctus in campis Philippiis ab Antonio victus, cum eandem fortunam[e] Bruti putaret, qui Cæsarem vicerat, Pindaro liberto jugulum præbuit. 6. Cujus morte audita, Antonius exclamasse dicitur, Vici.

CAP. LXXXIII. 2 ' *Osacem.* Sic emendo de ingenio. In Mss. *Lysacen* scriptum inveni et *Sysacen:* quem non agnosco.' *Schott.*

NOTÆ

[a] *Osacem, præfectum*] Cicer. Epist. ad Att. lib. v. ep. 20. ' Rumore adventus nostri, et Cassio, qui Antiochia tenebatur, animus accessit, et Parthis timor injectus est; itaque eos cedentes ab oppido Cassius insecutus, rem bene gessit. Qua in fuga, magna auctoritate, Osaces dux Parthorum, vulnus accepit, eoque interiit paucis post diebus.' Osaces Pacori filii regis Orodis nomine exercitum ductabat a Cassio victus A. U. 702.

[b] *Orontem*] In Syria.

[c] *Caryota cognominatus est*] Quippe cum in Syria tantum ' caryotæ ' nascantur, iis præcipue negotiabatur. Varr. lib. de Re Rustica cap. 1. ' Non scitis palmulas, caryotas in Syria parere in Judæa, in Italia non posse.' Caryotæ Gallice *dattes.*

[d] *Vel per me, inquit, feri*] Sic apud Justinum Gobrias Magum medium amplexus, cunctantibus sociis, ne ipsum pro Mago transfoderent, quia res obscuro loco gerebatur, vel per suum corpus adigi Mago ferrum jussit.

[e] *Cum eandem fortunam*] Brutus Augusti, Antonius vero Cassii castra devicerat: Cassius autem cum rapido impetu recipientes se Bruti equites videret, fugere arbitratus, transactum de partibus ratus, uni de proximis auferendum præbuit caput. Vide Flor. l. IV. c. 7.

CAP. LXXXIV.

SEXTUS POMPEIUS.

ARGUMENTUM. Apud Mundam vincitur; Siciliam petit; mare obsidet; Italiam vexat; se Neptuni filium confitetur; pace facta cum Antonio et Cæsare epulatur; rupto fœdere victus in Asiam fugit, et occiditur Sextus Pompeius.

1. SEXTUS POMPEIUS in Hispania apud Mundam victus,[a] amisso fratre,[b] reliquiis exercitus collectis Siciliam petiit, ubi ruptis ergastulis [c] mare obsedit. 2. Interceptis commeatibus Italiam vexavit; et cum mari feliciter uteretur, Neptuni se filium [d] confessus est,[e] eumque bobus auratis et equo placavit. 3. Pace facta epulatus in navi cum Antonio et Cæsare non invenuste ait, Hæ sunt meæ carinæ:[f] quia Romæ in Carinis[g] domum ejus Antonius tenebat. 4. Rupto per eundem Antonium[h] fœdere, Sextus ab Augusto per Agrippam navali prælio victus in Asiam fugit, ubi ab Antonianis militibus occisus est.

CAP. LXXXIV. 4 'Potius existimarim, *Antonium* a glossatoris manu interrepsisse, et *eundem* referendum ad Pompeium; neque tum quicquam debet offendere, quod sequatur *Sextus*, cum tales constructiones novæ non sint. In prioribus edd. conjectura Schotti hæc legebatur: *Rupto per eundem Pompeium fœdere, ab Augusto*. Sed contra mentem viri optimi, qui tres ultimas voces expungi jusserat in Add. Tamen vulgatas editt. secutus est Hesselius ad Vibium p. 75.' *Arntz.*

NOTÆ

[a] *Apud Mundam victus*] Flor. lib. IV. cap. 11.

[b] *Amisso fratre*] Cn. Pompeio, quem prælio profugum Cesonius apud Lauronem oppidum consecutus, pugnantem interfecit.

[c] *Ubi ruptis ergastulis*] Flor. lib. IV. cap. 8. 'Contractisque infelicis belli reliquiis, cum insuper ergastula armasset, Siciliam Sardiniamque habebat jam, et classe medium mare insedebat.'

[d] *Neptuni se filium*] Unde et Neptunius ab Horatio dicitur per derisum.

[e] *Confessus est*] Id est, palam professus est.

[f] *Hæ sunt meæ carinæ*] Hac lepida ambiguitate Antonio exprobravit eum ex proscriptione domum suam, quæ in Carinis erat, possidere. Vide Dion.

[g] *Carinis*] Carinæ, regio Urbis Romanæ, inter lautissimas; unde Virg. 'Lautis mugire Carinis.'

[h] *Per eundem Antonium*] Non immerito hic locus Schotto viro doctissimo suspectus est. Et certe legendum ut ipse emendavit, *rupto per eundem Pompeium fœdere ab Augusto, &c.* Eutrop. lib. VII. 'Interim Pompeius pacem rupit: et navali prælio victus, fugiens ad Asiam, interfectus est.'

CAP. LXXXV.

MARCUS ANTONIUS.

ARGUMENTUM. In expeditionibus Julio Cæsari comes est; ei diadema imponere tentat; mortuo honores divinos decernit; Augustum perfidiose tractat; ab illo victus in Galliam fugit; Brutum occidit; in gratiam cum Cæsare redit; triumvir proscriptionis auctor est; Parthis bellum infert; ab illis, et deinde ab Augusto vincitur; et necem sibi consciscit Marcus Antonius.

1. MARCUS ANTONIUS in omnibus expeditionibus Julio Cæsari comes, Lupercalibus [a] diadema ei imponere tentavit: mortuo [b] divinos honores decrevit. 2. Augustum perfidiose tractavit;[c] a quo apud Mutinam victus, Perusii fame domitus [d] in Galliam fugit. Ibi Lepidum sibi collegam adjunxit: Brutum,[e] exercitu ejus corrupto, occidit:

CAP. LXXXV. 2 *Perusii fame domitus.* Vide Not. Delph. 'Confundit prænomina duorum, quæ supina negligentia in unum hominem confert.' *Arntz.*

NOTÆ

[a] *Lupercalibus*] Sueton. cap. 79. 'Et Lupercalibus pro rostris a consule Antonio admotum sæpius capiti suo diadema repulerit, atque in Capitolium Jovi Opt. Max. miserit.' Lupercalia erant Romæ die XV. Februarii.

[b] *Mortuo*] Sueton. cap. 84. 'Laudationis loco consul Antonius per præconem pronuntiavit senatus consultum, quo omnia ei divina simul atque humana decreverat,' &c.

[c] *Augustum perfidiose tractavit*] Lacerabat furtis hæreditatem, insectabatur probris, cunctis artibus cooptationem Juliæ gentis inhibere non desinebat. Flor. lib. IV. cap. 4.

[d] *Perusii fame domitus*] Certe hic aliquid turbatum est, neque enim M. Antonius Perusii fame domitus, sed L. Antonius. Deinde quæ sequuntur, pendent a superioribus, 'apud Mutinam victus in Galliam fugit: ibi Lepidum sibi,' &c. Idque ex historiæ fide Vell. lib. II. cap. 63. 'Interim Antonius fuga transgressus Alpes primo per colloquia repulsus a M. Lepido, qui pontifex maximus in C. Cæsaris locum furto creatus, decreta sibi Hispania, adhuc in Gallia morabatur: mox sæpius in conspectum veniens militum, cum et Lepido omnes imperatores forent meliores, et multis Antonius, dum erat sobrius, per aversa castrorum proruto vallo, militibus receptus est: qui titulo imperii cedebat Lepido, cum summa virium penes eum foret.'

[e] *Brutum*] Decimum Brutum. Vell. cap. 64. 'D. Brutus desertus primo a Planco, post etiam insidiis ejusdem petitus, paulatim relinquente eum exercitu, fugiens in hospitis cujusdam nobilis viri, nomine Cameli, do-

reparatis viribus in Italiam regressus cum Cæsare in gratiam rediit. 3. Triumvir factus [f] proscriptionem a Lucio Cæsare avunculo suo cœpit. 4. In Syriam missus bellum Parthis [g] intulit: a quibus victus, vix tertiam partem de quindecim [h] legionibus in Ægyptum perduxit: ibi Cleopatræ amore devinctus in Actiaco littore [i] ab Augusto victus est.[k] In Alexandriam regressus, cum habitu regio in solio regali sedisset, necem sibi conscivit.

NOTÆ

mo, ab iis quos miserat Antonius, jugulatus est.'

[f] *Triumvir factus*] A. U. 710.

[g] *In Syriam missus bellum P.*] A. U. 717. Vide Flor. lib. IV. cap. 10.

[h] *Vix tertiam partem de quindecim*] 'Vix tertia parte de sedecim legionibus reliqua.' Flor.

[i] *In Actiaco littore*] Juxta Ambracium sinum.

[k] *Augusto victus est*] A. U. 722.

CAP. LXXXVI.

CLEOPATRA REGINA.

ARGUMENTUM. A Ptolemæo fratre et marito pellitur; ad Cæsarem venit; Ptolemæi regnum et necem ab eo impetrat; Antonio jungitur; cum eo vincitur; et aspidibus admotis perit Cleopatra regina.

1. CLEOPATRA, Ptolemæi regis Ægyptiorum filia, a fratre suo Ptolemæo eodemque marito,[a] quem fraudare regno voluerat, pulsa, ad Cæsarem bello civili [b] in Alexandriam venit: ab eo specie sua et concubitu regnum Ptolemæi et necem impetravit. 2. Hæc tantæ libidinis fuit, ut sæpe prostiterit: tantæ pulchritudinis, ut multi noctem illius

NOTÆ

[a] *Fratre suo P. eodemque marito*] Sic Ptolemæi et soror et conjux fuit Berenice. Hygin. lib. II. Theocrit. Hym. in Ptolem. de ea: Ἐκ θυμοῦ στέργοισα κασίγνητόν τε πόσιντε· *Ex animo diligens fratremque virumque.* Id est Ptolemæum. Et illud sane regibus Ægypti familiare.

[b] *Ad Cæsarem bello civili*] A. U. 706.

morte emerint. 3. Postea Antonio juncta, cum eo victa,[c] cum se illi inferias ferre simularet in mausoleo ejus,[d] admotis aspidibus periit.

NOTÆ

[c] *Cum eo victa*] Ad Actium, supra.

[d] *In mausoleo ejus*] Florus lib. IV. cap. 11. 'Incautiorem nacta custodiam, in mausoleum se, sepulcra regum sic vocant, recipit. Ibi maximos, ut solebat, induta cultus, in differto odoribus solio, juxta suum se collocavit Antonium, admotisque ad venas serpentibus, sic morte quasi somno soluta est.'

SEXTI AURELII VICTORIS
DE CÆSARIBUS
HISTORIA
AB AUGUSTO OCTAVIO,
ID EST, A FINE TITI LIVII USQUE AD CONSULATUM DECIMUM CONSTANTII AUGUSTI, ET JULIANI CÆSARIS TERTIUM.

CAP. I.

OCTAVIANUS AUGUSTUS.

1. ANNO Urbis septingentesimo fere vicesimoque[a] secundo etiam[b] mos Romæ incessit uni prorsus parendi. 2. Namque Octavianus patre Octavio, atque adoptione magni avunculi[c] Cæsaris, ac mox procerum consulto ob victoriam patriam[d] placide exercitam, Augusti cognomento

CAP. I. 1 '*Vicesimoque duobus.* Sic integre scriptum habet calamo exaratus cod. pro *secundo.* Quæ res statim initio operis conturbare lectorem queat; verum insolens non est auctori nostro numerum cardinalem ordinali et retro vicissim commutare, ut grammaticorum filii appellant. Erit fortasse qui sic interpungendum putet: *vicesimoque, duobus etiam:* ut ἐλλειπτικῶς 'additis' vel simile exaudiatur.' *Schott.*—2 '*Victoriam patriam.* Hic locus mire torsit ingenium et diligentiam interpretum. Schottus, quem plures se-

NOTÆ

[a] *Septingentesimo fere vicesimoque*] Imperium Augusti hoc Noster orditur a pugna Actiaca, ut plurimi; alii a sexto ejus consulatu A. U. 725. alii denique a primo ejus consulatu A. U. 710. quos sequuntur qui Augustum imperasse aiunt a. 56.

[b] *Etiam*] Idem valet ac 'rursus,' 'iterum.'

[c] *Magni avunculi*] Optime hic. Cæsar enim Augusti magnus avunculus fuit; id est, avunculi avunculus. Quare male qui Epitomen scripsit, 'Majoris avunculi.' Vide quæ ibi dicta sunt.

[d] *Ob victoriam patriam*] Omnino legendum, ut monuit doctissimus Schottus, *ob victoriam partium;* hoc est, Bruti, Cassii, Antonii. a. 4. post devictum Antonium, Augusti nomen accepit.

dictus, illectis per dona militibus, atque annonæ curandæ [e] specie vulgo, ceteros haud difficulter subegit.[a] 3. Eoque modo annis quatuor circiter et quadraginta actis,[f] morbo Nolæ [g] consumtus, adjectis imperio civium Rhætis,[h] Illyricoque, ac pacata exterarum gentium ferocia, nisi Germaniæ.[i] 4. Quamquam tertius post Numam, victo Antonio, Janum clauserit,[k] quod jure Romano quiescentibus bellis accidebat. 5. Mores viro civiles lepidique,[l] flagrante haud modice luxuria,[m] ludorumque cupidine [n] atque ad somnum intemperantie.[o] 6. Doctorum, qui abunde erant, necessariorumque [p] percultor, cum eloquentiæ studio,[q] ac religionibus [r] mire retineretur.[s] Pater

[a] *Delinitis militibus per munera, atque specie annonæ procurandæ populo; reliquos non difficulter sibi subjecit.*

cnti sunt, malebat *ob victoriam partium;* Arntzen. quoque conjecit *ob victoriam Actiacam.* Sed Gruner nihil mutans, *victoriam patriam* Aurelium dixisse rectius putat pro 'victoria de patria,' pluribusque illustrat exemplis.' *Harl.* Mox 'ex loco Taciti Annal. I. 1. confirmatur id quod olim conjeceram, *vulgus* pro *vulgo* esse reponendum. Intelligit enim milites, plebem et Patres, nisi revoces *illecto.*' Arntz.—6 *Mire detineretur,* aut simpliciter *teneretur,* malit Grut,

NOTÆ

[e] *Atque annonæ curandæ*] Augustus sexto consulatu milites donis, populum annona, reliquos vel pecunia vel otii dulcedine pellexit. Tacit. Annal. I. c. 1. ubi 'militem donis, populum annona, cunctos dulcedine otii pellexit.'

[f] *Annis quatuor circ. et q. a.*] Post victum Antonium scilicet. Nam tunc natus erat a. 76.

[g] *Nolæ*] In Picentinis non longe a Neapoli.

[h] *Rhætis*] In Alpibus.

[i] *Nisi Germaniæ*] Id est, 'prætterquam Germaniæ.' Pacata externarum gentium ferocitate, præter ferocitatem Germaniæ.

[k] *Janum clauserit*] Vide supra Vir. Illust. in Augusto.

[l] *Civiles lepidique*] Civilis et civilitas non est id quod Gallice sonat. Princeps civilis est, qui non tyrannus, non ferox, non impotens est. Contra incivilis ille dicitur qui cives et populos suos pro belluis habet. Civilitatis Augusti aliquot exempla persequitur Sueton. cap. 56.

[m] *Flagrante haud modice luxuria*] Luxuria proprie de profusis impensis dicitur, et luxuriosus, prodigus, profusus, sumtuosus: sed hic per 'luxuriam,' libidinem et in voluptate solutionem intelligo quomodo sequioris ævi scriptoribus accipitur. Vide Epitom.

[n] *Ludorumque cupidine*] Huc pertinere arbitror ista Suetonii cap. 75. 'Festos et solennes dies profusissime, nonnunquam jocalariter tantum, celebrabat.'

[o] *Ad somnum intemperantie*] Modici tamen somni Augustum fuisse patet ex Sueton. cap. 78.

[p] *Necessariorumque*] Necessarii dicuntur, vel cognati, vel affines.

[q] *Eloquentiæ studio*] Sueton. c. 84. 'Eloquentiam, studiaque liberalia, ab

Patriæ, ob clementiam, ac tribunitia potestate perpetuo habitus:[t] hincque ut Deo, Romæ[u] provinciisque omnibus per urbes celeberrimas,[x] vivo mortuoque templa, sacerdotes, et collegia[y] sacravere. 7. Felix adeo, (absque liberis tamen simulque conjugio,[z]) ut Indi, Scythæ,[m] Garamantes,[n] ac Bactri legatos mitterent orando fœderi.

quod et aliis in mentem venit. Mox 'Gruner. malit, quod Augustus a plebe ob tribunitiam potestatem cognomen patris patriæ meruisse videatur, legere, *Pater patriæ ob clementiam ac tribunitiam potestatem perpetuo habitus.*' Harl. Mox 'si τὸ *vivo* ad voc. *provinciis* referamus, τὸ *mortuo* autem ad voc. *Romæ*, uti Vignolius et Gruner. (cujus notam consules,) fecerunt; neque Victorem erroris arguamus necesse est, (quoniam Augusto vivo templa Romæ dedicata non esse constat,) neque correctione, *huicque uti* (vel *et*) *Deæ Romæ provinciisque, &c.* Arntzeniana opus erit.' *Harl.*—7 *Indi* pro *Judæi* ex emendatione Schotti.

NOTÆ

ætate prima, et cupide et laboriosissime exercuit.'

[r] *Religionibus*] De Augusti pietate Sueton. cap. 31.

[s] *Retineretur*] Malim *detineretur*, vel potius *teneretur*, ut et aliis placuit.

[t] *Tribunitia potestate perpetuo habitus*] Sueton. cap. 27. 'Tribuniciam potestatem perpetuam recepit, in qua semel atque iterum per singula lustra collegam sibi cooptavit.' Hac dignitate Augustus sacrosanctus tribunorum instar fiebat.

[u] *Romæ*] In Urbe tamen hoc honore abstinuisse dicit Sueton. Sed templi Romæ in palatio Augusto dicati meminit Plin. l. XII. c. 19. 'In Palatii templo, quod fecerat Divo Augusto conjux Augusta.' Item lib. XXV. c. 4.

[x] *Per urbes celeberrimas*] Ut in Asia, Pergami; in Bithynia, Nicomediæ, &c.

[y] *Collegia*] Sacerdotum collegia intelligo.

[z] *Absque liberis tamen simulque c.*] Hoc est, si excipias liberos et conjugium; in iis enim infelicissimus fuit Augustus. Quare et sæpe istud Homeri usurpabat: *αἴθ' ὄφελον ἄγαμός τ' ἔμεναι ἄγονός τ' ἀπολέσθαι· Utinam debuissem sine conjuge vivere et sine liberis mori.*

[m] *Indi, Scythæ*] Supra in Augusto Vir. Illust.

[n] *Garamantes*] Libyæ populi.

CAP. II.

CLAUDIUS TIBERIUS NERO.

1. DEIN Claudius Tiberius Nero in Augusti liberos e privigno[a] redactus arrogatione,[b] ubi, quæ metuebantur,[c]

CAP. II. 1 '*Metuebantur.* Cum 'cunctandi' Tiberio 'causa' (sunt verba Suet. Tib. 25.) fuerit 'metus undique imminentium discriminum,' malim

satis tuta animadvertit, imperium complexus est, cujus nomen astu abnuebat:[d] subdolus et occultior, hisque sæpe simulando infensus, quæ maxime cuperet, et insidiose deditus, quæ odio eran t; ingenio ad repentina longe acriore;[e] bonis initiis idem perniciosus,[f] quæsitissimis in omnem fere ætatem sexumque libidinibus; atque atrocius puniens insontes,[g] suos pariter externosque. 2. Adhuc[h] dum urbes et conventus execratur, Capreas insulam[i] quæsierat flagitiis obtentui.[k] 3. Quare solutis militiæ artibus,[l] direpta plera-

scribere *metuebat ante, satis, &c.* Sed tamen et recepta potest se tueri.' *Arntz.* Tum *astu obtinebat* Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. Vide Not. Delph. *Idem perniciosus:* vide Not. Delph.—2 Post *conventus* habent *adhuc* alterum in uncis Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. alterutrum tollendum, vel forte *adeo execratur* legendum putat Schott. Barthius Adv. LIV. 13. conjicit *a Rhodo execratur.* ' Ego cum Schotto secundum *adhuc* deleo, uti negligenter a dormiente librario repetitum, nisi pro eo mavis scribere *adulter.*' Arntz.—3 *So-*

NOTÆ

[a] *Privigno*] Propter Liviam Drusillam matrem suam, quæ Augusto nupsit. Privignus dicitur qui antequam mater secundo nuberet, est progenitus.

[b] *Arrogatione*] Adoptionis duæ sunt species, aut per prætorem, aut per populum. Per prætorem adoptio; per populum arrogatio dicitur: per populum, hoc est per populi rogationem. Vide Comment. Juris. et Gellium lib. v. cap. 19.

[c] *Quæ metuebantur*] 'Nam et servus Agrippæ Clemens nomine, non contemnendam manum in ultionem domini comparat, et L. Scribonius Libo vir nobilis res novas clam moliebatur, et duplex seditio militum in Illyrico et in Germania exorta est.' Sueton. in Tib. Ner. 25.

[d] *Astu abnuebat* [*obtinebat*] Vel legendum *abnuebat;* ut et infra in Epitom. verbo 'abnuere' auctor usus est: vel *cujus nomine astu abstinebat;* ut optime Gruter. Magis placet *abnuebat:* vide Sueton. c. 24.

[e] *Ingenio ad repentina longe acriore*] Explicat infra Epitome: 'Repentinis responsionibus aut consiliis melior quam meditatis.' Ut Sueton. 70. 'Affectatione et morositate nimia obscurabat stylum, ut aliquanto ex tempore, quam a cura, præstantior haberetur.'

[f] *Bonis initiis idem perniciosus*] Legendum putavit doctissimus Gruterus *bonis initiis, fine perniciosus.* Ut velit, egregium vita famaque imperii principio, sed postremo in scelera atque dedecora prorupisse. Sed nil mutandum; neque Victoris ea mens est. Dicit bonis initiis perniciosum fuisse Tiberium, quod civilem admodum inter initia, at paulo minus quam privatum agendo, sic perfidiose populum Rom. sibi conciliarit.

[g] *Atrocius puniens insontes*] Ejus crudelitatis exempla pete ex Sueton. capp. 60. et 61.

[h] *Adhuc*] Victori familiare *adhuc* pro *adhæc.*

[i] *Capreas insulam*] In mari Tyrreno, e regione Surrenti Campaniæ oppidi.

[k] *Flagitiis obtentui*] Id est, ut esset obtentui flagitiis suis; id est, ut fla-

que juris Romani; nihilque præter Cappadocas, idque inter exordia,[m] in provincia subactum, remoto rege Archelao,[n] compressaque Getulorum latrocinia, quæ Tacfarinate duce[o] passim proruperant. 4. Prætorias,[p] quæ dispersæ proximis municipiis,[q][r] seu Romæ, quæque per domos habebantur, in castra apud Urbem[s] redegit, qua tenebantur Præfecturam appellans, vel augens, prætorio:[t] nam ceteros paritorum præsidesque[u] Augustus instituerat.

litis pro *solutis* Ms. ap. Schott. Vulgata ed. *resolutis*. Pro *inter exordia*, e conjectura J. Olivarii in textum recepta, habent *inter exedra* Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. Tum *de Farnace* pro *Tacfarinate* Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. Vide Not. Delph.—4 '*Apparitorum* sibi legendum videri ascripserat in margine sui exemplaris Gruterus.' *Arntz.*

NOTÆ

gitia tegeret. Sic Tacitus loquitur Hist. Augustæ l. XI. 'Deletæ omnes copiæ forent, ni victorem exercitum attinuisset obscurum noctis, obtentui fugientibus.'

[l] *Solutis militiæ artibus*] Huc pertinent verba Suet. cap. 41. 'Reipub. quidem curam usque adeo abjecit, ut postea non decurias equitum unquam supplerit, non tribunos militum, præfectosque, non provinciarum præsides ullos mutaverit: Hispaniam et Syriam per aliquot annos sine consularibus legatis habuerit: Armeniam a Parthis occupari, Mœsiam a Dacis Sarmatisque, Gallias a Germanis vastari neglexerit, magno dedecore imperii, nec minori discrimine.'

[m] *Inter exordia* [*exedra*] Vir doctissimus J. C. Olivarius *inter exordia:* optime; Cappadociam enim in provinciæ formam redegit Tiberius Nero, anno imperii tertio.

[n] *Remoto rege Archelao*] Quem ad se per blanditias extractum non remiserat. Vid. Sueton. 37.

[o] *Tacfarinate* [*Farnace*] *duce*] Legendum ex Tac. libb. II. et III. *Tacfarinate duce*, Schottus.

[p] *Prætorias*] Cohortes scilicet.

[q] *Dispersæ proximis municipiis*] Ab Augusto Sueton. cap. 49. 'Neque tamen unquam plures quam tres cohortes in Urbe esse passus est; easque sine castris; reliquas in hyberna et æstiva, circa finitima oppida dimittere assuerat.'

[r] *Municipiis*] 'Municipia,' civitates quæ muniis et honoribus populi Romani fruebantur.

[s] *In castra apud Urbem*] Sueton. 37. 'Romæ castra constituit, quibus prætorianæ cohortes vagæ ante id tempus, et per hospitia dispersæ continerentur.' Ea castra fuere inter portas Viminalem et Tiburtinam.

[t] *Præfecturam appellans, vel augens, præt.*] Nam cum antea præfecti cohortium dicerentur, postea præfecti, vel ad augendam vim, præfecti prætorio dici cœpere: erat autem præfectus prætorio qui militibus iis præerat quos Imperatores in sui custodiam legerant; et cingulo, una cum gladio, ab Imperatore donabatur.

[u] *Nam ceteros paritorum præsidesque*] Per paritores præsidesque, eos intelligo quos partim in sui, partim in Urbis custodiam Augustus allegit. Vide Sueton. 49.

CAP. III.

CAIUS CÆSAR CALIGULA.

1. IGITUR Claudio fato an insidiis[a] oppresso, cum imperium tres atque viginti, ævi octogesimum uno minus[b] annos egisset, Caius Cæsar cognomento Caligula aventibus cunctis deligitur, majorum gratiæ[c] parentisque.* 2. Namque per filiam proavus Augustus;[d] genere materno, Agrippa;[e] Drusus, Germanici pater,[f] e quo[g] is oriebatur, avi erant. 3. Quorum[h] modestia atque immaturo, absque Octaviani,[i] interitu, vulgus, simul matris fratrumque,[k] quos Tiberius exitio interceperat, permovebatur. 4. Qua causa

** Igitur Claudio Tiberio fato an per insidias interfecto, cum imperium administrasset annos viginti tres, et ætatis octogesimum annum uno minus egisset; Caius Cæsar, cognomine Caligula, Imperator eligitur in gratiam majorum patrisque, cunctis desiderantibus.*

CAP. III. 1 *Claudio Tiberio jam insidiis* Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. *Claudio senio an ins.* conj. Barthius Adv. LIV. 13. *Fato an*, ex codicis lectione *ferian*, Arntz. restituit.—2 ' Bene monet Schottus interserendum, *Agrippa, paterno Drusus*. Tale enim quid postulat sententia et veritas.' *Grut.* ' Sed quid opus vocem *paterno* hic velle interponere, cum ex seqq. verbis, *Pater, a quo is* (sc. Caligula) *oriebatur*, satis declaretur, eum hic de genere paterno loqui, ut supra de materno? Adeoque hoc voluit omittere, ne videretur ταυτολογεῖν.' *Arntz.*—3 ' *Vulgus* mallem post *interceperat* ponere: quo quidem verborum

NOTÆ

[a] *Insidiis*] Vide quæ in Epitom. Tiber. dicta sunt.

[b] *Octogesimum uno minus*] Immo anno ævi 77. mens. 4. mortuus est Tiberius: vide infra in Epitom.

[c] *Gratiæ*] Id est, ' in gratiam.'

[d] *Per filiam proavus Augustus*] Per filiam Juliam, quæ Agrippinam, quæ Caligulam peperit.

[e] *Genere materno, Agrippa*] M. Agrippa ex Julia Agrippinam Caligulæ matrem suscepit: erat igitur materno genere Caligulæ avus Agrippa.

[f] *Drusus, Germanici pater*] Drusus Germanicus Caligulæ avus paternus; quia ex Antonia, minore Octaviæ sororis Augusti filia, Germanicum Caligulæ patrem genuit. Quare optime monuit Schottus hic inserendum esse vocem *paterno*, hoc modo: *genere materno Agrippa, paterno Drusus Germanici pater, &c.*

[g] *E quo*] Germanico.

[h] *Quorum*] Drusi, Germanici, &c.

[i] *Absque Octaviani*] Id est, si Octaviani Augusti interitum excipias, qui non immaturus fuit, sed ad seram et maturam senectam pervenit.

[k] *Matris fratrumque*] *Matris*, Agrippinæ, quam primum in Pandatariam insulam relegavit Tiberius, et post, mortuam media est criminosissime insectatus. *Fratrumque*, Nero-

nitebantur omnes casum tantæ familiæ lenire adolescentuli spe: tum quia natus in exercitu (unde cognomentum calceamento militari[l] quæsiverat) legionibus carus acceptusque habebatur. 5. Præterea prudentissimus quisque similem fore suis[m] credebat; quod longe secus, quasi naturæ lege, quæ crebro tanquam ex industria malos e bonis, agrestes e doctioribus, et ceteros hujuscemodi, seu contra[n] gignit. 6. Quo demum exemplo sapientium plures caruisse liberis utilius duxere.[o] 7. Ceterum in Caligula haud quaquam vero plurimum aberant,[*] quippe qui diu immania animi ita pudore, ac parendi specie, obtexerat, uti merito vulgaretur, neque meliores famulos[p] neque atrociorem dominum illo fuisse. Denique nactus potestatem, uti talia ingenia veteris solent anni mensibus,[q] egregia ad populum, inter Patres,[r] cum militibus gessit: delataque conjuratione,

[*] *Ceterum nullomodo multum distabant a vero super Caligula.*

ordine omnia fierent planiora.' *Harl.*—5 *Similem fore sui* omnes præter Gruner. cum Bip. De Schotti conjectura aliis probata reposuit Gruner.—7 Harl.

NOTÆ

nis et Drusi, quos indicatos hostes fame necavit. Suet. Tib. 53. et 54.

[l] *Calceamento militari*] Quod caliga dicitur; inde *Caligula*, quasi 'parva caliga;' quod eo calceamento ad demerendos milites uteretur; nam gregariorum tantum militum calceamentum fuit; ut ex Tacit. lib. I. Annal. Vide et Sueton. c. 9.

[m] *Similem fore suis* [*sui*] Omnino legendum *suis*, ut optime Schottus: id est, patri, avo, proavo.

[n] *Seu contra*] Hoc est, e malis bonos, ex agrestibus doctiores, &c.

[o] *Caruisse liberis utilius duxere*] Luculentus super hac re, ac lectu dignissimus locus est, apud Ælium Spartianum in Severo: 'Et reputanti mihi, Diocletiane Auguste, neminem prope magnorum virorum optimum et utilem filium reliquisse satis claret. Denique aut sine liberis viri interierunt, aut tales habuerunt plerique, ut melius fuerit de rebus humanis sine posteritate decedere.' Inde eleganter Græci 'Ἡρώων παῖδες λῶβαι.'

[p] *Neque meliores famulos*] Legendum *neque meliorem famulum*. Ex Sueton. cap. X. 'Tantique in avum, et qui juxta erant obsequii, ut non immerito sit dictum nec servum meliorem ullum, nec deteriorem dominum fuisse.' Alioqui barbarum est *meliores famulos, atrociorem dominum*.

[q] *Talia ingenia veteris solent an. m.*] Lege cum P. Pithœo *ingenia deteri solent a. m.* Vel cum Grutero *verti solent*. Dicit eos qui regnum ambiunt, primo populares ac civiles esse; sed mox, personam illam exuere, fierique sævos, atroces.

[r] *Egregia ad populum, inter Patres* [*partes*] Optime P. Pithœus, *inter Patres*. De Caligulæ popularitate, vide Sueton. cap. 15.

quasi minus credens, prædicaret,[s] vix convenire in eum, cujus vita[t] nullius oneri aut incommodo esset. 8. Sed repente cæsis primum vario facinore innocentium paucioribus, tanquam belluæ hausto sanguine ingenium exercuit: itaque deinceps triennium consumtum, cum senatus atque optimi cujusque[u] multiplici clade terrarum orbis fœdaretur. 9. Quin etiam sororum stupro ac matrimoniis illudens nobilibus, Deorum habitu incedebat, cum Jovem se ob incestum,[x] ex choro autem Bacchanali[y] Liberum se assereret. 10. Neque secus[z] contractis ad unum legionibus,

cum Schotto legendum putat *meliorem famulum* pro *meliores famulos*. Mox '*Uti talia ingenia*. Locus est corruptus et a variis varie tentatus. Ego vero nolo ea repetere, quæ a probabilitate sunt remotiora. (vid. Arntzen.) Id quidem est manifestum, Aurelium velle callidam Caligulæ simulationem indicare, cum qua imperium initio administravit. Grunerus igitur suspicatus est docteque probavit, *uti talia ingenia versare* (h. e. aliam atque aliam iis speciem inducere) *solent animi sensus*, et exposuit: Caligula, nactus potestatem, non statim ex animi lubidine imperavit, sed ut talia ingenia aliam atque aliam speciem inducere animi sensibus, simulare, et temporibus callide servire solent. Is provocat de simulata Caligulæ popularitate, qua initio imperii omnia egerit, ad Suet. Calig. c. 15. sq. Acutior tamen est Klotzii conjectura, docte illustrata in Miscell. Critic. pag. 37. *uti talia ingenia veros* (h. e. integros, puros, non simulatos,) *solent animos mentiri* (h. e. simulare): isque interpretatur locum: quemadmodum homines ejusmodi speciem viri boni, integri, et puri præ se ferre solent, ita etiam Caligula egregie. Hanc conjecturam præfero alteri ejusdem, *uti talia ingenia veterum solent animos mentiri*. Ejusdem quidem sensus, sed a literarum ductibus minus aberrans conjectura mihi venit in mentem, *uti talia ingenia veros* (aut *veteris*) *solent animi mentiri sensus*. Mox *egregie* ... *militibus se gessit* apta quidem est Gruneri suspicio, sed minus necessaria: bene tamen is recepit Pithœi emendationem *inter patres;* quam immerito rejecit Arntzenius, et vulgatum retinuit *inter partes*.' Harl. '*Prædicaret*. Schotti conjectura placet, *prædicavit:* mox Sylburg. malit *nulli* vel *nulli usquam* pro *nullius*.' Harl. 'Grunerus vulgatum *repente* ... *ingenium exercuit* exponit 'exercere cœpit.' Arntzenii conjectura, a Klotzio l. m. p. 37. sq. probata ornataque, *rep.* ... *ing. exeruit*, h. e. repente factis ostendit, aperuit quo esset ingenio, majorem habet probabilitatem et gratiam; præcipue cum duo illa verba sæpius confundi solent in Mss. Klotzius quoque conjecit, *extulit*, h. e. protulit, ostendit, tum videri poterat qui

NOTÆ

[s] *Prædicaret*] Vel subintelligendum 'ita ut;' vel legendum *prædicavit*.

[t] *Cujus vita*] Sueton. cap. 15. 'Libellum de salute sua oblatum non recepit, contendens nihil sibi admissum cur cuiquam invisus esset, negavitque se delatoribus aures habere.'

[u] *Senatus atque optimi cujusque*] Sueton. cap. 26.

[x] *Ob incestum*] Sororum scilicet.

[y] *Ex choro* [*thoro*] *autem Bacchanali*] Malim *ex choro;* ut infra in Epitom. 'Et choros' vocat Sueton. cap. 37. Bacchantium choro sese Bacchi habitu inserebat.

[z] *Neque secus*] Hoc est, quamvis inter choros ac symphonias discum-

spe in Germaniam[a] transgrediendi, conchas umbilicosque[b] in ora maris oceani legi jussit. 11. Cum ipse nunc fluxo cultu[c] venerioque interesset; nunc armatus spolia a se non ex hominibus, sed cœlestium capi dictitaret: scilicet quod hujusmodi pisces[d] Græcorum dicto, quis augendi omnia[e] studium est, Nympharum lumina[f] accepisset.[c] His elatus

[c] *Neque minus adunatis legionibus, spe transmigrandi in Germaniam, in ora maris oceani conchas et lapillos legi imperavit; cum ipse modo laxo cultu venereoque adesset, modo armatus diceret non hominum, sed Deorum spolia sumi: videlicet, quod hujusmodi pisces nympharum oculos vocari didicisset Græcorum dicto, quibus omnia augendi cura est.*

qualisque esset.' *Harl.*—9 *Ex thoro Bacchan.* Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. —10 Ad *spe in Germ.* vide Not. Delph.—11 '*Hujusmodi pisces.* Multus est de hoc loco Salmas. in Exercitt. Plin. p. 496. (ex eoque Anna Fabri ad h. l. hausit:) is vero putat scripsisse Victorem *quod hujusmodi calces,* h. e. 'calculos,' vel 'minutos lapillos;' et imperitum aliquem *pisces* correxisse, quia præcesserat de conchis lectis: conchas quoque proprie non esse pisces, præsertim si in littore legantur. Arntzenius putat vel vitii aliquid latere, vel statui posse, abusive Nostrum *conchas* appellasse *pisces:* et ideo *lumina* esse vocata, quod vario colore et fulgore corusco oculorum splendorem imitentur, et quidem nympharum, quo a mari expellerentur. Ego vero malim acquiesceret, non secus, &c.

NOTÆ

[a] *Spe in Germaniam*] Legebat Schottus *specie in Britanniam.* Sed omnino in vulgata lectione standum, ex Sueton. capp. 45. 46.

[b] *Umbilicosque*] Umbilicos vocat teretes lapillos, calculos littorales, quod sint ad instar umbilici: neque enim de illa herba quam 'Veneris umbilicos' vocavere, intelligendum est. Sic parvos ac rotundos calculos, umbilici figura exuberantes, Valerius umbilicos appellat de Scipione et Lælio: 'Constat namque eos Caietæ ac Laurenti, vagas littoribus conchulas et umbilicos lectitasse.'

[c] *Nunc fluxo cultu*] Sueton. 52. 'Nonnunquam socco muliebri: plerumque vero aurea barba, fulmen tenens, ac fuscinam aut caduceum, Deorum insignia, atque etiam Veneris cultu conspectus est.'

[d] *Hujusmodi pisces*] Conchæ tamen istæ quæ in littore leguntur, proprie pisces non sunt; sed piscium exuviæ. Sed audi magnum Salmas. Exercit. Plin. *hujusmodi pisces* de conchis accipiendum potius videtur. Conchæ tamen proprie non sunt pisces; præsertim quæ in littore leguntur exuviæ sunt, et superficies animalis, non animal ipsum: ridicule itaque pisces pro conchis illis dixisset: puto scripsisse Victorem *quod hujusmodi calces.* Antiquarius est in multis auctor ille, et *calces* dixit pro calculis, vel minutis lapillis. Festus, 'ex quo genere sunt calces, qui per diminutionem dicuntur calculi.' Ea voce usi Plautus, et Lucilius, aliique: calces sunt ψῆφοι. Imperitus aliquis *pisces* correxit in illo Victoris loco, quia præcesserat de conchis lectis.

[e] *Quis augendi omnia*] Ideo et mendax Græcia dicta.

[f] *Nympharum lumina*] Umbilicos illos, sive calculos litorales, oculi specie nitentes, ocellos, vel ocellatos

dominum dici, atque insigne regni [g] capiti nectere tentaverat. 12. Qua causa auctore Chærea,[h] moti, quibus Romana virtus inerat, tanta pernicie rempubl., confosso eo, levare: prælatumque [i] excellens Bruti facinus ejecto Tar-

cere in Salmasii correctione.' *Harl.* '*Dominum dici.* Congruentius legeris *dominum se dici* vel *dominus dici.*' Gruter.—12 *Cerea* ante Schott. legebatur.

NOTÆ

dixere. Scribit Suetonius Augustum solitum ludere 'ocellatis nucibusque,' ubi *ocellati* calculi sunt in formam ocelli facti, vel oculi modo lucentes. Græci vero, quibus omnia augere mos est, non oculos tantum, sed nympharum oculos dixere. Suetonius concharum tantum meminit: 'Postremo,' inquit, 'quasi perpetraturus bellum directa acie in littore oceani, ac ballistis machinisque dispositis, nemine gnaro ac opinante quidnam cœpturus esset, repente ut conchas legerent, galeasque et sinus replerent imperavit, spolia oceani vocans, Capitolio Palatioque debita.' Victor sententiam addidit, sententiamque immutavit: quod enim hujusmodi calces sive calculos Græci 'nympharum ocellos' et 'lumina' etiam vocarunt, finxit dixisse Caligulam, non ex hominibus, sed ex cœlestibus, spolia cepisse, quod lapillos ex oceano reportasset, quos nympharum oculos Græci appellarent. Solet ille quædam in historia præter veterum sententiam innovare, præcipue in his dictis et jocis. Lapilli igitur iidem sive calculi, qui 'umbilici' quibusdam dicti sunt, 'ocelli' vel 'ocellati,' vel etiam 'nympharum ocelli' ab aliis videntur appellati. Nec in his lapidibus figura multum diversa est oculi et umbilici. Uterque enim protuberat in rotundo. Varro in Marcipore: 'Altera exorat patrem libram ocellatorum, altera semodium margaritorum.' *Ocellati*, non *ocellata*, dicendi, et subaudiendum calculi. Immo *ocellati* pro *ocelli*, ut *matulata* pro *matula*, *caucatus* pro *caucus*, et similia sexcenta. Quemadmodum porro calculis oculi nomen dederunt, ita et vicissim oculis calculi. Nam et ψῆφον Græci in oculo appellant pupillam: καὶ τὸ μέλαν. Artemidorus: τὸ δὲ ἀμβλυώττειν, ἔνδειαν ἀργυρίου δηλοῖ, ἐπειδὴ καὶ τὰ ὄμματα ψήφους ἔχει. *Cæcutire*, inquit, *argenti penuriam significat, quoniam oculi etiam calculos habent.* Plura vide apud Salmas. in Exercitat. Plin. Illud tantum addam, ridicule fecisse Victorem, qui ex eo, quod calculi illi quos collegerat Caligula, nympharum oculi dicerentur a Græcis, fatuum illud dictum affinxit Imperatori, 'spolia a se non ex hominibus, sed cœlestium rapi;' quasi vero oculi inter spolia numerari unquam possint, non magis mehercule quam capita, sive alia quævis membra hostibus amputata.

[g] *Insigne regni*] Puta diadema, purpuram, sceptrum, &c. Sueton. cap. 22. 'Nec multum abfuit quin statim diadema sumeret, speciemque principatus in regni formam converteret.'

[h] *Chærea*] Cassio Chærea cohortis prætoriæ tribuno. Vide Sueton. 56.

[i] *Prælatumque*] Imitati fuissent præstans Bruti facinus, cum Tarquinium ejecit; hoc est, populum Romanum omnino in libertatem asseruissent, nec cuiquam imperium detulissent, Brutum secuti qui ejecto Tarquinio, pop. Rom. libertatem reddi-

quinio foret,[k] si per Quirites modo militia exerceretur. 13. Verum ubi cives desidia externos barbarosque in exercitum cogere libido incessit;[d] corruptis moribus libertas oppressa atque habendi auctum studium. 14. Interim dum senatus decreto[l] gentem Cæsarum, etiam muliebri sexu, omnemque affinitatem armati persequuntur, forte unus, ortus[m] Epiri, e cohortibus, quæ palatium per opportunos locos obsidebant, Tib. Claudium occultantem[n] se reperit latebra: protractoque eo, exclamat apud socios, si sapiant, adesse principem. 15. Et sane quia vecors erat, mitissimus videbatur imprudentibus; quæ res adversum nefariam patrui Neronis[o] mentem auxilio, neque apud fratris[p] filium Caligulam invidiæ fuit: quin etiam militares plebisque animos conciliaverat, dum flagrante suorum[q] dominatione, ipse contemtui miserabilior haberetur.[r] 16. Talia plerisque memorantibus, repente eum, nullo retractante,

[d] *Et præstans Bruti factum fugato Tarquinio electum fuisset, si per Romanos tantum militia administrata fuisset. Ubi ignavia cives subiit, accessit cupiditas extraneos et barbaros in exercitum legere.*

Cherea Schott. Gaesb. Delph. Pitisc.—13 Maluerat *civis desidia* Arntz.—14 *Unius ortus* omnes præter Gruner. Bip. *et forte* * *unius ortus* Delph. Tentabat olim Schott. *unius ortis Epiri centurio.* Vide Not. Delph. Tum *Tit. Claudium* omnes fere præter Gruner. *Ti. Claudium* Bip. Mox verbo *latebra* præponunt *deformi* omnes edd. præter Gruner.—15 *Patri Neronis* Ms. ap. Schott.—

NOTÆ

dit. Sueton. cap. ult. 'Neque conjurati cuiquam imperium destinaverunt.'

[k] *Foret*] Id est, 'fuisset.' Et infra *exerceretur*, 'exercita fuisset.'

[l] *Senatus decreto*] De senatus consensu Sueton. cap. ult. 'Et senatus in asserenda libertate adeo consensit, ut Coss. primo non in curiam, quia Julia vocabatur, sed in Capitolium convocarent.'

[m] *Forte unus, [unius] ortus*] Legendum *forte unius ortus Epiri;* ut infra in Severo, 'ortus Mediæ,' et 'orto Syriæ Alexandro.' Quid si Fortunius nomen illi proprium, quem gregarium militem, non centurionem vocat Suetonius, et usurpat τὸ *forte*, Claudio. cap. x. *Schott.*

[n] *Tib. Claudium occultantem*] Vide Sueton. in Claudio cap. 10. 'Prorepsit ad solarium proximum, interque prætenta foribus vela se abdidit.' Quare non video cur eam deformem latebram vocet Victor.

[o] *Patrui Neronis*] *Patrui*, quia Nero frater fuit Drusi, qui pater fuit Claudii.

[p] *Fratris*] Germanici.

[q] *Suorum*] Neronis, Caligulæ.

[r] *Ipse contemtui miserabilior haberetur*] Junge 'haberetur contemtui.'

quæ aderant turbæ circumsistunt,[s] simulque affluebant reliqui militum, et vulgi magna vis. 17. Quod ubi Patres accepere, mittunt ocyus ausum comprimere.[s] Sed postquam variis tetrisque seditionibus [t] civitas cunctique ordines lacerabantur, tanquam ex imperio [u] omnes dedere se. 18. Ita Romæ regia potestas firmata, proditumque apertius, mortalium conatus vacuos a fortuna [x] cassosque [y] esse.

[s] *Hæc multis commemorantibus continuo copiæ quæ intererant, circumstant eum, nullo renuente.*

16 Quidam ap. Arntz. mallet *turmæ circumsistunt.*—18 ' *Que* post *cassos* explicant Schottus et Grunerus ' quoque.' Equidem crederem, *que* additum fuisse ab interprete quodam aut librario, locum non intelligente, et arbitrante, *vacuos* quoque pendere a verbo *esse:* malit tamen *quoque* corrigere Grunerus, qui etiam haud inepte suspicatus est, *mortalium conatus vacuos absque fortuna cassosque esse.* Sensus est: conatus hominum, si fortuna non juvet, esse inanes atque irritos. Klotz. l. c. pag. 38. putat legendum esse, *mort. con. vacuos fortuna cassos esse,* si careant conatus hominum bona fortuna, &c.' *Harl.*

NOTÆ

[s] *Mittunt ocyus ausum comprimere*] Id est, ' ut ausum comprimant.' Miserunt tribunum pleb. qui eum in curiam vocaret. Suet. cap. 10.

[t] *Variis tetrisque seditionibus*] ' Verum postero die, senatu segniore in exequendis conatibus, per tædium ac dissensionem diversa consentiunt,' &c. Suet. cap. 10.

[u] *Tanquam ex imperio*] Id est, tanquam aliquo imperante.

[x] *Vacuos a fortuna*] Pro fortuna vacuos, fortuna destitutos. Male qui aliter.

[y] *Cassosque*] Optime viris doctissim. annotatum illud *que* valere ' etiam,' hoc modo: ' mortalium conatus fortuna destitutos irritos etiam esse.' Allusit autem Victor ad mimum P. Syri: ' Fortuna unde aliquid fregit cassum:' ut optime annotatum doctiss. Petro Pithœo.

CAP. IV.

CLAUDIUS.

1. IGITUR Claudius, quanquam ventri fœde obediens,[a] vecors juxta atque immemor,[b] pavidusque animi [c] et ig-

NOTÆ

[a] *Ventri fœde ob.*] Cibi vinique, quocumque, et tempore et loco, appetentissimus. Suet. cap. 33.

[b] *Atque immemor*] Inter cetera in eo mirati sunt omnes, et oblivionem et inconsiderantiam. Sueton. 39.

[c] *Pavidusque animi*] ' Sed nihil æque quam timidus ac diffidens fuit.' Sue-

navior esset, pleraque per formidinem tamen egregie consultabat, nobilitatis præcipue consiliis, quæ metu colebatur: quippe stolidorum ingenia proinde agunt, uti monitores sunt. 2. Denique bonis auctoribus compressa per eum vitia, ac per Galliam Druidarum famosæ superstitiones:[d] lata jura quam commodissima;[e] curatum militiæ officium;[f] retenti fines, seu dati imperio Romano, Mesopotamia per orientem; Rhenus, Danubiusque ad septemtrionem; et a meridie Mauri accessere[m] provinciis, demtis regibus post Jubam;[n] cæsaque Musalamiorum[o] manus; simul, ultima occasus,[p] Britanniæ partes contusæ, quam solam adiit, Ostia[q] profectus mari: nam cetera duces curavere. 3. Adhuc anno-

CAP. IV. 1 '*Nobilitatis præcipue consiliisque metu colebatur.* Lege ut edendum curavi, *nobilitatis præcipuæ consiliis quæ metu colebatur.*' Schott. 'Non video rationem, cur *præcipue* non adverbialiter potius accipiam; reddit enim ita causam, cur vecors recte reip. consulere potuerit; et hoc retinet Barthius Adv. l. LIV. cap. 13. ubi etiam pro *proinde, perinde* laudat.' *Arntz.*—2 *Drysularum* pro *Druidarum* edd. ante Schott. Mox *seu additi* pro *seu dati* malit

NOTÆ

ton. 35. *Animi* autem, subintellecta præpositione ἐκ, quæ genitivum regit; ut 'æger animi,' 'æger rerum temere motarum.' Florus vel potius, subintellecta *mente*: 'æger mente animi.' Vide Sanctium.

[d] *Druidarum famosæ superstitiones*] Repete 'compressæ:' Sueton. 25. 'Druidarum religionem apud Gallos diræ immanitatis, et tantum civibus sub Augusto interdictam, penitus abolevit.' Galli autem sacerdotes suos Druidas vocabant.

[e] *Lata jura quam commodissima*] Vide Suet. cap. 22. et seq.

[f] *Curatum militiæ officium*] Huc refer Sueton. cap. 25. 'Equestres militias ita ordinavit, ut post cohortem, alam, post alam, tribunatum legionis daret; stipendiaque instituit, et imaginariæ militiæ genus, quod vocatur 'super numerum,' quo absentes et titulo tenus fungerentur.'

[m] *Mauri accessere*] Sub Claudio in Mauritania Romanos bellum gessisse testatur Plin. Ædemone liberto Ptolemæi mortem, qui Caligulæ jussu Romæ percussus fuerat, ulciscente.

[n] *Demtis regibus post Jubam*] Reges Mauritaniæ post Jubam, fuere Juba II. et ejus filius Ptolemæus; sed falsum est Mauritaniam, demtis regibus, a Claudio in provinciæ formam redactam. Illud enim jam Caligula fecerat, occiso Ptolemæo; eamque, si bene memini, Tingitanæ et Cæsariensis nominibus distinxerat.

[o] *Musalamiorum*] Musalamii, si vera lectio, Africæ propriæ populi. Qui et Misulami vel Misulani dicti.

[p] *Ultima occasus*] Appositio: *Ultima occasus Britanniæ partes contusæ;* per Britanniæ partes, quæ occasus ultima sunt, Iverniam, Scotiam, et adjacentes insulas intelligit.

[q] *Ostia*] Ab Ostia. Sueton. 17. 'Huc cum ab Ostia navigaret,' &c.

næ egestas composita, quam Caligula induxerat, dum adactis toto orbe navigiis,[r] pervium mare[s] theatris curribusque damno publico efficere contendit. Neque secus censu novato,[t] cum, senatu motis pluribus, lascivum adolescentem,[u] quem sibi probatum parens asseruerat, retinuisset, censorem et liberis patrem debere esse, recte adjecerat. 4. Ast ubi Messalinæ[x] conjugis, simulque libertorum delinimentis, quibus semet dediderat, in pravum abstractus, non illa modo tyrannorum admissa, verum, quæ postremum genus mulierum, atque servile quibat facere viro amenti dominoque. 5. Namque uxor primo passim, quasi jure, adulteris utebatur: eoque extincti cum suis plerique, ingenio seu metu abstinentes; dum pervagatis[y] mulierum artibus peti se a petitis criminatur. Dehinc atrocius accensa, nobiliores quasque nuptas et virgines scortorum modo secum prostituerat; coactique mares uti adessent. 6. Quod si qui talia horruerat, afficto crimine in ipsum omnemque familiam sæviebatur. 7. Namque Claudium, uti supra docuimus, natura performidolosum, injecto metu sui agitabant, maxime conjurationis, quo commento liberti eti-

Arntz.—5 *Primo passimque, quasi*, omnes præter Bip. et Gruner. qui τὸ *que*

NOTÆ

[r] *Adactis toto orbe navigiis*] Vide Sueton. in Caligula c. 19. et infra in Epitom. Claudium. De hac egestate Seneca: 'Septem aut octo certe dierum cibaria supererant, dum ille pontes navibus jungit, et viribus imperii ludit, aderat ultimum malorum obsessis quoque, alimentorum egestas. Exitio pæne ac fame constitit, et, quæ famem sequitur, rerum omnium ruina, furiosi, et externi, et infeliciter superbi regis imitatio.'

[s] *Pervium mare*] Sinum Baianum.

[t] *Censu novato*] Euseb. in Chronico num. M. M. LXI. ex interpretatione Hieronymi: descriptione Romæ facta sub Claudio, inventa sunt civium Romanorum LXVIII. centena, XLIV. millia. Idem Tacit. XI. Annal. sed Eusebii Græca habent, ut optime notavit Scaliger, XCVII. millia amplius: quod discrimen haud exigui momenti est.

[u] *Lascivum adolescentem*] Sueton. cap. 16. 'Recognitione equitum juvenem probri plenum, sed quem pater probatissimum sibi affirmabat, sine ignominia dimisit, habere dicens censorem suum.'

[x] *Messalinæ*] Valeriam Messalinam Barbati Messalæ filiam vocat Sueton.

[y] *Pervagatis*] Et in sacris, et in profanis literis, testes Josephus, Bellerophon, Hippolitus, &c.

am, quos vellent, perditum ibant. 8. Qui primo sceleribus collubentes,[z] ubi pares patronæ facti sunt, eam quoque ignaro, quasi jubente tamen, domino,[a] per satellites interfecere. 9. Et sane in id progressa mulier erat, uti animi ac pellicum gratia Ostiam profecto, Romæ nuptias cum altero[b] frequentaret: et hinc notior, dum mirum videtur apud Imperatorem virum, viro quam[c] Imperatori nuptam esse. 10. Ita liberti potestatem nacti summam, stupris, exilio, cæde, proscriptionibus, omnia fœdabant, eoque herilem stultitiam perpulere, uti senex fratris filiam[d] in nuptias concupisceret. 11. Quæ quamvis superiore absurdior haberetur, idcircoque paria[e] extimesceret; veneno[f] conjugem interemit. 12. Hujus anno sexto,[g] cum quatuordecim regnarit,[h] octingentesimus Urbis mire celebratus: visusque apud Ægyptum phœnix, quam volucrem ferunt[i]

abjicit suggerente Arntzen.—8 Schotti conjecturam *colludentes* pro *collubentes* probb. Arntz. et Gruner. Vide etiam Not. Delph.—9 *Cum adultero* pro *cum altero* mavult legere Arntz. Edd. ante Grun. non habent vocem *viro*.

NOTÆ

[z] *Sceleribus collubentes*] J. Olivarius conjiciebat *connive ntes*. Sed melius *colludentes*; ut Schottus.

[a] *Ignaro, quasi jubente tamen, domino*] Tacit. in fine lib. XI. Annal.

[b] *Cum altero*] C. Silio. Vid. Tacit. lib. XI. Annal.

[c] *Quam*] Subintelligitur 'potius.'

[d] *Fratris filiam*] Agrippinam Germanici fratris sui filiam. Sueton. Tacit.

[e] *Paria*] Eadem quæ Messalinæ evenerant.

[f] *Veneno*] Sueton. 44. Tacit. l. XII. in fine.

[g] *Anno sexto*] Imperii scilicet. Sed falsum est, anno sexto hujus imperii octogesimum Urbis annum celebratum fuisse, cum Claudius imperium susceperit A. U. 793.

[h] *Quatuordecim regnarit*] Regnavit ann. 13. mens. 8. dies 20.

[i] *Quam volucrem ferunt*] Lege *quam volucrem ferunt anno quingentesimo ex Arabiæ memoratis locis advolare*; ut *memoratis locis* valeat 'locis celebratis,' 'fabulosis:' vel *ex Arabia memoratos locos*, ut per *memoratos locos* Ægyptum intelligat, de qua linea superiori. Sed non ita placet: de phœnice autem audi Solin. c. 36. 'Apud eosdem' (Arabas) 'nascitur, avis phœnix, aquilæ magnitudine, capite honorato, in conum plumis extantibus, cristatis faucibus, circa collum fulgore aureo, postera parte purpureus, absque cauda, in qua roseis pennis ceruleus inscribitur nitor. Probatum est quadraginta et quingentis eum durare annis. Rogos suos struit cinnamis quos prope Panchaiam concinnat, in Solis urbem strue altaribus superposita.' Et paulo post; 'Quintio itaque Plautio et Sexto Papinio Coss. Ægyptum phœnix involavit, captusque anno octingentesimo Urbis

anno quingentesimo ex Arabis memoratos locos advolare; atque in Ægæo mari repente insula ingens emersit,[k] nocte, qua defectus lunæ[l] acciderat. 13. Tetrum funus,[m] uti quondam in Prisco Tarquinio,[n] diu occultatum,[o] dum arte mulieris corrupti custodes ægrum simulant, atque ab eo mandatam interim privigno,[p] quem paulo ante in liberos asciverat, curam reipublicæ.

—12 *Anno quingentesimo ... adv.* Vide Not. Delph. 'Cur nam receptam lectionem attentare velit bellissima fœmina, nulla est ratio; prima enim emendatio locum suum tueri non potest, cum non tam ipsa Arabiæ loca sint fabulosa quam ipsa avis: neque altera mutatio ex Epitome petita necessaria est, cum et eo loco optimi codd. *ex Arabis* præferant; sic scilicet nomina populorum pro ipsis regionibus ponuntur, quomodo Justinus I. 5. § 10. 'Lepus in Persas Cyro ferendus fido servo traditur:' et cap. 6. § 3. 'Ut in Persis genitum audivit.'' *Arntz.*—13 *Ceterum funus* conj. Schott. probb. Grut. et Delph.

NOTÆ

conditæ, jussu Claudii principis in comitio publicatus est.' Vide Tacit. Annal. lib. VI. in medio.

[k] *Insula ingens emersit*] Insula triginta stadiorum repente emersit nocte inter Theram et Theramenem die ult. Decemb. A. U. C. 798.

[l] *Defectus lunæ*] Qui accidit nocte quæ secuta est ultimum diem Decembris. Unde Dio insulæ ortum ad sequentem annum refert.

[m] *Tetrum funus*] Lege, ut optime Schottus, *Ceterum funus.*

[n] *Prisco Tarquinio*] Vide supra Vir. Illust. in Servio Tullio.

[o] *Diu occultatum*] Sueton. cap. 45. 'Mors ejus celata est, donec circa successorem omnia ordinarentur.'

[p] *Privigno*] Neroni, conjugis suæ Agrippinæ ex Domitio Ahenobarbo, filio.

CAP. V.

L. DOMITIUS NERO.

1. Eo modo L. Domitius[a] (nam id certe[b] nomen Neroni,

CAP. V. 1 '*Nam id certe.* Locum hunc glossema fœdavit, quod ex ora, ut fit, in contextum irrepsit: ὀβελίζω igitur. Domitia autem gens non agnovit alia prænomina, quam 'Lucii' et 'Cnæi.' Suetonius Nerone.' *Schott.*

NOTÆ

[a] *L. Domitius*] Lucius Domitius Ahenobarbus a patre Domitio Ahenobarbo; avus Lucius Domitius vocabatur, neque Domitia gens agnovit alia prænomina quam Lucii et Cnæi.

[b] *Nam id certe*] Hæc ex ora libri

patre Domitio, erat) Imperator factus est. 2. Qui cum longe adolescens[c] dominatum parem annis vitrico[d e] gessisset, quinquennium[f] tamen tantus fuit, augenda Urbe[g] maxime, uti merito Trajanus sæpius testaretur, procul differre cunctos principes Neronis quinquennio: quo[h] etiam Pontum in jus provinciæ,[i] Polemonis permissu, redegit; cujus gratia Polemoniacus Pontus appellatur: itemque Cottias Alpes[k] Cottio rege mortuo. 3. Quare satis compertum, neque ævum impedimento virtuti esse; eam facile mutari, corrupto per licentiam ingenio; omissamque adolescentiæ quasi legem[l] perniciosius repeti. 4. Namque eo dedecore reliquum vitæ egit, uti pigeat pudeatque memorare hujuscemodi quenquam, nedum rectorem gentium, fuisse. 5. Qui dum psallere per cœtus,[m] Græcorum invento,[n] in certamen coronæ cœpisset; eo progressus est, uti neque suæ, neque aliorum pudicitiæ parcens, ad extremum amictus nubentium virginum specie, palam senatu,[o]

—5 *Qui cum* malit Arntz. Mox '*Palam*. Addit impressus *convocato senatu*, male in contextum irrepsisse putat Schottus.

NOTÆ

[c] *Longe adolescens*] Id est, 'admodum adolescens.' Natus erat annos septemdecim, cum imperium suscepit.

[d] *Dominatum parem an. vitrico*] Nero dominatum fere parem vitrico gessit; imperavit enim an. 13. mens. 7. dies 28. Claudius vero an. 13. mens. 8. dies 20.

[e] *Vitrico*] Claudio.

[f] *Quinquennium*] Per quinquennium.

[g] *Augenda Urbe*] Nam 'formam ædificiorum Urbis novam excogitavit: et ut ante insulas ac domos porticus essent, de quarum solariis incendia arcerentur: easque sumtu suo exstruxit. Destinarat etiam ostia tenus mœnia promovere, atque inde fossa mare veteri Urbi inducere.' Sueton. Neron. cap. 16.

[h] *Quo*] Quinquennium scilicet.

[i] *Pontum in jus provinciæ*] Sueton. cap. 18. 'Ponti modo regnum concedente Polemone, item Alpium, defuncto Cottio, in provinciæ formam redegit.' Erat hic Polemon Polemonis illius filius, qui Zenonis oratoris Laodicensis filius fuit.

[k] *Cottias Alpes*] Quæ sunt supra Alpes maritimas.

[l] *Omissamque adolescentiæ quasi legem*] Licentiam, petulantiam, quasi legem adolescentiæ vocat; quia ea in omnes fere adolescentes cadit.

[m] *Psallere per cœtus*] Vide Sueton. capp. 20. et 21.

[n] *Græcorum invento*] A Græcis enim musici Agones instituti.

[o] *Palam senatu*] Id est coram senatu.

dote data, cunctis festa more celebrantibus, in manum conveniret,[p] lecto[q] ex omnibus prodigiosis. 6. Quod sane in eo, [narrantur scelera Neronis[r]] levius æstimandum. 7. Quippe noxiorum vinctis modo,[s] pelle tectus feræ, utrique sexui, genitalia vultu contrectabat; exactor parium majore flagitio.[t] 8. Atque inter hæc matrem etiam contaminavisse plures habent; dum ea quoque dominandi ardore,[u] scelere quolibet subjici filium cupit. 9. Id ego, quanquam scriptoribus diversa firmantibus, verum puto. 10. Namque ubi mentem invaserint vitia, nequaquam verecundiæ externis[x] societate humanius datur peccandi consuetudo,

non necessario.' *Schott.* *Festa more.* Conj. Sylburg. *cunctis festa solenni more celebrantibus.*—6 '*Narrantur, &c.* Aliquando sic tentaveram, ut compendio *prodigiosiss.* id est *prodigiosissimo*, scil. liberto scriptum fuerit: vel sic: *lectis ex omnibus prodigiosis, quot sane in eo narrantur scelera, levius æstimandum:* ut τὸ *Neronis* duntaxat expungatur, et *quot* scribatur; deinde periodus inchoet a *lectis.* Sed illud haut dubie rectum est.' *Schott.* 'Inclusa Schotto videntur per glossema esse intrusa, sed legi etiam posset, *inter ea, quæ narrantur scelera Neronis.*' Sylburg. 'Vel minori mutatione, *in eis, quæ;* et certe talis emendatio videtur sensui accommodatior.' *Arntz.*—7 'Amicus quidam meus sic interpungebat: *noxiorum vinctis, modo feræ, pelle tectus:* non improbo; sed illud magis ad editi breviarii sensum, et Suetonii, qui ad stipitem deligatos, non tamen sontes fuisse ait. Quid si *modo lusus* scripserit Victor, quod postea a librario omissum sit? Sic enim Tranquillus cap. 29. 'quasi genus lusus excogitaret, quatenus feræ pelle contectus emitteretur e cavea.' Sustineo. Mox *exsector marium* conjiciebat Petrus Pantinus: nihil tamen muto.' *Schott.* Vide Not. Delph. quæ ita in contextum admisit:

NOTÆ

[p] *In manum conveniret*] In manum vel in matrimonium convenire, proprie dicitur mulier quæ nubit. Quare hic optime auctor de Nerone usurpavit.

[q] *Lecto*] 'Electo.' Hunc 'Doryphorum' vocat Sueton. cap. 28. 'Pythagoram' Tacit. Annal. XV.

[r] *Narrantur scelera Neronis*] Hæc certe hinc ejicienda: quippe quæ studiosus aliquis ad oram sui codicis ascripserat.

[s] *Noxiorum vinctis modo*] Transposita, pro *noxiorum modo vinctis:* posset etiam sic, *noxiorum vinctis, pelle tectus modo feræ.* Vide Sueton. cap. 29.

[t] *Exactor parium majore flagitio*] Paria de gladiatoribus proprie dicuntur. Sed quomodo paria exigebat Nero majore flagitio? Aliquid latet. Divinabunt alii.

[u] *Dum ea quoque dominandi ardore*] Vide Tacit. Annal. XIV. in principio.

[x] *Nequaquam verecundiæ externis*] Locus corruptissimus: et dum meliora afferantur, placet Olivarii conjectura, qui legit *Ubi mentem invaserint vitia nequam, verecundiæ externæ societate immanius datur peccandi consuetudo, nova et eo dulciora, affectans, ad extremum, &c.* Ait, cum mens improba vitiis dedita est, si externorum verecundia accedat, fit consuetudo immanius peccandi, consuetudo nova

nova, et eo dulciora, affectans, ad extremum in suos agens. 11. Quod his[y] proditum magis, dum quasi quodam progressu, illa per alteros[z] ad patrui[a] nuptias, atque alienorum cruciatibus, mariti exitium:[b] hic[c] paulatim ad sacerdotem Vestæ,[d] deinde in se,[e] postremo uterque in sui scelus[f] processerunt. 12. Neque blandimentis talibus tamen coalescere potuere, sed eo præceps dati,[g] dum insidiantur invicem, mater perversa[h] interiit. 13. Igitur cum omne jus fasque parricidio trivisset, ac magis magisque in optimos sæviretur; conjuravere plures[i] varia sane tempestate,

contrectabat; * *exactor.*—10 '*Nequaquam verecundiæ externæ.* Sic legendum videtur pro *externis*, quod in Mss. est; vel ut Olivarius divinabat, *invaserint vitia nequam, verecundiæ externæ societate immanius datur peccandi consuetudo.*' Schott. 'Potius verbum *societate* transformandum in *satietate;* ut dicat idem quod Sextus Tarquinius apud Livium I. 53. posset et illud *humanius* mutari in *in majus:* sed quid desperatis cupio mederi, contra præceptum Hippocratis.' *Gruter.* Tentabat Arntz. *nequaquam verecundiæ externæ satietate humanis datur, &c.* 'Locus est desperatus, quem varii tentarunt vario modo sanare. Equidem suspicabar, *nequaquam inverecundiæ externis satiatæ humanis legibus datur peccandi consuetudo, &c.* aut facilius corriges, *nequaquam inverecundiæ externis satiatæ immanius datur peccandi consuetudo, &c.* ut *immanius* jungatur cum *peccandi.* Scriptum autem fuerit in cod. quodam *nequaquamver.* cum lineola supra *qua* posterius; e quo librarius fecerit *nequaquam ver.* quo facto, error errorem gignit, maxime reliquis scribendi compendiis non intellectis. Sed satis de hoc loco vexatissimo, et, missis aliorum conjecturis, afferam Gruneri et Klotzii opiniones: prior suspicatur, *nequaquam verecundiæ externæ satiata,* (ita, ut participium cum secundo casu construatur,) *inhumanius grassatur peccandi consuetudo, &c.* Posterior in Miscell. Critic. p. 38. legit, *nequaquam verecundia externa societatis humanæ datur. Peccandi cons.... agit,* sive *aget.* Neuter vero sibi ipse satisfacit.' *Harl.*—11 *Per adulteros* pro *per alteros* legendum censuit Arntz. prob. Harl. Mox 'Legendum *in mariti exitium;* vel *ad* ἀπὸ κοινοῦ repetendum.' *Schott.*—12 *Præceps dari* Mss. ap.

NOTÆ

adeoque dulciora affectans, et postremo contra eos ipsos quos invasit, convertens. Quod a Nerone et Agrippina proditum, magis et confirmatum, &c. Nil aliud video.

[y] *His*] Nerone et Agrippina.

[z] *Per alteros*] Per Pallantem Tacit. Annal. initio lib. XIII.

[a] *Patrui*] Claudii.

[b] *Alienorum cruciatibus, mariti exitium*] Lege *alienorum cruciatibus ad mariti exitium.* Agrippina per cruciatus alienorum, Lolliæ, Lepidæ, Statilii Tauri, ad mariti sui exitium processit.

[c] *Hic*] Nero.

[d] *Ad sacerdotem Vestæ*] Rubriam nomine; vide Sueton. 28.

[e] *Deinde in se*] Cum scilicet Doryphoro denupsit.

[f] *Uterque in sui scelus*] Cum mater et filius incestantur.

[g] *Præceps dati*] Pro 'in præceps.' Sic alibi loquitur.

[h] *Perversa*] Eversa, ejecta.

[i] *Plures*] Piso Romæ, Vinicius Beneventi. Sueton. 36.

ad liberandam remp. 14. Quis proditis, cæsisque immanior, Urbem incendio,[k] plebem feris vulgo emissis, senatum pari morte[l] tollere decreverat, nova sede regno quæsita, maximeque incitante legato Parthorum, qui forte inter epulas, aulicis, uti mos est, canentibus, cum sibi citharistam poposcisset, responso dato, liberum esse, adjecerat, sumeret ipse, quem vellet e suis, ostentans, qui convivio aderant; quod liber sub imperio nullus haberetur. 15. Ac ni Galba, qui Hispaniæ præsidebat,[m] cognito,[n] mandatum sui exitium, quanquam senecta ætate, imperio correpto subvenisset; tantum facinus haud dubie patraretur. 16. Verum ejus adventu desertus undique, nisi ab spadone, quem quondam exsectum formare in mulierem tentaverat, semet ictu transegit; cum implorans percussorem, diu ne ad mortem quidem meruisset cujusquam officium.

17. Hic finis Cæsarum genti fuit; quem fore prodigiorum multa denuntiavere, præcipueque eorum prædiis arescens lauri nemus[o] dicatum triumphantibus; atque interitus gallinarum,[p] quæ adeo multæ, albæque, aptiores erant religionibus, ut iis[q] Romæ habeatur hodie locus.

Schott.—14 'Placet Gruneri emendatio *pariter morte*. Nero enim destinasse creditur senatum 'veneno' per convivia necare; populum 'feris emissis.' Suet. Ner. 43. Schottus *pari modo;* Arntzenius *pari more* maluerunt.' *Harl.* Mox *Nova cæde* conjecit Arntzen. at bene Gruner. 'non puto, ait correctione egere locum hunc. Neque plebis et senatus cæde regnum acquirere voluit Nero; sed, cæde illa facta, Alexandriam abire, atque ibi privatus et ex arte citharistica vivere. Vide Dionem lib. LXIII. p. 726. Inde antem errorem Aurelii ortum esse affirmare audeo, quasi Nero de nova imperii sede cogitasset.' *Harl.*—15 'Pro *correpto* mox legi posset *corrupto*, quamvis nec receptam velim damnare.' *Arntz.*—16 '*Percussorem.* Rectius procedet oratio, si distinguas *percussorem diu, ne ad, &c.*' Arntz.—17 *Ut his.* Vide Not. Delph. inf.

NOTÆ

[k] *Urbem incendio*] Vide Sueton. 38.

[l] *Pari morte*] Una, et eadem morte; veneno scilicet. Vide Sueton. 34.

[m] *Hispaniæ præsidebat*] Hispaniæ proconsul erat.

[n] *Cognito*] Id est 'cum cognovisset:' sic supra in Origine Gent. Rom. 'Traditur autem, non proviso quod propinquus flumini esset, ripa depulsus,' &c.

[o] *Eorum prædiis arescens lauri nemus*] Vide Sueton. cap. I. Galbæ.

[p] *Gallinarum*] Gallina alba Liviæ Veientanum suum reviseuti ramulum lauri in gremium demiserat; nutriri alitem placuit, et tanta pullorum soboles provenit, ut hodie quoque ea villa 'ad Gallinas' vocetur. Sue-

NOTÆ

ton. Plin. lib. xv. cap. ult. Villam istam Tiberi impositam, juxta nonum ab Urbe lapidem, via Flaminia describit.

q *Ut iis*] 'Adeo multæ albæque ut iis,' &c. quæ in medio sunt parenthesi includenda: *iis* autem, pro *de iis*: de earum nomine vide notam superiorem.

CAP. VI.

SERVIUS GALBA.

1. At Galba,[a] haud secus nobilis e gente clarissima Sulpiciorum,[b] ubi Romam ingressus est, quasi luxuriæ aut etiam crudelitati auxilio ventitasset, rapere, trahere,[c] vexare, ac fœdum in modum vastare cuncta, et polluere. 2. Quis rebus intestabilior (dum gravius offendunt, quos mollius consulturos spes erat) simul quia opes militum nimis pecuniæ cupidus attenuaverat, Othone auctore, interficitur; qui prælatum adoptione ejus Pisonem[d] impatientius dolens, accensas cohortes, armatasque in forum deduxerat. 3. Quo cum lorica[e] tectus Galba tumultum leniturus contenderet, ad lacum Curtium[f] cæsus est, mense imperii ac die septimo.[g]

Cap. vi. 1 '*T. Galba* in Mss. relicto forte, ut solet, literæ spatio. Dictus autem 'Servius Sulpicius Galba.' Imperite quidam *Sergius*, quod gentile nomen.' *Schott.* Mox '*Luxuriæ* autem suspecta vox, cum avaritiæ potius de eo fama percrebuerit. Ibidem Tranquillus; sed mox Victor pecuniæ cupidum vocat, quare nihil mutandum censeo.' *Schott.*

NOTÆ

a *Galba*] De hoc nomine vide Sueton. cap. 3. Imperium suscepit A. U. 820. in fine.

b *E gente clarissima Sulpiciorum*] De qua vide Sueton. cap. 3.

c *Rapere, trahere*] Subaudi 'cœpit.' De crudelitate et avaritia Galbæ, vide Suet. cap. 12.

d *Pisonem*] Pisonem Frugi Licinianum, nobilem egregiumque juvenem. Vide Sueton. cap. 17.

e *Lorica*] Lorica lintea Sueton. 19.

f *Ad lacum Curtium*] In foro sic dictum a Curtio quodam, qui se in eum cum equo præcipitem misit.

g *Mense imperii ac die septimo*] Tertio et septuagesimo ætatis anno, imperii mense septimo. Sueton. cap. ult.

CAP. VII.

SALVIUS OTHO.

1. IGITUR Salvius Otho,[h] Neroni quoque quondam criminose familiaris,[i] haud multo fine adolescentiæ[k] grandior, potentiam, invadit. 2. Qui dies fere quinque et octoginta[l] præcognitis moribus potitus, postquam a Vitellio, qui e Gallia descenderat, Veronensi prælio[m] pulsus est, mortem sibi conscivit.[n]

CAP. VII. 1 '*Salvius Otho.* Male qui *Silvium* vocant, reclamantibus nummis antiquis Græcis Ὄθων; ut et in Mss. erat, forte quod N. litera repeteretur.' *Schott.*

NOTÆ

[h] *Salvius Otho.*] Imperium suscepit A. U. 821.

[i] *Criminose familiaris*] Vide Sueton. cap. 2. Othon.

[k] *Haud multo fine adol.*] Finis adolescentiæ annus est tricesimus sextus. Nam pueritiæ an. 18. totidemque adolescentiæ tribuuntur. Et adolescentiæ finem non multum prætergressus erat Otho, qui anno ætatis trigesimo octavo inchoato sibi mortem conscivit.

[l] *Quinque et octoginta*] Quinque et nonaginta Sueton. et Eutrop. Sed valde confusa sunt tempora et initia horum trium Imperatorum, Galbæ, Othonis, Vitellii;' quare illis tribus conjunctim annus unus, additis diebus XXII. assignandus est, quia alius alii non successit, sed duo simul eodemque tempore imperium tenuere.

[m] *Veronensi prælio*] Apud Bebriacum Sueton. Eutrop. quod oppidum intra Cremonam et Mantuam.

[n] *Mortem sibi conscivit*] Vide Sueton. capp. 10. 11.

CAP. VIII.

A. VITELLIUS.

1. ITA ad Aulum Vitellium[a] potestas delata, quæ progressu funestior talibus initiis[b] foret,[c] si Vespasianus aliquamdiu Judæorum bello, quod Neronis jussu susceperat,[d]

NOTÆ

[a] *Aulum Vitellium*] A. U. 821.

[b] *Talibus initiis*] Quod fuso civium sanguine imperium adeptus; vide Suet. capp. 11. et 12.

[c] *Foret*] Pro 'fuisset;' et infra *attineretur*, 'detentus fuisset.'

[d] *Quod Neronis jussu susceperat*] Postquam ibi Cestius clade affectus.

impensius attineretur. 2. Is[e] ubi gesta per Galbam, ipsumque oppressum accepit; simul quoniam legati Mœsiæ, Pannonicique exercitus[f] hortantium[g] venerant; imperium capit. 3. Namque milites prædicti,[h] postquam Othonem prædem prætoriis,[i] Vitellium Germanicianis legionibus[k] factum[l] comperere, æmuli, ut inter se solent, ne dissimiles viderentur, Vespasianum perpulere;[m] in quem jam Syriacæ cohortes[n] ob egregia vitæ consenserant. 4. Quippe Vespasianus nova senator familia,[o] Reatinis majoribus,[p] in-

CAP. VIII. 2 '*Hortatum venerant* maluerunt Schottus, Gruter. et Sylburg. atque equidem præferrem: defendit tamen Arntzen. vulgatam lectionem tanquam syllepsidos genus.' *Harl.*—3 Τὸ *prædem* in Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. desideratur. '*Prædem* falsam esse lectionem, viderunt interpretes; *principem* conjecit Arntzen. [sed vocem omnino cum Schott. delere malit.] *imperatorem* Gruner. quod vocabulum ob præcedentem syllabam *em*, in voce *Othonem* in corrupto illo *prædem* latere illi visum est. In mentem mihi venit *præsulem*.' Harl. '*Othonem prædem prætoriis.* Totidem verbis literisque Mss. ex quo si *prædictum* formes, inutilis et rustica repetitio erit: *præsidem* potius, vel *præfectum* repræsentare videtur. Ego, donec melius quid proferatur, vel aliud exemplar nactus ero, tanquam glossema damno; et ἐλλειπτικῶς *imperatorem a prætoriis* exaudiam.' *Schott.* Mox '*Germanicianis Vitellium.* Vett. libb. dubites igitur *Germanicis* ne, an *Germanianis* (qui exercitus in Albino Capitolini visuntur) legas: sed *Germanicianis* ut 'Illyricianis' Suetonio, haud

NOTÆ

Joseph. lib. II. capp. 23. et 24. et initio lib. III.

[e] *Is*] Vespasianus.

[f] *Legati Mœsiæ, Pannonicique ex.*] Sueton. cap. 15. 'Octavo imperii mense desciverunt ab eo exercitus Mœsiarum atque Pannoniæ: item ex transmarinis, Judaicus et Syriacus; ac pars in absentis, pars in præsentis Vespasiani verba jurarunt.'

[g] *Pannonicique exercitus hortantium*] Legendum *hortatum;* neque aliter commode procedit oratio. Idem Schottus et Gruterus.

[h] *Milites prædicti*] Nempe Mœsiæ et Pannoniæ.

[i] *Othonem .... prætoriis*] Quorum animum erga se fidemque, Otho, copiis quas Vitellius præmiserat appropinquantibus, pæne internecione amplissimi ordinis expertus est. Sueton. Othon. cap. 8.

[k] *Vitellium Germanicianis leg.*] Sueton. Oth. cap. 8. 'Sub idem vero tempus Germaniciani exercitus in Vitellii verba juraverant.'

[l] *Factum*] Imperatorem scilicet.

[m] *Perpulere*] Ut imperium caperet.

[n] *Syriacæ cohortes*] Vide notam ante hanc sextam.

[o] *Nova senator familia*] Nova familia; hoc est, quæ nullos honores gesserat, et erat sine ullis majorum imaginibus. Sueton. c. 1. Vespas. 'Gens Flavia obscura illa quidem, ac sine ullis majorum imaginibus.'

[p] *Reatinis majoribus*] Avus ejus Titus Flavius Petro municeps Reatinus. Vide Sueton. cap. 1. Reate oppidum in Sabinis.

dustria rebusque pacis ac militiæ longe nobilis habebatur. 5. Hujus legatorum[q] in Italiam transgressu, fusisque apud Cremonam[r] suis, Vitellius ab Sabino, Urbi præfecto, Vespasiani fratre, sestertium millies[s] pepigerat, arbitris militibus imperio decedere: sed postquam mox circumventum se nuntio ratus est, quasi renovato furore ipsum[t] ceterosque adversæ partis, cum Capitolio, quod saluti remedium ceperant, cremavit. 6. Ast ubi vera esse, ac propinquare hostes patefactum est, productus e tugurio, quo se abdiderat, janitoris,[u] injecto laqueo, parricidarum more, ad scalas Gemonias,[x] perque eas pertractus; simul ictibus, quantum quisque valuerat, confosso corpore in Tiberim dejicitur, tyrannidis octavo mense, annos natus septuaginta et quinque[y] amplius.

7. Hi omnes, quos paucis attigi, præcipueque Cæsarum gens, adeo litteris culti atque eloquentia fuere, ut, ni cunctis vitiis, absque Augusto,[z] nimii forent, tantæ artes profecto texissent modica flagitia. 8. Quis rebus[a] quanquam satis constet præstare mores; tamen cuique, præsertim summo rectori, utroque,[b] si queat, juxta opus: sin autem

dubie germana lectio est.' *Schott.*—6 '*Quo se abdid.* Laborat distinctio: malim *quo se abdiderat, janitoris; injecto laqueo:* nam 'laqueum janitoris' non agnosco. Videatur Tranquill. capp. 16. et 17.' *Gruter.* Atque ita hunc locum distinguit Barthius Adv. LI. 4. Mox '*septem et quinquaginta* cum Schotto et Grunero, (quem vide,) legendum puto, secundum Sueton. Vitell. 18. et Tacitum Hist. III. 86. 1. Eutrop. VII. 12. Secundum Dion. Cass. l. LXVI. p. 741. vixit Vitellius annos quinquaginta quatuor.' *Harl.*—7 Excusi ap. Schott. *immodica* pro *modica.*—8 'Diligentius consideranti hæc verba vix potuerunt ita, uti

NOTÆ

[q] *Hujus legatorum*] Arrii, Antonii Primi, et Muciani.

[r] *Apud Cremonam*] Cremona supra Padum, a Vespasiani militibus incensa, cum annos sex et ducentos stetisset. Vide Tacit. Historiarum lib. III.

[s] *Sestertium millies*] Hoc valet 250,000. aureos. Eadem summa apud Sueton. cap. 15.

[t] *Ipsum*] Sabinum, et reliquos Flavianos. Sueton. Ibid.

[u] *E tugurio ... janitoris*] Cellulam janitoris vocat Sueton. c. 16.

[x] *Ad scalas Gemonias*] Scalæ Gemoniæ locus non longe a foro, in quem damnatorum cadavera uncis trahebantur.

[y] *Septuaginta et quinque*] Inversus numerus; reponendum *quinquaginta et septem.* Ex Sueton. Eutrop. Tacit.

[z] *Absque Augusto*] Id est, excepto Augusto; si Augustum excipias. De hoc loquendi modo supra.

[a] *Quis rebus*] Nota pro 'quare.'

[b] *Utroque*] Et moribus et eloquentia.

vitæ proposito in immensum progrediente,[c] elegantiæ satis atque auctoritatis sumat eruditionem.[*] [d]

[*] *Quare quamvis satis liqueat mores anteire eloquentiam, tamen unicuique, præcipue summo imperatori, æque opus est utroque, si possit. Si vero, vitæ consiliis in infinita distractis, utrumque acquirere non possit; eloquentiæ satis, et auctoritatis plurimum adipiscatur.*

quidem edi solent, a Victoris manu profecta videri. Suspicabar, *sin autem; vitæ proposito in immensum progrediente; elegantiæ saltem atque auctoritatis sumat eruditionem:* i. e. sin autem non queat in utroque genere eniti; cum principis vita infinitis prope occupationibus distineatur; saltem iis rebus studeat, quæ elegantiam morum atque auctoritatem conciliant.' *Gruner. Editionem* pro *eruditionem* in aliis edd. præter Delph. legitur.

NOTÆ

[c] *Vitæ proposito in immens. pr.*] Ait Imperatori eloquentia opus esse; sin vero vitæ proposita, hoc est, quæ sibi agenda proposuit, in immensum progrediantur, ita ut eloquentiæ et literis vacare nequeat, saltem elegantiæ atque auctoritatis eruditionem, quæ sibi satis sit, sumat.

[d] *Eruditionem* [*editionem*] Melius *eruditionem*.

CAP. IX.

FLAVIUS VESPASIANUS.

1. Hoc item ex genere Vespasianus, sanctus omnia,[e] facundiæ haud egens promendis, quæ senserat, exsanguem diu, fessumque terrarum orbem brevi refecit. 2. Namque primum satellites tyrannidis, nisi qui forte atrocius longe processerant, flectere potius maluit, quam excruciatos delere; prudentissime ratus, nefaria ministeria a pluribus metu curari. 3. Dein conjurationum multas[f] scelere inulto abscedere patiebatur; comiter, uti erat, stultitiæ arguens, qui ignorarent quanta moles molestiaque imperio inesset.

CAP. IX. 1 '*Brevi refecit.* Ita emendavi: nam in Mss. *prebire fecit* legebatur. Solent enim *u* et *b* sæpe commutari: quid si, *probe refecit?*' Schott.

NOTÆ

[e] *Sanctus omnia*] Id est, 'per omnia;' Græcorum more ἅγιος πάντα· sub. κατά.

[f] *Conjurationum multas*] Forsan *conjuratorum multos*, ob ea quæ sequuntur 'stultitiæ arguens.' Tamen et recepta lectio stare potest.

4. Simul divinis deditus, (quorum vera[g] plerisque negotiis compererat,) successores fidebat liberos[h] Titum ac Domitianum fore. 5. Præterea legibus æquissimis monendo, quodque vehementius est, vitæ specie vitiorum plura aboleverat. 6. Infirmus tamen,[i] uti quidam prave putant,[k] adversum pecuniam: cum satis constet, ærarii inopia, ac labe urbium,[l] novas[m] eum neque aliquandiu postea habitas, vectigalium pensiones exquisivisse. 7. Namque Romæ Capitolium, quod conflagrasse supra[n] memoravimus, ædes Pacis,[o] Claudii monumenta,[p] amphitheatri tanta vis, multæque aliæ, ac forum[q] cœpta ac patrata. 8. Adhuc[r] per omnes terras, qua jus Romanum est, renovatæ urbes[s] cultu egregio, viæque operibus maximis munitæ, et cavati montes per Flaminiam,[t] prono transgressu. 9. Quæ tot tanta-

—3 Vide Not. Delph. inf.—6 'In quibusdam exemplaribus prostat *infirmius:* [ut in Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. Arntz.] an scriptum fuit

NOTÆ

[g] *Quorum vera*] Ut de filiis infra, quos certo regnaturos videbat.

[h] *Successores fidebat liberos*] Sueton. cap. ult. 'Convenit inter omnes, tam certum eum de sua suorumque genitura semper fuisse, ut, post assiduas in se conjurationes, ausus sit affirmare senatui, aut filios sibi successuros, aut neminem.'

[i] *Infirmus* [*Infirmius*] *tamen*] *Infirmus* infra in Epitom. Si *infirmius* retineas, subaudiendum 'erit,' 'egit,' 'se gessit,' vel similia.

[k] *Uti quidam pravę putant*] Suetonium notat; qui c. 16. 'Sola est, in qua merito culpetur, pecuniæ aviditas.' Et Tacit. qui Histor. lib. xi. 'Prorsus si avaritia abesset, antiquis ducibus par.' Quanquam Sueton. eodem loco ait verisimilius videri eum ad manubias et rapinas necessitate compulsum.

[l] *Labe urbium*] Proprie, *labe;* id est, 'ruina.'

[m] *Novas*] Ut urinæ Sueton. 23. et fimi equini Tzetzes, Chiliade prima.

[n] *Supra*] In Vitellio.

[o] *Ædes Pacis*] Quæ foro proxima; cujus hodieque visuntur vestigia ad lævam, via sacra ad Mariæ, cognomento novæ, fanum tendentibus.

[p] *Claudii monumenta*] Templum Claudii in Cœlio monte, cœptum quidem ab Agrippina; sed a Nerone prope funditus destructum. Et aquas Curtiam et Cæruleam quas Claudius in Urbem induxerat.

[q] *Ac forum*] De foro a Vespasiano exstructo amplius quærendum.

[r] *Adhuc*] Hac voce utitur pro 'adhæc:' jam supra.

[s] *Renovatæ urbes*] Sueton. cap. 17. 'Plurimas per totum orbem civitates terræ motu aut incendio afflictas, restituit in melius.'

[t] *Per Flaminiam*] Viam quæ per Hetruscos in Umbriam tendit. Sed Paulus Diaconus lib. ix. montes jussu Vespasiani prope Puteolos excavatos dicit.

que brevi confecta, intactis cultoribus, prudentiam magis quam avaritiam probavere: simul censu more veterum[u] exercito, senatu motus[x] probrosior quisque, ac lectis undique optimis viris, mille gentes compositæ, cum ducentas ægerrime reperisset, extinctis sævitia tyrannorum plerisque. 10. Ac bello rex Parthorum Vologæsus in pacem coactus, atque in provinciam Syria, cui Palæstinæ nomen, Judæique,[y] annitente filio Tito, quem transgrediens in Italiam reliquerat externæ militiæ,[z] moxque victorem præfectura prætorio extulerat.[m] 11. Unde etiam honos is, ingens a principio, tumidior, atque alter ab Augusto imperio fuit. 12. Verum hac tempestate dum honorum honestas despectatur, mixtique bonis indocti,[n] ac prudentibus inertes sunt, fecere nomen plerique potentia vacuum insolens per injurias, subjectum pessimo cuique, et annonæ specie rapax.

infirmior?' Harl.—10 '*Ac bello.* Aut erravit Aurelius Victor, aut, quod Epit. 9. 12. convenit, scripsit *metu solo.*' Harl. Tum *Vologesus* omnes præter Gruner. Mox '*Judæique, annitente Tito.* Hæc falsa esse, neque ullam satis commodam interpretationem admittere, monet Isaacus Casaubonus, Exercitt. ad Baron. I. C. p. m. 45. . . . Neque vero Vespasianus, cum e Palæstina abiret, ad Italiam (uti Aurelius vult), sed Alexandriam transiit, ut claustra Ægypti obtineret: vide Tac. Hist. II. 82. 5. Suet. 7. Ex quibus omnibus satis, puto, Aurelii nostri supina hoc in loco negligentia intelligi potest. Ceterum Casaubonus, l. c. suspicatur, Vespasianum etiam, deleta urbe, reliquæ Judææ partem aliquam in provinciæ formam redegisse, non tamen totam; cum Agrippa minor ad annum Trajani tertium vitam et dominationem produxerit.' *Gruner.*

NOTÆ

[u] *More veterum*] Nam census a Servio Tullio rege institutus.

[x] *Senatu motus*] 'Summotis indignissimis, et honestissimo quoque Italicorum ac provincialium allecto.' Sueton. c. 9.

[y] *Atque in provinciam Syria, Judæique*] 'Sub hoc Judæa Romano accessit imperio; et Hierosolyma, quæ fuit urbs clarissima Palæstinæ.' Eutrop.

[z] *Reliquerat externæ militiæ*] Hoc est, ad externam militiam.

[m] *Præfectura prætorio extulerat*] Sueton. in Tito cap. 6. 'Præfecturam quoque prætorii suscepit, nunquam ad id tempus nisi ab equite Rom. administratam.' Inde Plin. in Præfat. ad Titum: 'Triumphalis ac censorius tu, sexiesque consul, ac tribunitiæ potestatis particeps, et (quod his nobilius fecisti, dum illud patri pariter, et equestri ordini præstas) præfectus prætorio.'

[n] *Bonis indocti*] Nota 'indoctos' opponi 'bonis,' quia scilicet homine imperito nunquam quicquam injustius. Terent. Adelph.

CAP. X.

T. FLAVIUS VESPASIANUS.

1. CETERUM Titus,[a] postquam imperium adeptus est, incredibile[est] quantum, quem imitabatur, anteierit; præsertim literis clementiaque ac muneribus. 2. Denique cum concessa per priores principes firmari ab insequentibus mos esset,[b] simul imperium[c] cepit, talia possidentibus edicto[d] sponte[e] cavit prospexitque. 3. Neque minus sancte facilis in tuendis, qui forte in se conspirassent: adeo utcum amplissimi ordinis[f] duo abnuere cogitatum scelus nequirent, Patresque censuissent de confessis supplicium sumendum, deductos in spectaculum[g] se utrimque assidere jussit, petitoque[h] ex industria gladiatoris, quorum pugnæ visebantur, gladio, quasi ad explorandam aciem, uni atque alteri committere. 4. Quis perculsis, et constantiam mirantibus: Videtisne, inquit, potestates[i] fato dari, frustraque tentari

CAP. X. 2 *Denique dum* Schott. Gaesb. Delph. Pitisc.—3 *Sanctus et facilis* malit Arntz. Mox *amp. ordinis dico* Schott. Gaesb. In seqq. *deductus* pro *deductos* Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. Tum 'pro *se utrimque*, non est cum Grutero mutandum *secum*: nam, ut Arntzen. late probavit, 'assidere' sibi etiam jungere solet quartum casum, ut imitetur vim generis apud Græcos medii: *utrimque* est 'ab utraque parte.' Forsan præterea scripserat Aurel. Victor, ... *adeo ut, cum ... nequirent ... assidere juberet ... committeret*.' Harl. Mox

NOTÆ

[a] *Titus*] Imperium suscepit, A. U. 831. post C. N. 79.

[b] *Mos esset*] A Tiberio institutus. Sueton. cap. 8. 'Natura autem benevolentissimus, cum, ex instituto Tiberii, omnes dehinc Cæsares beneficia, a superioribus concessa principibus, aliter rata non haberent quam si eadem iisdem et ipsi dedissent. Primus præterita omnia uno confirmavit edicto: nec a se peti passus est.'

[c] *Simul imperium*] Pro 'simulac. imp.' &c. sic sæpe Horat.

[d] *Edicto*] Cujus meminit Dio.

[e] *Sponte*] Ultro; 'a se peti non passus est.' Supra Sueton.

[f] *Amplissimi ordinis*] Id est, 'senatorii.' Senatus enim amplissimus ordo vocabatur. 'Duos patricii generis,' Suet. cap. 9.

[g] *Deductos* [*deductus*] *in spectaculum*] Omnino legendum *deductos*; et sic in Epitom. Hæc aliter narrat Sueton. cap. 9.

[h] *Petitoque*] Melius Sueton. 'Oblata sibi ornamenta pugnantium inspicienda porrexit:' de more: solebant enim editori gladios exhibere, ut videret satisne essent acuti.

[i] *Potestates*] 'Principatum.' Sueton.

facinus[k] potiundi spe, vel amittendi metu? 5. Ita biennio post, ac menses fere novem, amphitheatri perfecto opere,[l] lautusque veneno interiit,[m] anno ævi quadragesimo,[n] cum ejus pater septuagesimo[o] obiisset, Imperator decennii. 6. Hujus sane mors adeo provinciis luctui fuit, uti generis humani delicias[p] appellantes, orbatum orbem[q] deflerent.

committeret malit Arntz.—5 '*Biennium* pro *post biennio*, malint Schott. Sylburg. et Gruner.' *Harl.* Præterea *profecto opere* edd. ante Schott. Tum '*lautusque*. Magis placet Arntzenii, incerti quidem, suspicio *ludisque*, quam unice quoque probavit Gruner.' *Harl.*—6 '*Orbatum orbem*. Plenius excusi, *quasi perpetuo custode orbatum terrarum orbem deflerent*.' Schott. 'Et hoc mihi magis arridet.' *Gruter.*

NOTÆ

[k] *Frustraque tentari facinus*] Inde Marcus Antoninus Imperator ad Verum rescribens: 'Si Cassio divinitus debetur imperium, non poterimus interficere, etiamsi velimus: scis enim proavi tui dictum, *successorem suum nullus occidit*.'

[l] *Perfecto opere*] Id est, 'dedicato.' Sueton. cap. 7. 'Amphitheatro dedicato, thermisque juxta celeriter exstructis, munus edidit apparatissimum largissimumque.' Illud Vespasianus exstruxit, Titus dedicavit.

[m] *Veneno interiit*] Dio ait periisse conjectum in arcam ligneam nive oppletam; Plutarch. balneo extinctum; alii aliter: Sueton. febre, nulla veneni facta mentione. Et infra in Epitom.

[n] *Anno ævi quadragesimo*] Altero et quadragesimo. Sueton. Eutrop. Sed desunt menses tres.

[o] *Septuagesimo*] Vide notata in Epitom. Vespas.

[p] *Generis humani delicias*] Sueton. cap. 1. 'Titus, cognomine paterno, amor ac deliciæ generis humani.'

[q] *Orbatum orbem*] Plenius in Epitom. 'Quasi perpetuo custode orbatum terrarum orbem deflerent.'

CAP. XI.

T. FLAVIUS DOMITIANUS.

1. IGITUR Domitianus,[a] fratris atque Imperatoris optimi nece, privato scelere publicoque amentior, simul maculosæ adolescentiæ,[b] prædas, cædem, supplicia[c] agere occœpit. 2. Major libidinum flagitio, ac plus quam superbe

NOTÆ

[a] *Domitianus*] A. U. 833.

[b] *Maculosæ adolescentiæ*] Id est, 'famosæ.' Vide Sueton.

[c] *Prædas, cædem, supplicia*] Vide Sueton. cap. 10.

utens Patribus:[d] quippe se Dominum Deumque[e] dici coëgerit; quod confestim ab insequentibus remotum, validius multo posthac deinceps retulere.[f] [g] 3. Sed Domitianus primo clementiam[h] simulans, neque adeo iners domi, belloque tolerantior videbatur. 4. Idcircoque Dacis et Cattorum[i] manu devictis, Septembrem Octobremque[k] menses, Germanici superiorem, e suo nomine alterum appellaverat: multaque opera[l] inchoata per patrem, vel fratris studio, atque in primis Capitolium, absolvit. 5. Dehinc atrox cædibus bonorum, segnisque, ridicule,[a] remotis procul omnibus, muscarum agmina persequebatur, postquam ad libidinem minus virium erat, cujus fœdum exercitium Græcorum lingua κλινοπάλην vocabat. 6. Hincque[b] jocorum pleraque: nam percunctanti cuidam, quisquamne in palatio esset, responsum,[c] Ne musca quidem, nisi forte apud palæstram. 7. Is ergo magis magisque sævitia nimius, eo-

NOTÆ

[d] *Patribus*] Quorum nobilissimos interfecit. Sueton. 10.

[e] *Dominum Deumque*] 'Pari arrogantia, cum procuratorum suorum nomine formalem dictaret epistolam, sic cœpit: *Dominus et Deus noster sic fieri jubet*. Unde institutum posthac, ut ne scripto quidem ac sermone cujusquam appellaretur aliter.' Sueton. 13.

[f] *Validius multo posthac deinceps retulere*] Valerium Diocletianum et Maximinum intelligit; nam ii Dei nomen primi post Domitianum recepere. Vide infra numero 39.

[g] *Deinceps retulere*] Gruter. *Deincipes retulere*. Declinatur enim 'deinceps deincipis.' Sed recepta lectio stabit.

[h] *Primo clementiam*] Vide Sueton. 9.

[i] *Dacis et Cattorum*] Sueton. cap. 6. de Dacis alibi. Catti in Germania hodie *Hessen*.

[k] *Septembrem Octobremque*] Sueton. 13. 'Post autem duos triumphos, Germanici cognomine assumto, Septembrem mensem et Octobrem ex appellationibus suis, Germanicum Domitianumque transnominavit; quod altero suscepisset imperium, altero natus esset.'

[l] *Multaque opera*] Sueton. cap. 5. 'Plurima et amplissima opera incendio absumta restituit: in quis et Capitolium, quod rursus arserat; sed omnia sub titulo tantum suo, ac sine ulla pristini auctoris memoria. Novam autem excitavit ædem in Capitolio custodi Jovi, et forum quod nunc Nervæ vocatur. Item Flaviæ templum gentis, et Stadium, et Odeum, et Naumachiam.'

[a] *Segnisque, ridicule*] Frustra Torrent. qui legit *stylisque ridicule:* ex Sueton. cap. 3. nam *segnis* retinendum: respicit enim ad superiora, 'Neque adeo iners domi.'

[b] *Hincque*] Quod muscas persequebatur.

[c] *Responsum*] A Vibio Crispo. Sueton. 3.

que suspectior etiam suis, libertorum consilio, uxore[d] non ignara, quæ amorem histrionis[e] viro prætulerat, pœnas luit, quinto et quadragesimo anno vitæ, dominationis circiter quintodecimo.[f] 8. At senatus gladiatoris more funus ferri,[g] radendumque nomen[h] decrevit. 9. Quo moti milites,[i] quibus privatæ commoditates dispendio publico largius procedunt, auctores necis ad supplicium petere, more suo, seditiosius cœperunt. 10. Qui vix ægreque per prudentes cohibiti, tandem in gratiam optimatum convenere. 11. Neque minus per se moliebantur bellum, quod his[k] conversum imperium mœstitiæ erat, ob omissionem[l] prædarum per dona munifica.[m]

12. Hactenus Romæ, seu per Italiam orti imperium rexere: hinc advenæ; nescio quoque, an, ut in Prisco Tar-

CAP. XI. 2 *Deinceps retulere.* Vide Not. Delph.—11 '*Per se.* Doctam Arntzenii conjecturam, *Persæ*, docte copioseque refutavit jam Grunerus: neque eo *per se* mutandum censeo; at saltem, majoris perspicuitatis causa, ante *quod his*, insererem *sed*, aut lubentius, *quam*. Sensus: Non tam per se bellum (h. e. pugnam indeque secuturam cædem) non moliebantur, quam quoniam mutatum, idque melius, imperium, erat ingratum, et nihil doni munerumque amplius attulit.' *Harl.* Mox ad *his*, vide Not. Delph. Tum '*Omissionem.* An *amissionem*? sed illo frequentius utitur: et ita disertim scriptum. Infra libenter legerem, *Hinc advenæ quoque, nescio an, ut in Prisco*

NOTÆ

[d] *Libertorum consilio, uxore*] 'Oppressus est amicorum libertorumque intimorum conspiratione, simul et uxoris.' Sueton. 14.

[e] *Histrionis*] Qui Paris vocabatur.

[f] *Quintodecimo*] Additis diebus quinque.

[g] *Gladiatoris more funus ferri*] Id est, ut unco in spoliarium traheretur, ut solebant gladiatorum cadavera. Hæc Noster ex Suetonio finxit cap. 23. 'Senatus adeo lætatus est, ut, repleta certatim curia, non temperaret quin mortuum contumeliosissimo atque acerbissimo acclamationum genere laceraret.' Quarum acclamationum exempla pete ex Lampridio in Commodo: 'Qui senatum occidit, in spoliario ponatur; qui senatum occidit, unco trahatur,' &c. Verum Suet. paulo ante scribit, cadaver ejus populari sandapila per vespillones exportatum, Phyllidem nutricem in suburbano suo Latina via funerasse.

[h] *Radendumque nomen*] 'Eradendos ubique titulos, abolendumque omnem memoriam.' Sueton.

[i] *Milites*] 'Qui gravissime tulere occisum eum, parati et ulcisci, nisi duces defuissent; quod quidem paulo post fecere; expostulatis ad pœnam pertinacissime cædis auctoribus.' Sueton.

[k] *His*] Militibus. Malim *iis*.

[l] *Omissionem*] Pro 'amissionem.'

[m] *Prædarum per dona munifica*] Hoc est, prædarum quibus ditabantur per

quinio,[n] longe meliores. 13. At mihi quidem audienti multa, legentique, plane compertum, urbem Romam externorum virtute,[o] atque insitivis artibus præcipue crevisse.

Tarquinio longe meliores: ac mihi quidem, si Ms. auctoritas suffragaretur.' *Schott.*

NOTÆ

dona munifica vesani principis.

[n] *Ut in Prisco Tarquinio*] Qui advena omnibus ante se principibus melior fuit.

[o] *Externorum virtute*] Sicut sane brevi lætior reip. status evenit, abstinentia et moderatione insequentium principum. Sueton. in fine.

CAP. XII.

COCCEIUS NERVA.

1. Quid enim[p] Nerva[q] Narniensi[r] prudentius, magisque moderatum? 2. Qui cum extrema ætate[s] apud Sequanos,[t] quo tyranni defecit[u] metu, imperium arbitrio legionum cepisset; ubi prospexit, nisi a superioribus robustioribusque corpore animoque, geri non posse, mense sexto ac decimo semet eo abdicavit, dedicato prius foro, quod appellatur Pervium,[x] quo ædes Minervæ eminentior consurgit, et magnificentior. 3. Id cum semper egregium sit metiri,

Cap. xii. 1 *Cretensi* pro *Narniensi* Schott. Gaesb. Delph. Pitisc.—2 '*Defecit.* Alii *quod tyrannidis fecit metu.* Alii *quo tyrannidis fugit metu* tentabant: frustra.' *Schott.* Mallet aliquis ap. Arntz. *desedit.* Mox *Pervium.* Vide Not. Delph.

NOTÆ

[p] *Quid enim*] Hæc et sequentia tanquam falsa et portentosa rejicit Joseph. Scalig. in Animad. Euseb. ad a. 2113.

[q] *Nerva*] Qui Imperator factus A. U. 848.

[r] *Narniensi* [*Cretensi*] Scribendum *Narniensi:* nam oppido Narniensi genitus. Narnia autem in ea Umbriæ parte quæ Sabinis contigua.

[s] *Extrema ætate*] Annum agebat sexagesimum, cum imperium suscepit.

[t] *Apud Sequanos*] Falsum: Romæ Imperator salutatus.

[u] *Defecit*] Declinavit, aufugit.

[x] *Pervium*] Emendabat quidam *Nervium:* sed nihil mutandum: nam, etsi a Nerva dedicatum, *Pervium* dici potuerit. Certum est transitorium, ideoque Pervium dictum fuisse, quod per id in alia opportune transitus pateret. Fortasse et quia in eo esset templum Jani.

quantum queas, neque ambitione præceps agi; tum in imperio;[y] cujus adeo cupidi mortales sunt, ut id vel ultima senectus avide petat. 4. Huc accedit, quod suffecti virtute[z] quantus consilio esset, magis magisque patefecit.

NOTÆ

[y] *Tum in imperio*] Egregium est, scilicet.

[z] *Suffecti virtute*] Virtute ejus quem suffecerat, substituerat.

CAP. XIII.

ULPIUS TRAJANUS.

1. NAMQUE Ulpium Trajanum,[a] Italica urbe[b] Hispaniæ, ortum, amplissimi ordinis[c] tamen atque consulari loco,[d] arrogatum[e] accepit et dedit. 2. Hoc[f] ægre clarior domi seu militiæ reperietur. 3. Quippe primus, aut solus etiam, vires Romanas trans Istrum propagavit, domitis in provinciam Dacorum pileatis[g] Sacisque[h] nationibus, Decibalo rege,[i] ac Sardonios:[k] simul ad ortum solis[l] cunctæ gentes, quæ inter Indum et Euphratem, amnes inclytos, sunt, concussæ bello; atque imperati obsides Persarum[m]

CAP. XIII. 1 '*Accepit, dedit* vett. libb. Alterutrum forte superat.' *Schott.* —3 'Pro *Sacisque* legendum esse rectius putat Schottus *Iazygisque*.' Harl. '*Sardonio*, quod nomen reguli cujusdam ignoti fuerit, præeunte Anna Fabri, suspicatus est Arntzenius. Populus enim Sardoniorum apud veteres nullibi legitur.' *Harl.* Vide Not. Delph. '*Persarum* . . . *Cosdroe*. *Parthorum*, qui h.

NOTÆ

[a] *Ulpium Trajanum*] A. U. 840.

[b] *Italica urbe*] Italica urbs in Bœtica.

[c] *Amplissimi ordinis*] Id est, senatorii: de quo supra.

[d] *Consulari loco*] Cujus pater primum consul fuit. Eutrop.

[e] *Arrogatum*] Id est, 'adoptatum.' De arrogatione, alibi dictum.

[f] *Hoc*] In sexto casu.

[g] *Dacorum pileatis*] Qui pileos gestabant: πιλοφόρους vocat Dio.

[h] *Sacisque*] Sacæ, Asiæ gens juxta Scythiam.

[i] *Decibalo rege*] Decibalus Daciæ rex fuit.

[k] *Ac Sardonios*] Mihi ignoti sunt Sardonii populi. Legebat Schottus ac *Dardaniis*, quod non placet; nec *Sauromatis*, quod ex Eutropio verum esset, ni nimium ab scriptura recederet. Forte an Sacarum reguli cujusdam nomen latet.

[l] *Ad ortum solis*] Vide Eutrop. qui fuse.

[m] *Persarum*] Parum accurate: Cos-

regi, nomine Cosdroë,[n] et inter ea iter conditum[o] per feras gentes, quo facile ab usque Pontico mari in Galliam permeatur. 4. Castra suspectioribus atque opportunis locis exstructa; ponsque Danubio[p] impositus; ac deductæ coloniarum pleræque. 5. Adhuc[q] Romæ a Domitiano cœpta fora, atque alia multa, plusquam magnifice coluit ornavitque: et annonæ perpetuæ mire consultum, reperto firmatoque Pistorum[r] collegio: simul noscendis ocyus, quæ ubique e rep. gerebantur admota media publici cursus.[s] 6. Quod equidem munus satis utile, in pestem orbis Romani[t] vertit posteriorum avaritia insolentiaque; nisi quod his annis[u] suffectæ vires Illyrico sunt, præfecto medente Ana-

l. ut ab Horatio aliisque, 'Persæ' per abusum vocantur. Rex a Dione scribitur *Hosroës*, ab aliis *Cosroës*, aut *Chosroës*.' Harl.—5 *Capta* pro *cœpta* Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. *Cœpta* ex emendatione Sylburg. prob. Gruter. Mox *excoluit* pro *coluit* malit Arntzen. In seqq. *simul noscendi socius* ante Schott. legebatur. Denique '*erepta*. Divinabam *e rep.* quod scriptum repperisset librarius *e re pca*. Vehicularium autem cursum appellant alii; de quo Amm. Marcellinus l. XXI.' *Schott.*—6 '*Præfecto medente Anatolio. Prefecto* scriptum

NOTÆ

droëm Persarum regem dicit Noster, qui Parthorum rex fuit: nimirum ad sua tempora respexit, quibus Parthi Persarum nomine complectebantur.

[n] *Cosdroë*] Cosdroës Artabani, Parthorum regis, filius. Scribitur autem varie: sine *d*, *Cosroës;* Græcis Κοσρόης· cum *d*, Κοσδρόης: et hic: cum X, Χοσρόης: et demto X vel K, Οσδρόης, *Osdroës:* et provincia *Osdroëna*.

[o] *Iter conditum*] Trajanus Ponticas paludes lapidibus stravit, et pontes maximos struxit.

[p] *Ponsque Danubio*] Vix biennio ædificatus. Habuit pilas viginti ex lapide quadrato, altitudinis, absque fundamentis, pedum 150. latitudinis, 60. distabantque inter se pedibus 170. junctæ superiori parte fornicibus.

[q] *Adhuc*] Pro 'adhæc' jam sæpius.

[r] *Pistorum*] Pistores intellige quos vulgo dicimus *boulangers*.

[s] *Admota media publici cursus*] De institutione publica cursus hic fallitur Victor; et Spartianus, qui Adriano tribuit: 'Statim,' inquit, 'cursum fiscalem instituit, ne magistratus hoc onere gravarentur:' illum enim multo ante instituerat Augustus, ut celerius cognosci posset quid in quaque provincia gereretur. Vide apud Spart. notata a viris doctiss.

[t] *In pestem orbis Rom.*] Cum angariæ et veredi possessionibus et patrimoniis indicerentur, certum est eo onere multas civitates et provincias fuisse vexatas. Hinc illæ tot leges, tot insequentium principum constitutiones, ad sublevandum publicum cursum promulgatæ. Quas vide lib. XII. Cod.

[u] *His annis*] Scilicet ante Constantii decimum, Juliani tertium consulatum. Quo tempore florebat Victor.

tolio.[x] 7. Boni malique in rep. nihil est, quod in diversum traduci nequeat moribus præsidentium. 8. Æquus, clemens, patientissimus, atque in amicos perfidelis: quippe qui Suræ familiari opus sacraverit,[y] quæ Suranæ sunt. 9. Usque eo innocentiæ fidens, uti præfectum prætorio Suburanum nomine,[z] cum insigne potestatis, uti mos erat, pugionem daret crebro, monuerit: Tibi istum ad munimentum mei committo, si recte agam; sin aliter, in me magis: quod moderatorem omnium vel errare minus fas sit. Quin etiam vinolentiam,[a] quo vitio, uti Nerva, angebatur,[b] prudentia molliverat; curari vetans jussa post longiores epulas. 10. His virtutibus acto imperio annos prope viginti,[c] cum ter-

fuit, non *præfecto*.' Schott.—9 *Prætorio Suburanum*. Vide Not. Delph. 'Quod hic de alio præfecto comminiscitur post Sylburg. doctissima Anna mihi nullo modo fieri potest verosimile; cum credi vix possit bis eodem dicto confidentiam animi aperuisse Trajanum; quod si etiam factum fuisset, non omnes historici id unanimi consensu ad unum Suram traxissent. De alio cum altum sit silentium, aperte mendo laborare Nostrum, judicavit jam olim Livineius ad Plin. Paneg. c. 67. § 8. et hunc locum laudans, eas voces *Suburanum nomine* prætermittit Savaro ad Sidon. carm. v. vers. 663. De confusione nominum, *suræ*, *surani*, et *saburani*, confer Casaub. et ceteros ad Spart. Hadrian. cap. 3. p. 31.' *Arntz.* Tum *agebatur* pro *angebatur* correxit Is. Casaubon. et probavit Arntzenius. Tum '*longiores epulas*; h. e. tempestiva, convivia in quibus largiore vino utebantur: quare Arntzenii conjectura, *largiores epulas*, acuta quidem est, nec tamen necessaria.' *Harl.*—10 '*Antiochiam ceteraque.*

NOTÆ

[x] *Præfecto medente Anatolio*] Ammian. Marcellin. lib. XIX. 'Quodque Anatolio regente tunc per Illyricum præfecturam, necessaria cuncta, vel ante tempus coacta sine ullius dispendio affluebant,' &c. Meminit et lib. XXI.

[y] *Opus sacraverit*] Thermas, quarum ruinæ in Aventino hodie visuntur in vineto quodam prope templum S. Priscæ.

[z] *Suburanum* [*Saburum*] *nomine*] Hæc a glossa esse suspicantur viri docti, quod, quæ hic a Victore dicuntur, ea ad Licinium Suram, de quo supra, pertineant. Ego vero dubito: hic enim de præfecto forsan loquitur Victor, cui anno primo imperii Trajanus ensem tradidit, quamvis Suburanus vocatus fuerit, satis non liquet. At Suranum illum anno tantum quinto imperii præfectum prætorio Trajanus fecit.

[a] *Vinolentiam*] De Trajani vinositate Dio Cassius, Lampridius in Alexandro Severo, et Ælius Spartianus de Adriano: 'Quandoquidem et indulsisse vino se dicit Trajani moribus obsequentem. Atque ob hoc se a Trajano locupletissime muneratum.'

[b] *Angebatur*] Scribendum *agebatur*; 'agi vitio' tam Latine dicitur, quam falsum est 'vitio angi' vitiosum, quo delectatur. Sic alibi dixit Noster 'agi libidine:' numero 39. 'Quippe Herculeius libidine tanta agebatur.' Hæc ex Casauboni in Spartianum notis desumta sunt.

ræ motu gravi apud Antiochiam ceteraque[d] Syriæ extremis afficeretur, rogatu Patrum militiam repetens, morbo[e] periit, grandæva ætate;[f] ascito prius ad imperium Hadriano cive propinquoque.[g] 11. Abhinc[h] divisa nomina Cæsarum atque Augusti;[i] inductumque in rempublicam, uti duo, seu

Mutilus est locus; fortasse talis quæpiam requiritur lectio: *Cum terræ motu gravi apud Antiochiam ceteraque Syriæ, bona Asiæ parte concussa, reliqua bellorum calamitatibus extremis afficeretur.*' Sylburg. 'Posset tolli asteriscus, dummodo rescriberetur *extremius afficeretur.*' Gruter. 'Fortasse malles hoc loco, *ceteraque Syriæ extrema.*' Arntz.—11 '*Abhinc* ad Hadrianum, qui Lucium Ælium Verum in successionem imperii, nomine et honore Cæsaris adoptaret, referre, videtur duriusculum; et Aurelium Victorem errasse existimem. Neque Augusti, h. e. imperatoris ipsius, et Cæsarum, h. e. eorum, qui ab imperatoribus adoptati imperiique heredes designati fuerant, nominum divisionis originem ad Hadriani, sed ad Pisonis jam et Galbæ, et aliorum insequentium tempora referendam esse, animadvertit Gruner; cujus et Arntzenii notas conferes.' *Harl.*

NOTÆ

[c] *Annos prope viginti*] Desunt menses quinque, dies 15.

[d] *Terræ motu gravi apud Ant. ceteraque*] Corruptissimus est hic locus, atque adeo forsan mutilus: divinabam *Cum terræ motu gravi Antiochia ceteraque Syriæ extrema afficerentur, &c.* Antiochia ceteraque Syriæ extrema; id est, Antiochia totumque ejus territorium: Antiochia enim in extremo Syriæ sita est. Hunc terræ motum describunt Dio et Xiphilin. factus est A. U. C. 867. post C. N. 115. Duobus circiter annis post, diem obiit Trajanus.

[e] *Morbo*] Profluvio ventris: apud Seleuciam.

[f] *Grandæva ætate*] Annis natus 63.

[g] *Propinquoque*] Immo et consobrino: vide infra in Epitom. sed, præter hoc jus cognationis, erat et vinculo affinitatis conjunctus; nam Sabina Hadriani uxor sorore Trajani Marciana fuit genita.

[h] *Abhinc*] Nisi hæc ad Adrianum referas, palam errabit Victor; neque enim a Trajano divisa fuerunt nomina Cæsarum atque Augusti, sed Adriano demum imperante; nam Lucius Ælius Verus ab Adriano in successionem imperii adoptatus primus Cæsar dici cœptus est.

[i] *Divisa nomina Cæsarum atque Augusti*] Cum antea Cæsaris et Augusti nomina Imperatoribus tantum propria, institutum est ut ea dividerentur; et Augusti Imperatores, Cæsares vero qui ab Imperatoribus adoptati, imperiique hæredes designati fuerant, dicerentur; sicut Ælius Verus, candidatus imperii, primus Cæsar dictus est. Spartianus in prologo Ælii Veri: 'In animo mihi est,' inquit, 'Diocletiane Auguste! tot principum maxime, non solum eorum qui principem locum, in hac statione quam temperas, retentarunt, ut usque ad divum Adrianum feci, sed illorum etiam qui vel Cæsarum nomine appellati sunt, nec principes aut Augusti fuerunt, vel quolibet alio genere, aut in famam, aut in spem principatus venerunt, cognitionem numini tuo sternere: quorum præcipue de Ælio Vero dicendum est, qui primus tantum Cæsaris nomen accepit, adoptione Adriani familiæ principum ascriptus.' Et inde est quod capite

plures summæ potentiæ, dissimiles cognomento ac potestate dispari sint. 12. Quanquam alii Plotinæ,[k] Trajani conjugis, favore imperium assecutum putent, quæ viri testamento hæredem regni institutum simularat.

NOTÆ

sequenti legas: 'Tibur secessit, permissa Urbe Lucio Ælio Cæsari.'

[k] *Quanquam alii Plotinæ*] Hæc sic a superioribus pendent: 'Ascito prius ad imperium Adriano, cive propinquoque, quanquam alii,' &c. Spartian. Adriano: 'Nec desunt qui factione Plotinæ, mortuo jam Trajano, Adrianum in adoptionem adscitum esse prodiderint, supposito qui pro Trajano fessa voce loqueretur.'

CAP. XIV.

ÆLIUS HADRIANUS.

1. IGITUR Ælius Hadrianus[a] eloquio, togæque studiis accommodatior, pace ad Orientem[b] composita Romam regreditur.[c] 2. Ibi Græcorum more, seu Pompilii Numæ,[d] cærimonias, leges, gymnasia, doctoresque curare occœpit; adeo quidem, ut etiam ludum ingenuarum artium, quod Athenæum vocant,[e] constitueret. 3. Atque initia Cereris,

CAP. XIV. 2 '*Athenæum.* Ita emendavi; nam obscure in Mss. erat.' *Schott.*

NOTÆ

[a] *Ælius Hadrianus*] Sic melius scribitur cum aspiratione; et ita constanter nummi et lapides. Græci tamen fere semper cum tenui: 'Αδριανὸς. Imperium suscepit A. U. 889. post C. N. 117. quo mortuus Trajanus.

[b] *Pace ad Orientem*] Spartianus: 'Adeptus imperium ad priscum se statim morem instituit, et tenendæ per orbem terrarum paci operam impendit. Nam deficientibus his nationibus quas Trajanus subegerat, Mauri lacessebant, Sarmatæ bellum inferebant, Britanni teneri sub Romana ditione non poterant, Ægyptus seditionibus urgebatur, Lycia denique ac Palæstina rebelles animos efferebant: quare omnia trans Euphratem ac Tigrim reliquit, exemplo, ut dicebat, Catonis, qui Macedonas liberos pronuntiavit, quia teneri non poterant.'

[c] *Romam regreditur*] 'Præposito Syriæ Catilio Severo, per Illyricum Romam venit.' Spartian.

[d] *Pompilii Numæ*] 'Qui sacra, cærimonias, omnemque cultum Deorum immortalium docuit.' Florus.

[e] *Quod Athenæum vocant*] Ideo quod illuc convenirent homines docti, et Minervæ sacris initiati. Lamprid. in Alexandro Severo: 'Ad Athenæum, audiendorum et Græcorum et Latinorum rhetorum, vel poëtarum causa frequenter processit.'

Liberæque, quæ Eleusina dicitur,[f] Atheniensium modo Roma percoleret. 4. Deinde, uti solet tranquillis rebus, remissior rus proprium Tibur secessit, permissa Urbe Lucio Ælio Cæsari.[g] 5. Ipse, uti beatis locupletibus mos, palatia exstruere, curare epulas, signa, tabulas pictas: postremo omnia satis anxie prospicere, quæ luxus lasciviæque essent. 6. Hinc orti rumores mali, injecisse stupra puberibus, atque Antinoi flagravisse famoso ministerio, neque alia de causa urbem conditam ejus nomine,[h] aut locasse Ephebo statuas. 7. Quæ quidem alii pia volunt, religiosaque: quippe Hadriano cupiente fatum producere, cum[i] volun-

—3 *Eleusinia dicuntur* conj. Schott. Vide Not. Delph.—4 'Nonnihil offendit illud *proprium;* quid enim necesse talia addere? Reponerem *prope Tibur.* Ita appellatur ipsa urbs, cui adjacebat rus, 'Villa Tiburtina' dicta, uti constat ex Spart. Hadr. capp. 23. et 26. . . . Sed an ferri potest *rus Tibur,* videant alii. Ego vehementer dubito, nisi distinguas *rus proprium, Tibur.* Sed tamen prius malim. De hortis Tiburtinis nonnulla Freinsh. ad Flor. I. 17. § 7.' *Arntz.* Mox '*Lucio Ælio Cæsari.* Sic excusi. *Ælius,* et nummi antiqui. Ms. noster nunc *Elius,* nunc *Helius* aspiratione Græca.' *Schott.*—5 '*beatis* h. l. qui in re lauta versantur. Conf. de hoc voc. Cuper. Observatt. lib. III. c. 1. nec [ut censet ille] opus est copula *et;* nec *locupletibus* glossema haberi debet, nec cum Savarone ad Sidon. carm. v. vers. 57. per 'Imperatoribus' exponi. Frigidum vero et ineptum foret, Imperatorem Romanum locupletem cogitare, qui veluti opponatur minus locupletibus, pauperibus Impera-

NOTÆ

[f] *Initia Cereris, Liberæque, quæ Eleusina dicitur*] Legendum *quæ Eleusina dicuntur:* ut optime Salmasius apud Spartianum. Cereris quidem sacra e Græcia assumta, longe ante Hadrianum Roma percoluit; sed illa, quæ Eleusina dicebantur, nunquam Romæ percepta sunt. Quin et multo ante, ea Romam transferre frustra conatus Claudius. Eleusina sacra suscepit quidem Hadrianus. Spartian. 'Post hoc, per Asiam et insulas, ad Achaiam navigavit, et Eleusina sacra exemplo Herculis Philippique suscepit:' sed *suscepit,* id est, 'initiatus est.' Nam falsum omnino ea sacra Romam translata. Quare vel nos penitus fallit Victor; vel, ut optime apud Spartianum doctissimus Casaubonus, imitatus fuerit Romæ Hadrianus sacra illa; non ex Attica Romam transtulerit, ut Claudius cogitarat.

[g] *Lucio Ælio Cæsari*] Vide notam penultimam superioris capitis. Hic Lucius Ælius antea L. Ceionius, Commodus, Verus; postea vero, ab Hadriano adoptatus, Lucius Ælius Cæsar dictus.

[h] *Conditam ejus nomine*] Antinoum urbem in Ægypto.

[i] *Hadriano cupiente fatum producere, cum*] Spartian. 'Antinoum suum, dum per Nilum navigat, perdidit, quem muliebriter flevit: de quo varia fama est, aliis eum devotum pro Hadriano asserentibus, &c. Et Græci quidem, volente Hadriano, eum consecraverunt, oracula per eum dari asserentes,' &c. Veterum autem hæc

tarium ad vicem Magi poposcissent, cunctis retractantibus, Antinoum objecisse se referunt, hincque in eum officia supradicta. 8. Nos rem in medio relinquemus; quanquam in remisso ingenio[k] suspectam æstimantes societatem ævi longe imparilis. 9. Interim Ælio Cæsare mortuo, cum ipse animo parum valeret, idcircoque despectui haberetur, ad creandum Cæsarem Patres convocat. 10. Quibus propere accurrentibus, forte Antoninum conspexit,[l] senis soceri, aut genitoris anxios gressus levantem[m] manu. 11. Quo mire oblectatus, adoptatum legibus Cæsarem jubet;[n] statimque ab eo senatus, cui ludibrio fuerat, magnam partem necari. 12. Neque multo post apud Baias tabe[o] interiit, anno imperii, absque mense, vicesimo secundo,[p] senecta viridiore.[q] 13. At Patres ne principis[r] oratu quidem ad

toribus.' *Harl.*—8 *Existimantes* pro *æstimantes* malit Harl.—9 'Pro *animo parum valeret*, vel scripserat Aurel. Victor, vel scribere debuerat, *corpore parum valeret*.' Harl.—12 '*Absque mense, vicesimo secundo.* Xiphilinus imperasse ait annos XX. menses XI. unde quis legendum conjiciat *uno et vicesimo*: sed

NOTÆ

fuit persuasio; posse alicujus produci fata, si ejus vicem subiret alter alieni fati vicarius. Exempla passim in Græcorum et Romanorum historiis. Nota interim, hoc Antinoi pro Hadriano sacrificium ab homine pagano pium vocari et religiosum. Sed non prætereundum, fuisse etiam qui crederent Antinoum ab ipso Hadriano immolatum, ut extispicio puerilis victimæ futura exploraret: et ita scribit Dio.

[k] *Quanquam in remisso ingenio*] Remissum ingenium vocat voluptatibus addictum. Nam de eadem re loquens Spartianus: 'Alii,' inquit, 'quod et forma ejus ostentat, et nimia voluptas Hadriani.'

[l] *Forte Antoninum conspexit*] Jul. Capitol. vel Spartian. in Antonino Pio: 'Pius cognominatus est a senatu, vel quod socerum, fessa jam ætate manu, præsente senatu levaverit.' Idem paulo post: 'Mortuo Ælio Vero, quem sibi Hadrianus adoptaverat, et Cæsarem nuncupaverat, dies senatus habebatur: eo Arrius Antoninus soceri vestigia levans venit, atque idcirco ab Hadriano dicitur adoptatus.'

[m] *Gressus levantem*] Quod 'levare gressus' dicit Victor, eodem modo 'levare vestigia' dixit Capitol. Heliodor. et Æschylus: *βαστάζειν ἴχνος*, *levare vestigium*: ut apud Capitolinum notavit doctissimus Salmasius.

[n] *Cæsarem jubet*] Vide notata capite superiori.

[o] *Tabe*] Longo morbo: quem ideo 'lectualem morbum' vocat Spartian.

[p] *Anno imperii, absque mense, vices. sec.*] Idem Eutrop. 'Obiit in Campania major sexagenario, imperii anno XXI. mense X. die XXIX.' Sed falsus numerus: obiit enim anno imperii XX. mense X. die XXIX.

[q] *Senecta viridiore*] Id est 'robustiori;' ab arboribus ducta metapho-

Divi honorem eidem deferendum flectebantur; tantum amissos sui ordinis tot viros mœrebant. 14. Sed postquam subito prodiere,[s] quorum exitium dolori erat, quique suos complexi, censent, quod abnuerant.

Spartianus a nobis stat.' *Schottus.*—13 *Tantum admissus* ante Schott. legebatur.

NOTÆ

ra. Virgil. 'Cruda Deo, viridisque senectus.' Et Horat. 'Virent genua.'

[r] *Principis*] Antonini Pii. Spartian. 'Nec appellatus esset Divus, nisi Antoninus rogasset.' Eutrop. 'Senatus ei tribuere noluit divinos honores. Tamen cum successor ipsius Titus Aurelius Fulvius Antoninus hoc vehementer exigeret, et universi senatores palam resisterent, tandem obtinuit.'

[s] *Subito prodiere*] Quos enim Hadrianus occidi jusserat, eos Antoninus reservavit. Spartian. 'Et ob leves offensas plurimos jussit occidi, quos Antoninus reservavit.' Et Capitolin. in Antonino Pio, cum rationes affert cur Pius dictus sit: 'Vel quod eos, quos Hadrianus per malam valetudinem occidi jusserat, reservavit.'

CAP. XV.

ANTONINUS PIUS.

1. AURELIO ANTONINO[a] cognomentum Pii. Hunc fere nulla vitiorum labes maculavit. 2. Vir veterrimæ familiæ,[b] e Lanuvino municipio,[c] senator Urbis:[d] 3. adeo æqualis, probisque moribus, uti plane docuerit, neque jugi pace, ac longo otio[e] absoluta[f] ingenia corrumpi: eoque

CAP. XV. 1 'In Ms. pro *Aurelio*, *Attelio* male scriptum erat.' *Schottus.*—

NOTÆ

[a] *Aurelio Antonino*] A. U. 910. post Ch. 135.

[b] *Veterrimæ familiæ*] Sed quæ Romæ serius innotuit: indicat Spartian. et inde Eutrop. 'Genere,' inquit, 'claro, sed non admodum vetere.' De Antonini majoribus vide Capitolini initium.

[c] *E Lanuvino municipio*] Lanuvinum municipium in via Appia.

[d] *Senator Urbis*] Nam coloniarum et municipiorum decuriones dicti sunt senatores; et cœtus eorum minor senatus, vel etiam senatus simpliciter.

[e] *Jugi pace, ac longo otio*] *Jugi pace*, id est, 'pace perenni, continua.' Cave tamen credas sub Antonino arma nunquam fuisse mota; nam falsum est: Antoninus enim, ut ait Capitolinus,

demum fortunatas urbes fore, si regna sapientiæ sint.[g] 4. Denique annis, quibus publica egit, viginti,[h] idem mansit, celebrato magnifice Urbis nongentesimo.[i] 5. Nisi forte triumphorum expertem, socordiæ videtur: quod longe secus est, cum majus haud dubie sit, neque quenquam turbare ausum[k] composita, neque ipsum ostentandi sui bellum fecisse quietis gentibus. 6. Quin etiam maribus frustratus, filiæ viro[l] reipublicæ consultavit.[*]

[*] *Consuluit reipublicæ per maritum filiæ suæ.*

4 *Celebrato mag.* Vide Not. Delph.—5 Malit Sylburg. *triumphorum esse expertem.*

NOTÆ

'per legatos suos plurima bella gessit. Nam et Britannos per Lollium Urbicum legatum vicit, alio muro cespititio summotis barbaris ducto; et Mauros ad pacem postulandam coëgit; et Germanos et Dacos et multas gentes: atque Judæos rebellantes contudit per præsides, et legatos.' Et Pausan. in Arcadicis: 'Antoninus prior,' inquit, 'ultro quidem bellum nemini unquam intulit: lacessitus vero hostes valde repulit, et res magnas gessit.' Caute igitur accipiendus est Victor; et ex Capitolino et Pausania exponendus infra: 'Neque quenqnam turbare ausum composita, neque ipsum,' &c.

[f] *Absoluta*] Perfecta.

[g] *Si regna sapientiæ sint*] Hoc est, 'si sapientes tantum regnent.' Alludit ad divini Platonis sententiam lib. v. de Repub. de qua Cicero in Epistola ad Quintum fratrem: 'Ille quidem princeps ingenii et doctrinæ Plato, tum denique fore beatas respublicas putavit, si aut docti, aut sapientes homines eas regere cœpissent; aut qui regerent, omne suum studium in doctrina ac sapientia collocassent.' Capitolinus, non de Antonino Pio, sed de Antonino philosopho: 'Sententia Platonis semper in ore illius fuit, florere civitates, si aut philosophi imperarent, aut Imperatores philosopharentur.'

[h] *Annis, quibus publica egit, viginti*] Infra tamen in Epitom. Victor alter ait regnasse Antoninum annis XXIII. nec longe a vero distat; regnavit enim an. XXII. menses septem, dies viginti sex: quamvis pugnant veterum sententiæ.

[i] *Celebrato magnifice Urbis nongentesimo*] Privatus ergo Urbis nongentesimum magnifice celebravit. Aliter tamen hic Victor; quod ridiculum: anno enim Urbis 910. imperium suscepit Antoninus; sed forsan aliquid turbatum.

[k] *Neque quenquam turbare ausum*] At turbarunt multi; sed statim per legatos compressi, nusquam postea rebellarunt. Vide supra *jugi pace ac longo otio.*

[l] *Filiæ viro*] Aurelio Antonino philosopho, quem filiæ suæ Faustinæ maritum dederat.

CAP. XVI.

M. AURELIUS ANTONINUS ET L. VERUS.

1. NAMQUE M. Boionium,[a] qui Aurelius Antoninus habetur, eodem oppido,[b] pari nobilitate,[c] philosophandi[d] vero, eloquentiæque studiis longe præstantem, in familiam atque imperium ascivit. 2. Cujus divina omnia domi militiæque facta, consultaque; quæ imprudentia regendæ conjugis attaminavit: quæ in tantum petulantiæ proruperat, ut in Campania[e] sedens, amœna littorum obsideret, ad legendos ex nauticis, quia plerumque nudi agunt, flagitiis aptiores. 3. Igitur Aurelius, socero apud Lorios,[f] anno vitæ post quintum et septuagesimum[g] mortuo, confestim fratrem Lucium Verum[h] in societatem potentiæ accepit. 4. Ejus ductu Persæ,[i] cum primum superavissent,[k] ad extremum triumpho cessere, rege Vologeso.[l] 5. Lucius paucis die-

CAP. XVI. 1 *M. Boionium.* Vide Not. Delph.—2 *Uti Campania sedens* ante Schott. legebatur; qui conj. *in Campaniam secedens.* Arntz. malit *uti Campa-*

NOTÆ

[a] *M. Boionium*] Capitolinus et Eutrop. Antoninum Pium *Boionium* vocant propter aviam, scilicet maternam, quæ Boionia Procella vocabatur. Quare igitur Victor Marcum Antoninum *Boionium* vocet, non video, nisi Marcum, propter adoptionem, *Boionium* dictum credamus. Imperium suscepit A. U. 913. post C. 161.

[b] *Eodem oppido*] Ex Capitolino tamen Marcus Romæ natus, in monte Cœlio, in hortis.

[c] *Pari nobilitate*] Immo nobilior Marcus: cujus familia, in originem recurrens, a Numa probatur sanguinem trahere; item a rege Selentino. Capitolin. Eutrop.

[d] *Philosophandi*] Et inde ' Philosophus ' dictus.

[e] *In Campania*] ' Apud Caietam.' Capitolin.

[f] *Lorios*] ' Laurium ' vocat Capitol. ' Lorium ' Eutrop. in via Aurelia.

[g] *Post quintum et septuagesimum*] Immo post annos 74. menses sex. Vide quæ in Epitom.

[h] *Fratrem Lucium Verum*] Fratrem per adoptionem scilicet: nam Lucius Verus, Ælii Veri, qui ab Adriano adoptatus fuerat, filius fuit; Marcus vero Annii Veri, qui Faustinæ Antonini Pii uxoris frater fuit.

[i] *Persæ*] Suo more Persas pro Parthis ponit, ut alibi dictum.

[k] *Cum primum superavissent*] Interfecto legato Severiano, cæsis legionibus. Capitol. in Vero.

[l] *Rege Vologeso*] Hic Vologesus seu Vologeses, secundus hujus nominis, Osdroë genitus fuit.

bus moritur;[m] hincque materies fingendi, dolo consanguinei circumventum: quem ferunt, cum invidia gestarum rerum angeretur, fraudem inter cœnam exercuisse. 6. Namque lita veneno cultri parte,[n] vulvæ frustum, quod de industria solum erat, eo præcidit, consumtoque uno, uti mos est inter familiares, alterum, qua virus contigerat, germano porrexit. 7. Hæc in tanto viro[o] credere, nisi animi ad scelus proni, non queunt. 8. Quippe cum Lucium satis constet Altini Venetiæ urbe[p] consumtum, tantumque Marco sapientiæ, lenitudinis, innocentiæ ac literarum fuisse, ut is Marcomannos,[q] cum filio Commodo,[r] quem Cæsarem suffecerat,[s] petiturus, philosophorum obtestantium circumfunderetur,[t] ne se expeditioni, aut pugnæ prius

niam secedens.—6 *Namque ita veneno* Schott.—8 *Tantumque in arte sapientiæ* ante Schott. legebatur. '*Philosophorum obt.* Locus est mancus. Placet Sylburgii conjectura, *philosophorum turba circumfunderetur, obtestantium.* Casaubonus emendabat, plaudente Salmasio ad Vulcatium Gallicanum in Avidio

NOTÆ

[m] *Lucius paucis diebus moritur*] Cum per annos fere novem Marco fratri imperii particeps fuisset.

[n] *Namque lita veneno cultri parte*] Idem Capitolin. in Antonino Philosopho, et in Vero. Non dissimile in Plutarchi Artaxerxe, cujus mater Parisatis nomine, Statyræ uxori ejus infesta, illam hoc modo sustulit; dissectæ in convivio avis, ryntacen Persæ vocant, eam partem quæ cultri alterum latus toxico oblitum attigerat, edendum præbuit. *Schott.*

[o] *Hæc in tanto viro*] Capitol. in fine Veri: 'Sed hoc nefas de Marco putari, quamvis Veri et cogitata, et facta mereantur.' Paulo superius, 'Nota est fabula, quam Marci non capit vita.'

[p] *Altini Venetiæ urbe*] Capitolin. in Vero: 'Sed non longe ab Altino, subito in vehiculo, morbo, quem apoplexin vocant, correptus Lucius, depositus e vehiculo, detracto sanguine Altinum conductus, cum triduo mutus vixisset, apud Altinum periit.'

[q] *Marcomannos*] Capitolin. 'Pannonias ergo, Marcomannis, Sarmatis, Vandalis, simul etiam Quadis extinctis, servitio liberavit; et Romæ cum Commodo, quem jam Cæsarem fecerat, filio, ut diximus, suo triumphavit:' et alibi.

[r] *Cum filio Commodo*] Filium suum Commodum in expeditionem Marcomannicam secum ducere, nunquam cogitavit Antoninus: quin et eum admodum puerum reliquit eum profectus est; ut discimus ex Galeno, qui tunc temporis vivebat, et Imperatori familiaris erat.

[s] *Quem Cæsarem suffecerat*] Vide quæ supra in Trajano dicta sunt.

[t] *Philosophorum obtestantium* [*obtestantium**] *circumfun.*] Deest *vi* vel *turba.* Quin et *philosoph. obtest. vi circumf.* legi debere monuit Casaubonus, apud Vulcatium Gallicanum, qui in Avidio Cassio Victori genuina: 'Tantum enituit in philosophia,'

committeret, quam sectarum ardua[u] et occulta explanavisset. 9. Ita incerta belli[x] ejus salute doctrinæ studiis metuebantur: tantumque illo imperante floruere artes bonæ, ut illam gloriam etiam temporum putem. 10. Legum ambigua mire distincta, vadimoniorumque solenni remoto, denuntiandæque[y] litis, operiendæque ad diem commode jus introductum. 11. Data cunctis promiscue civitas[z]

Cassio p. 448. c. 3. *obtestantium vi circumfunderetur.*' Harl.—9 '*Ita ... metuebantur.* Locus difficilis et mendosus. Equidem suspicabar, *ejus salute doctrinæque studiis metiebantur;* scil. philosophi: vel etiam passive, ut apud Lactantium de Mort. Persec. 23. 2. 'agri glebatim metiebantur.'... Casaubonus nostrum Aur. Victoris locum corrigit, probante Grunero, *ita incerta belli* in *ejus salute, &c.* Salmasius vero p. 449. vel distinguit, *incerta belli, ejus salute, doctrinæ studiis metueb.* h. e. per ejus salutem, cujus salus, doctrinæ studiorum salus, ab omnibus existimabatur (quæ interpretatio placuit Arntzenio), vel scribendum putat, *ejus saluti et doctrinarum studiis metueb.* h. e. ita ut in eodem periculo versari viderentur unius Marci salus et doctrinarum studia, quam correctionem probavit Anna Fabri. Alia denique, quanquam audacior, suspicio in mentem venit mihi: *ita, incerta belli sorte, ejus saluti et doctrinæ studiis metuebant* (n. philosophi), aut *metuebatur:* omissa voce *sorte,* librarii, τὸ *metuebant,* aut *metuebatur,* haud intelligentes, depravarunt reliqua.' *Harl.*—10 *Remoti* pro *remoto* Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. Mox eæd.

NOTÆ

(Marcus,)' ut iturus ad bellum Marcomannicum, timentibus cunctis ne quid fatale proveniret, rogatus sit non adulatione, sed serio, ut præcepta philosophiæ ederet; nec ille timuit; sed per ordinem paræneseon, hoc est præceptionum, triduo disputavit.'

[u] *Sectarum ardua*] Omnium sectarum philosophicarum difficultates.

[x] *Ita incerta belli*] Casaub. *Ita incerta belli in ejus sal., &c.* sed legendum omnino, *Ita incerta belli ejus saluti et doctrinæ studiis metuebantur,* sensu aperto et facili: *incerta belli* eodem modo dictum quo apud Horatium 'acuta belli:' Florum 'subita belli.'

[y] *Vadimoniorumque solenni remoto,* [*vadimoniorumque solenni remoti*] *denuntiandæ*] Hic hærent viri docti. Lege, *Vadimoniorum solennia remota, et denuntianda litis operiendæque ad diem commode jus introductum.* Hic mos veteribus fuit, ut qui litem vellet intendere, adversario denuntiaret ut in jus veniret: si nollet, vel eum cogeret, vel vades acciperet, qui die constituto eum sistere reciperent. Hæc vadimoniorum solennia removit Antoninus; induxitque, ut qui litem intenderet, is sine ullo vadimonio ad diem eam operiretur. Et hæc est vera hujus loci expositio; quam me monuit eruditissimus Andreas Dacerius.

[z] *Data cunctis promiscue civitas*] Legem tulit Antoninus, per quam civitas Romana omnibus data. Nec desunt qui eam Hadriano tribuant; sed falsi sunt: Hadrianus enim aliquot civitatibus tantum hoc jus concessit, non omnibus; quod fecit Antoninus: probant juriconsulti: et Chrysostomus in Acta Apostol. ἀπὸ Ἀδριανοῦ φασὶ πάντας εἶναι Ῥωμαίους, τὸ δὲ παλαιὸν οὐκ οὕτως ἦν· id est, *Ab Hadriano dicunt omnes factos esse Romanos,*

Romana; multæ urbes conditæ, deductæ, repositæ, ornatæque; atque in primis Pœnorum Carthago, quam ignis fœde consumserat, Asiæque Ephesus, ac Bithyniæ Nicodemia constratæ terræ motu, æque ac nostra ætate Nicodemia Cereali consule.[a] 12. Triumphi acti ex nationibus, quæ regi[b] Marcomaro[c] ab usque urbe Pannoniæ, cui Carnuto[d] nomen est, ad media[e] Gallorum protendebantur. 13. Ita anno imperii octavo decimoque,[f] ævi validior, Vendobonæ[g] interiit, maximo gemitu mortalium omnium. 14. Denique, qui sejuncti in aliis Patres, ac vulgus, soli[h] omnia decrevere, templa, columnas, sacerdotes.

cum Arntz. *denuntiandæ* habent, deleto *que*.—11 '*Promiscue civitas Romana.* Sic emendo : nam Mss. *promissi*, vel *promissa:* utrumque abjudico.' *Schottus.* Vide Nott. Varr. Mox *Nicom. a Cereali* ante Schott. legebatur.—12 *Regi Marcomanorum* malit Sylburg. '*Regi Marcomaro* Ms. Schotti; sed an non potius fuerit *regi Marcomanno*, ut ponatur pro 'Marcomannorum rege?'' *Gruter.* prob. Harl.—14 '*Quæ sejunctim aliis Patribus ac vulgus* conjecit Nic. Faber; nec improbat Schottus. Ego malim *quæ sejunctim aliis* (scil. imperatoribus) *Patres, &c.*' Harl.

NOTÆ

hoc vero non ita vetustum fuit.

[a] *Ac nostra ætate Nicodemia* [*Nicomedia*] *Cereali consule*] Anno qui Constantii Augusti consulatum IX. proxime secutus est, Nicomedia terræ motu corruit; anno scilicet Urbis 1110. post C. N. 358. coss. Tiberio Fabio Titiano, Cereali Neratio: quo tempore Victor florebat, ut in Prolegomenis dictum est.

[b] *Ex nationibus, quæ regi*] Falsum est omnes gentes, quæ ad bellum Marcomanicum societatem junxerant, regi Marcomaro fuisse subditas. Capitolin. 'Omnes gentes ab Illyrici limite usque Galliam conspiraverant, ut Marcommanni, Narisci, Hermunduri et Quadi, Suevi, Sarmatæ, Latringes et Buri. Hi, aliique, cum Victovalis, Sosibes, Sicobotes, Roxolani, Bastarnæ, Alani, Peucini, Costoboci.'

[c] *Marcomaro*] Sic melius. Alii *Marcomanno.*

[d] *Carnuto*] Carnutum, sive ut Eutrop. 'Carnuntum,' Pannoniæ oppidum, Norico regno proximum.

[e] *Ab usque urbe Pannoniæ, &c. ad media*] Melius Capitolin. loco supra laudato, 'Ab Illyrici limite usque Galliam.' Cur igitur Noster *ad media Galliæ?* nimirum, ut optime apud Capitolinum Casaubonus, res in Sequanis turbatas respicit, de quibus mox Capitolin. 'Res in Sequanis turbatas censura et auctoritate repressit.'

[f] *Anno imperii octavo decimoque*] Immo nono decimoque, et diebus undecim : hunc errorem errarunt et Capitolinus et Eutrop. nisi exscriptoribus potius tribuamus.

[g] *Vendobonæ*] In Illyria. Alii obiisse dicunt apud Sirmium in Pannonia.

[h] *Qui sejuncti in aliis Patres, ac vulgus, soli*] Ex Capitolin. 'Denique priusquam funus conderetur, ut plerique dicunt, (quod nunquam antea factum fuerat, neque postea) senatus populusque, non divisis locis, sed in una sede, propitium Deum dixit.'

CAP. XVII.

L. AURELIUS COMMODUS.

1. At filius[a] sæva a principio dominatione[b] detestabilior habebatur, præcipue per majorum[c] controversam memoriam; quæ posteris usque eo gravis[d] est, ut absque communi in impios odio, quasi corruptores generis execrabiliores sint.[a] 2. Bello plane impiger; quo in Quados[e] prospere gesto, Septembrem mensem Commodum appellaverat.[f] 3. Mœnia, Romana potentia vix digna,[g] lavandi

[a] *At filius ejus, propter crudelem ab initio dominationem, horribilior existimabatur; præsertim opposita ei avorum memoria, quæ nepotibus ita perniciosa est, ut etiam absque odio, quod in impios omnibus commune, velut corruptores generis humani execrabiliores sint.*

CAP. XVII. 1 Pro *controversam* malit Arntz. *conversam*, vel certe *contraversam*, prob. Harl.—2 *Septembrem.* Vide Not. Delph.—3 *Mœnia.* Vide Not.

NOTÆ

[a] *At filius*] Commodus. Qui imperium suscepit A. U. 932. post C. 180.

[b] *Sæva a principio dominatione*] Capitol. ubi de morte Marci Antonini: 'Nam jam Commodus turpem se, et cruentum ostentabat.'

[c] *Majorum*] Hadriani, Antonini Pii, Antonini Philosophi.

[d] *Quæ posteris usque eo gravis*] Ait bonorum principum memoriam, posteris, qui ab eorum virtute deflectunt, ita gravem esse et noxiam, ut absque eo quo premuntur odio, quod in impios omnibus commune, velut corruptores generis humani habeantur, et execrabiliores sint.

[e] *Quados*] Quadi Germaniæ populi ad Danubium, supra Illyriam.

[f] *Septembrem mensem Commodum appellaverat*] Idem Eutrop. et Euseb. sed falsum est ex Dione; qui mensium appellationes novas, quas de suis cognominibus Commodus imposuit, solus sic ex ordine recenset:

Ἀμαζόνιος,	Amazonius,	Januarius,
Ἀνίκητος,	Invictus,	Februarius,
Εὐτυχής,	Felix,	Martius,
Εὐσεβής,	Pius,	Aprilis,
Λούκιος,	Lucius,	Maius,
Αἴλιος,	Ælius,	Junius,
Αὐρήλιος,	Aurelius,	Julius,
Κόμμοδος,	Commodus,	Augustus,
Αὔγουστος,	Augustus,	September,
Ἡράκλειος,	Herculeus,	October,
Ῥωμαῖος,	Romanus,	November,
Ὑπεραίρων,	Exuperatorius,	December.

usui instituit. 4. Immiti prorsus feroque ingenio, adeo quidem ut gladiatores, specie depugnandi, crebro trucidaret: cum ipse ferrum, objectum veronibus [h] plumbeis, uteretur. 5. Cumque eo modo plures confecisset, forte eum Scæva nomine, audacia ac robore corporis pugnandique arte perfidens,[l] ab studio tali deterruit; qui spreto gladio,[k] quem inutilem cernebat, sufficere utrique ait, quo armaba-

Delph.—4 '*Ferrum objectum veronibus.* Legendum Olivario videbatur, *cum ipse ferro objectus mucronibus plumbeis uteretur:* vel, *objectus vero mucronibus plumbeis, &c.* Quid si *peronibus*, vel, ut alibi scriptum, *veronibus?* Nic. Faber sic divinabat, *cum ipsi ferro objecto veronibus plumbeis uteretur.*' Schott. Vide Not. Delph. ' Nihil necesse videtur tot modis tentare locum, qui nullo vitio laborat. Sensus est: Ipse utebatur gladio justo, qui objectus erat plumbeo seu obtuso adversarii gladio. Quod *uti* posuerit cum quarto casu, sententiam efficit duriorem; quomodo tamen multi locuti fuerunt ap. Gunth. Lat. Rest. p. 1215. et Cort. ad Sall. Jug. c. 12.' *Arntz.*—5 Mss. ap. Schott. *sæva nomine.* Mox '*Perfidens* bene conjecit Sylburg. in textumque recepit Grunerus, pro vulgato, at corrupto [quod omnes al. edd.] *pervidens.*' Harl. Conj. Schottus

NOTÆ

Unde patet Augustum mensem Commodum dictum, non vero Septembrem, ut Victor et Eutrop. Probat Lampridius in Commodo: ' Menses quoque in honorem ejus, pro Augusto Commodum, Augustum pro Septembri, Herculeum pro Octobri,' &c. ubi vide quæ a viris doctissimis notata sunt.

[g] *Mœnia Romana potentia vix digna*] Scaliger apud Eusebium legebat *Amœnia Romana; amœnia*, id est ἀκταί: loca amœna, ut littora; quod hic nemo probabit: nam ut alia mittam, cur adjiceret Victor *Potentia vix digna?* Doctissimus Salmasius, apud Lampridium in Commodo, *mœnia* hic interpretatur ' quælibet opera atque ædificia publica.' Et verum est *mœnia* quandoque ita esse accipienda; sed hoc loco vix adduci possum ut credam: neque enim *Romana*, immo neque *potentia vix digna*, Victor adjecisset. Quid igitur? mœnia Romana lavandi usui instituisse ait Commodum; quia thermas juxta ea, ad pedem scilicet montis Viminalis, ædificavit.

[h] *Cum ipse ferrum, objectum* [*obtectum*] *veronibus*] Mendose scriptus hic locus. Restituebat Lipsius, *Cum ipse ferro obtecto veronibus:* ut mens sit mala fraude pugnasse Commodum, et velut lusoriis armis uteretur, usum veris, ferrum enim obduxisse duntaxat laminis e plumbo; cum gladium ipsum putarent esse e plumbo. Hæc Lipsius, sed nimis dure. Salmasius apud Lampridium, *Cum ipsi ferro obtecto mucronibus plumbeis uterentur:* gladiatores cum quibus pugnabat Commodus, plumbeos tantum mucrones habebant, aut ferrum, cujus in extremo erant mucrones plumbei: sed non placet; non enim gladiatorum tantum, sed etiam Commodi arma describit Victor: legendum omnino, *Cum ipse ferro, objectus veronibus plumbeis, uteretur.* Lucenti ferro utebatur in pugna Commodus; gladiatores veronibus plumbeis, quibus fidenter se objiciebat.

[l] *Pugnandique arte perfidens* [*pervidens*] Bene Sylburgius *perfidens.*

[k] *Gladio*] Suo scilicet, quia plumbeus erat.

tur ipse.[l] 6. Eo metu, ne inter congressum, uti solet, extorto pugione conficeretur, Scævam removit, atque ad alios formidolosior, in feras belluasque ferociam convertit. 7. Quis rebus cum insatiabilem sanguinis cuncti horrescerent, conjuravere in eum maxime proximus, quippe[m] dominationi adeo fidus nemo, ipsique satellites, dum incestam mentem pravamque putant, et Commodum quidem primo occultatius veneno petivere, anno regni tertio fere atque decimo.[n] 8. Cujus vis frustrata[o] per cibum,[p] quo se casu repleverat, cum tamen alvi dolorem causaretur, auctore medico, principe factionis, in palæstram perrexit. 9. Ibi per ministrum unguendi[q] (nam forte is quoque e consilio erat) faucibus, quasi arte exercitii, brachiorum nodo[r] vali-

pervigens, vel *perurgens*. Arntz. malit *prævalens*.—7 ' *Quis reus cum instabilem sanguis*. Puto legendum, *quibus rebus cum insatiabilem sanguinis :* et mox *conjuravere ire in eum*.' Schott. Post *conjuravere* habent *ne* in uncis omnes aliæ edd. præter Bip. Tum ' *Proximus quippe*. Forte *proximus quisque dominationi*, vel *proximi quippe dominationi*. Paullo post, *pronamque* pro *pravamque:* quid si *dum incertam mentem pronamque putant?* deinde *cujus frustratu* lege ; vel adde *cujus vis frustrata ;* et *tandem* pro *tamen*. Rursum *cibi per ministrum ungendi*, repone *ibi* vel *ubi*.' Schott. Cum Grunero putat scribendum Harl. *proximus quisque, quippe, &c.* Vide Not. Delph. Mox *brutamque* pro *pravamque* conj. Gruter.—8 ' *Cujus vis*. Interposui cum Schotto et Sylburgio voculam *vis*, quam præcedens syllaba absorpserat. Curtius l. x. c. 10. § 16. ' Vim autem veneni, quod in Macedonia gignitur, talem esse constat.'' *Arntz*.—9 *Pacchiorum* pro *brachiorum* Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. *Tusciarum* conj. Schott. et Gruterus *Bracchiorum*, aut *fasciarum*.

NOTÆ

[l] *Ipse*] Commodus.

[m] *Conjuravere in eum maxime proximus, quippe*] Lege et distingue, *Conjuravere in eum proximus quisque, dominationi adeo fidus nemo. Proximus quisque:* nam Marcia, Lætus præfectus prætorio, et Eclectus cubiculi custos, conjuravere.

[n] *Tertio fere atque decimo*] Anno duodecimo, mense octavo, die decimo quinto.

[o] *Cujus vis frustrata* [*cujus* * *frustrata*] Lege *cujus vis frustrata*. Schottus.

[p] *Per cibum*] Herodianus : ἢ τῆς προεγκειμένης τροφῆς ἅμα ποτῷ πολλῷ ἐξωθούσης τὸ φάρμακον, ἢ διὰ τὸ προλαμβανόμενον, ὅπερ εἰώθασι βασιλεῖς ἑκάστοτε πρὸ πάσης τροφῆς λαμβάνειν κώλυμα δηλητηρίων· id est, *sive ipso cibo quem ante sumsisset, multaque meri potione virus expellente ; seu, quoniam principibus mos est, antequam cibum capiant, medicamento uti, quo venena prohibeantur*.

[q] *Per ministrum unguendi*] Qui athletas unguebat in gymnasio ; ἀλείπτην Græci vocant : ' palæstritam ' vocat infra Epitomista. Quia scilicet ἀλείπτης γυμναστὴς etiam dicebatur, eratque gymnasii magister, qui athletis exercendi leges dabat : ut patet ex Aristotele et Plutarcho.

[r] *Brachiorum* [*Pacchiorum*] *nodo*]

dius pressis, expiravit. 10. Quo cognito senatus, qui ob festa Januariorum[s] frequens primo luci[t] convenerat, simul plebes hostem Deorum atque hominum appellavere, radendumque nomen sanxere: confestimque præfecto urbi Aulo Helvio Pertinaci imperium defertur.

NOTÆ

Lege *brachiorum nodo;* ut viri doctissimi. Brachiorum autem nodum dixit, quod Græci in palæstra ἅμμα vocant; Latini *nodum* et *nexum;* scilicet brachiorum circa collum implicationem, et strangulationem. Gloss. *nexum*, ἅμμα, ἐπὶ πάλης δεσμός. Vide Salmasium apud Lamprid.

[s] *Ob festa Januariorum*] Festum Kalendarum Januariarum, quo Romani invicem se colebant; et numismata alter alteri, ceteraque omnifariam munera, ut apud nos hodie, missitabant.

[t] *Primo luci*] Pro 'prima luce.' Plaut. Terent. sic 'luce claro.' Cicero.

CAP. XVIII.

AULUS HELVIUS PERTINAX.

1. Hic doctrinæ omnis, ac moribus antiquissimis; immodice parcus,[u] Curios æquaverat Fabriciosque. 2. Eum milites,[x] quis exhausto jam perditoque orbe, satis videtur nihil, impulsore Didio, fœde jugulavere[y] octogesimo imperii die.[z]

NOTÆ

[u] *Immodice parcus*] Capitolin. 'Et cum verbis esset affabilis, re erat illiberalis, ac prope sordidus, ut dimidiatas lactucas, et carduos in privata vita convivis apponeret: et nisi quod missum esset edulium, quotquot essent amici, novem libras carnis per tres missus ponebat.' Sed vide Dionem.

[x] *Milites*] Prætoriani.

[y] *Fœde jugulavere*] Vide Dionem et Herodianum.

[z] *Octogesimo imperii die*] Idem Eutrop. sed omnino imperavit diebus 87. siquidem imperium suscepit ipsis Kalend. Januariis A. U. 945. post C. 192. cæsus vero die 28. Martii. Capitolin. Imperavit mensibus II. diebus XXVII.

CAP. XIX.

DIDIUS JULIANUS.

1. AT Didius Salvius[a] Julianus, fretus prætorianis, quos in societatem promissis magnificentioribus[b] perpulerat, ex præfectura vigilum[c] ad insignia dominatus processit. 2. Genus ei pernobile,[d] jurisque urbani præstans scientia; quippe qui primus edictum,[e] quod varie inconditeque a prætoribus[f] promebatur, in ordinem composuerit. 3. Hinc-

CAP. XIX. 1 *At Didius* (an *Salvius?*) *Julianus* Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. —2 '*Qui primus edictum.* Varie quidem locum, veritati historicæ adversarium, viri docti emendare studuerunt: at melius est, cum Casaubono ad Spartiani Julian. cap. 1. (ubi ille stemma totum descripsit,) Arntzenio, Grunero, aliisque, Aurelium Victorem arguere erroris.' *Harl.* Vide Nott. Var. et

NOTÆ

[a] *At Didius Salvius* [*Didius* (*an Salvius?*)] Dubitat Julianum Didium an Salvium vocet; cum a proavo paterno Didio Severo, *Didius*, a materno Salvio Juliano, *Salvius*, possit cognominari: censet tamen vir maximus, et omni politiori doctrina cumulatissimus Ægid. Menagius hic verba ista, *an Salvius*, addititia esse: adi illum in amœnitatibus juris civilis p. 136.

[b] *Promissis magnificentioribus*] Nam vicena quina millia promiserat. Dio, et Spartian.

[c] *Ex præfectura vigilum*] Præfectus vigilum dictus qui præerat 7. cohortibus vigilum, quas Augustus creaverat adversus incendia et nocturnos fures.

[d] *Genus ei pernobile*] Spartianus in hac vita: 'Proavus fuit Salvius Julianus, bis consul, præfectus Urbi, et jurisconsultus, quod magis eum nobilem fecit:' vide ibi doctiss. Casaubonum, qui totum stemma descripsit.

[e] *Quippe qui primus edictum*] Turpiter hic errat Victor, qui Juliano imperatori tribuit, quod fecit proavus ejus maternus Salvius Julianus, Divo Hadriano imperante. Eutrop. 'Post eum Salvius Julianus remp. invasit; vir nobilis, et juris peritissimus; nepos Salvii Juliani, qui sub Divo Hadriano perpetuum composuit edictum.' Censebat idem Ægid. Menagius hæc verba, *quippe qui primus edictum, &c.* esse interpretamentum, quod ad τὸ 'juris urbani præstans scientia,' sciolus quidam annotaverit. Verum huic sententiæ repugnat quod sequitur, 'Hincque satis compertum,' &c. item 'cum præceptor et asper quidem, rectius vivendi;' quod necessario ad superiora habet anaphoram: magistrum enim rectius vivendi vocat Julianum, quod edictum perpetuum, ut ipse opinabatur, composuerit.

[f] *Edictum, quod varie inconditeque a præt.*] Prætores olim edicta, hoc est leges annuas, scribebant; et quo edicto superioris anni prætor usus fuerat, eo insequens prætor fere non utebatur. Quare varie inconditeque a prætoribus promebatur:

que satis compertum, cohibendæ cupidini, ingenium ni juvet, eruditionem imbecillem esse: cum præceptor et asper quidem, rectius vivendi, in facinus processerit,[g] quod novo supplicio plectendum ediderat.[h] Neque tamen cupito potitus diu.[i] Namque eum, acceptis illico quæ acciderant, Septimius Severus, qui forte Syriæ legatus[k] in extremis terris bellum gerebat, Imperator creatus, pontem proxime Milvium acie devicit;[l] missique qui fugientem insequerentur, apud palatium Romæ obtruncavere.

Delph.—3 *Quod novo supplicio*. Vide Not. Delph. '*Qui forte Syriæ*. Vel *Illyriæ* legendum est, vel potius existimandum, Victorem Severi provinciam cum provincia Pescennii permutasse.' *Harl.* Tum pro *Romæ* in fine cap. *prome* legebatur ante Schott. qui conj. *prone*.

NOTÆ

postea vero constitutum est, ut edictum unum componeretur, ex quo omnes in posterum prætores perpetuo jus dicerent; quod idcirco 'perpetuum' fuit appellatum. Hujus scriptor Salvius Julianus, maternus Juliani imperatoris proavus.

[g] *In facinus processerit*] Dum Pertinacem occidit.

[h] *Quod novo supplicio plectendum ediderat*] Hæc certe de Juliano non capio; *in facinus processerit, quod novo supplicio plectendum ediderat.* An Julianus, post cædem Commodi, legem tulit, quæ juberet parricidas novis suppliciis affici? dubito, neque id apud illum auctorem legi. Lego, *Quod novo supplicio plectendum erat.*

[i] *Potitus diu*] Nam imperavit tantum mensibus duobus, diebus quinque.

[k] *Syriæ legatus*] Ex Herodiano tamen et aliis, constat Severum non Syriæ, sed Pannoniis præfuisse. Nimirum hunc cum Pescennio Nigro, qui Syriæ præerat, confudit: qui ambo a Juliano eodem tempore descivere. Spartian. 'Ergo Pescennius Niger in Syria, Septimius Severus in Illyrico cum exercitibus, quibus præsidebant, a Juliano descivere.'

[l] *Pontem proxime Milvium acie dev.*] Entrop. 'Victus a Severo apud Milvium pontem interfectus in palatio.'

CAP. XX.

SEPTIMIUS SEVERUS.

1. IGITUR Septimius, Pertinacis nece, simul flagitiorum odio, dolore atque ira commotior, cohortes prætorias[a] sta-

NOTÆ

[a] *Cohortes prætorias*] Eas quam longissime discedere jussit, indicta capitis pœna, si quis intra centesimum ab Urbe lapidem conspiceretur. Vide

tim militia exemit; cunctisque partium cæsis,[b] Helvium[c] senatus consulto inter Divos refert; Salvii nomen, atque ejus scripta[d] factave aboleri jubet: quod unum effici nequivit. 2. Tantum gratia doctarum artium valet, ut scriptoribus, ne sævi mores quidem, ad memoriam officiant. 3. Quin etiam mors hujuscemodi, ipsis gloriæ, execrationi auctoribus[e] est: 4. cum omnes, præcipueque posteri, sic habent,[f] illa ingenia nisi publico latrocinio, ac per dementiam, opprimi non potuisse. 5. Quo bonis omnibus ac mihi fidendum magis, qui rure ortus, tenuique indocto patre[g] in hæc tempora[h] vitam præstiti, studiis tantis honestiorem. 6. Quod equidem gentis nostræ reor, quæ fato quod ambonorum parte fœcunda, quos eduxit tamen quemque[i] ad celsa suos habet.[k] Velut Severum ipsum,[l] quo

CAP. XX. 1 *Commodior* pro *commotior* Ms. ap. Schott.—3 *Actoribus* pro *auctoribus* Schott. Gaesb. Delph. Pitisc.—5 *Qui rure ortus.* Vide Not. Delph. 'Gruterus, *qui rure ortus tenui, quanquam docto patre.* Arntzenius, *tenuique et indocto patre.* Conjunctionem copulativam post vocem *tenuique* equidem non valde desiderarem, ut quam sæpius omittere veteres soleant: vide Cortium ad Plin. Epist. II. 131. IX. 1013. In sequentibus non displicet Casauboni corrigendi ratio.' *Gruner.*—6 *Reor,* * *quo fato* Schott. Gaesb. Pitisc. absque asterisco Delph. Mox *quos ed. tamen, cumque* Delph. ex emendatione Casaubon. cum in edd. prior. legeretur *quos ed. tamen eumque.* Tum *adhibet* pro

NOTÆ

Herodianum, qui fuse.

[b] *Cunctisque partium cæsis*] *Partium*, Pescennii Nigri scilicet, et Albini.

[c] *Helvium*] Spartianus: 'Pertinacem contra militum voluntatem in Deos retulit; Salvii Juliani decreta jussit aboleri, quod non obtinuit.'

[d] *Salvii nomen atque ejus scripta*] Spartian. 'Salvii Juliani decreta jussit aboleri, quod non obtinuit.'

[e] *Auctoribus* [*actoribus*] Malim *auctoribus.*

[f] *Sic habent*] Sic existimant.

[g] *Qui rure ortus, tenuique indocto patre*] Hæc corruptissima sunt. Emendavit Casaub. *Qui rure ortus tenui atque indocto patre in hæc tempora vitam præstiti studiis tantum honestiorem. Quod equidem gentis nostræ reor, quæ fato quodam bonorum parum fœcunda, quos eduxit tamen cumque ad celsa suos habet.*

[h] *In hæc tempora*] Sub Constantio et Juliano.

[i] *Quos eduxit tamen quemque* [*cumque*] Junge *quoscumque.* Hor. 'Quam rem cumque ferox.'

[k] *Ad celsa suos habet*] Id est, ad celsa promovet. Et hanc rem sui ipsius exemplo firmare potuit Victor, qui Pannoniæ secundæ consularis præfuit; et multo post Urbi etiam præfectus fuit.

[l] *Velut Severum ipsum*] Hæc pendent a superioribus: 'Præcipueque posteri sic habent, illa ingenia nisi publico latrocinio, ac per dementi-

præclarior in republ. fuit nemo: qui, quanquam exacta ætate, mortuum, justitio [m] elogioque [n] lugendum sanxere, astruentes Illum justum nasci,[o] aut emori minime convenisse. 7. Scilicet quod [p] corrigendis moribus nimium, postquam ad veterum innocentiam, quasi mentium sanitatem, pervenerant, clementem habuere. 8. Ita honestas, quæ principio anxia habetur, ubi contigerit, voluptati luxuriæque est. 9. Pescennium Nigrum apud Cyzicenos,[q] Clodium Albinum Lugduni [r] victos coëgit mori: quorum

habet conj. Gruter. *subvehit* Sylburg. '*Qui quanquam*. Equidem malim cum Schotto et Sylburgio legere *quem, quamquam, &c.* Arntzen. vero ἀνακόλουθον esse putat.' *Harl.* Denique 'Omnes interpretes voc. *justum* vel inique explicant, vel male volunt exterminare. Equidem intelligo h. l. *justum*, quia Severus fuit justus, jus severe exercuit. Atque Salmasius [ad Spartian. in vita Sev. cap. 18.] sic emendabat Victorem: *astruentes, illum aut nasci aut emori minime convenisse*, arbitratus, voc. *justum* repetitum esse ex voce *justitio*, quæ præcessit. Equidem accipio credoque veram esse hanc emendationem; ita tamen, ut *justum* (quod causam judicii communis significat, et in sequentibus a Victore ipso explicatur) sit retinendum. Klotzii emendatio atque interpretatio, (in Miscell. Crit. p. 38.) *illum justum nasci, at emori min. conv.* i. e. justum quidem, bonum, fas est, illum natum fuisse, minime vero eundem debuisse mori, repugnant sensui orationis et narrationi Spartiani; (quem etiam vide cap. 19.) et Arntzenii expositionem, justum esse, minime convenisse, illum nasci aut emori, vix intelligo. Senatus autem de Severo judicavit, quod Victor de Augusto dictum scribit: 'Utinam aut non nasceretur, aut non moreretur:' unde noster locus accipit lucem atque medelam.'

NOTÆ

am, opprimi non potuisse; velut Severum ipsum,' &c.

[m] *Justitio*] Justitium est juris statio, cum ob luctum jus non dicitur.

[n] *Elogioque*] Id est, 'laudatione:' apud antiquos tamen, et probos Latinitatis auctores, semper elogium pro 'rationis redditione' ponitur; cur aliquis vel laude, præmio, vel probro, pœna dignus sit.

[o] *Astruentes illum justum nasci*] Lege, *Astruentes illum aut nasci, aut emori minime convenisse*. Ex Spartian. in Severo: 'De hoc senatus ita judicavit, illum aut nasci non debuisse, aut non mori.' Illud *justum* natum ex voce 'justitio' quæ præcessit. Sal. apud Spartian.

[p] *Scilicet quod*] Hic rationem tantum reddit cur Severum emori minime decebat; quia scilicet Romani, postquam ad veterum innocentiam, quasi ad mentium sanitatem, pervenerant, clementissimum illum corrigendis moribus experti sunt. Spartianus vero utramque rationem reddit, cur vel nasci, vel mori minime debebat: 'Quod,' inquit, 'et nimis crudelis, et nimis utilis reipub. videretur.'

[q] *Apud Cyzicenos*] Apud Cyzicum, ad Propontida, victum fuisse Nigrum scribit Spartian. 'Deinde conflixit cum Nigro, eumque apud Cyzicum interemit, caputque ejus pilo circumtulit.' Herodianus vero apud Issicum, ad Taurum montem.

[r] *Lugduni*] Idem Herodian. Spar-

prior Ægyptum dux obtinens, bellum moverat, spe dominationis; alter Pertinacis auctor occidendi,[s] cum eo metu[t] in Britannos, quam provinciam a Commodo meruerat, transmittere nitebatur, in Gallia invaserat imperium. 10. Horum infinita cæde crudelior habitus, ac cognomento Pertinax; quanquam ob vitæ parsimoniam similem,[u] ipsum magis ascivisse plures putent: nobis mens ad credendum prona, acerbitati impositum. 11. Nam cum quidam hostium, quem tamen, uti bellis civilibus solet, conditio loci ad Albinum detulerat,[x] causa exposita, novissime conclusisset, Quid, quæso, faceres, si tu esses?[y] ille respondit, Ea

Harl.—10 'Pro *infinita* conjiciebat *inita* in margine sui exemplaris docta Gruteri manus.' *Arntzen.* Mox conj. Schott. *parsimoniam senilem* improb. Arntzenio. Præterea in Ms. ap. Schottum comparebat *metus ad credendum.*—11 '*Esses* loco *fuisses.* Victor sæpius haud bene imperfectum conjunct. posuit pro plusquamperfecto conjunctivi: quare equidem arbitror neque *fuisses*, quod voluit Grunerus, neque *si tu hic esses*, quæ Annæ Fabri fuit suspicio, esse necessarium: magis arridet mihi Klotzii interpretatio in Misc. Crit. pag. 39. 'si tu talis fuisses,' aut δεικτικῶς, 'si tu

NOTÆ

tian. apud 'Trinurtium:' qui locus non procul Lugduno.

[s] *Pertinacis auctor occidendi*] Eutrop. 'Sub eo etiam Clodius Albinus, qui in occidendo Pertinace socius fuerat Juliano, Cæsarem se in Gallia fecit.'

[t] *Eo metu*] Quo propter cæsi Pertinacis invidiam tenebatur.

[u] *Ob vitæ parsimoniam similem*] Hæc ex Spartiano transcripsit Victor, ut alia multa. Sed hodie verba Spartiani mutila sunt. En tibi illa: 'Denique cognomentum Pertinacis, non tam ex sua voluntate quam ex morum parsimonia videtur habuisse: nam et infinita multorum cæde crudelior habitus, et eum quidam ex hostibus,' &c. ubi illud *nam* nimis ostendit aliquid in superioribus omissum. Ridiculus enim sit Spartianus, si dicat Severum ex morum parsimonia Pertinacis cognomentum habuisse, quod infinita multorum cæde crudelior habitus; at illud dicit tamen, nisi aliquid turbatum fuisse fateamur. Ego quidem ex isto Victoris loco Spartiano medicinam fieri debere arbitror; nam et idem alibi ejusdem ope et opera convalescit: legendum, *Denique cognomentum Pertinacis non tam ex sua voluntate ac morum parsimonia, quam ex acerbitate videtur habuisse. Nam et infinita multorum cæde crudelior habitus, &c.* Vide tamen, si lubet, quæ viri doctissimi notavere.

[x] *Conditio loci ad Albinum detulerat*] Id est, 'conditio loci ad Albini partes impulerat.' *Conditio loci*, quia scilicet propter vicinitatem inter ejus partes versari quotidie cogebatur.

[y] *Quid, quæso, faceres, si tu esses*] Lego *Quid, quæso, faceres, si tu hic esses?* Captivus orationi suæ, quam apud Severum habuerat, ut graves causas se habuisse doceret cur Albini partes secutus esset, subjecit, 'quid fecisses, si eodem loco fuisses?' ostendens se necessitate, non voluntate arma sumsisse: sed respondit

perferrem, quæ tu. 12. Quo dicto, factoque durius nihil bonis: cum [z] sanctique hujuscemodi dissensiones, quamvis studiosius cœptas, fortunæ increpent,[a] magisque in protegendis, quam ad perdendum cives, verum corrumpi patiantur.[b] 13. At iste delendarum [c] cupidus factionum, quo deinceps mitius ageret, necessitudinem facti [d] ulcisci maluit, ne paulatim spe veniæ in labem publicam per conjurationes procederetur, ad quas vitio temporum [e] animos intelligebat: neque ego abnuo, ea delictorum, quæ grassari immodice cœperint, plus pæne quam severe [f] excidenda esse. 14. Felix ac prudens, armis præcipue; adeo ut nullo congressu nisi victor [g] discesserit, auxeritque imperium, subacto Per-

ego fuisses.'' *Harl.* *Si tu* * *esses* Delph.—12 ' Casaubon. *nihil: cum boni sanctique hujuscemodi* conjecit: alius *sancti quique:* Arntzen. *que* explicat 'quoque:' equidem *quoque* in *que* depravatum esse putem.' *Harl.*—13 *Temporum animos* * *intelligebat* Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. '*Animos intelligebat.* Omissum forsitan a librario *proclives, pronos, inclinari,* vel aliud simile. Quid si *intendebant* pro *intelligebat?* sed conjectura duntaxat. Mox *eadem lictorum* [pro *ea delictorum*] erat in eodem, ex qua lectione nihil fuit elicere.' *Schottus.* ' Etiam Casaub. ad Spart. Sev. cap. 18. supplebat *vitio temporum pronos animos intelligebat.* Quomodo excuditur in editione Parisiensi, cum in repetita edit. Lugdunensi Batav. omittatur *animos*, et pro *paullatim* inepte legatur *Pallatium.* Sed et illa editio multis in locis priori est deterior. Non repudiarem reponere ex similitudine vocis *agi animos* pro 'animos incitari,' 'inpelli.'' *Arntz.* Gruterus auspicabatur, *vitio temporum animatos* vel *animosas*; Gruner. *temporum animari intelligebat.* Tum *excindenda* Delph.—14 ' *Victor disces-*

NOTÆ

Imperator 'ea perferrem quæ tu,' et statim interfici eum jussit.

[z] *Quo dicto, factoque durius nihil bonis: cum*] Lege cum Casaubono, *Quo dicto factoque durius nihil: cum boni sanctique hujuscemodi dissensiones.*

[a] *Fortunæ increpent*] Id est, fortunæ imputent, et omnem indignationem in eam vertant.

[b] *Verum corrumpi patiantur*] 'In protegendis civibus verum corrumpi patitur,' v. g. Imperator, qui, quamvis sciat cives suos voluntate sua, nulla alia necessitate, contra se arma sumsisse, iis tamen veniam indulget, quasi id, necessitate compulsi, fecerint. Contra 'ad perdendum cives,' qui eos jubet interfici, quasi voluntate sua arma sumserint, etsi sciat eos necessitate impulsos fecisse.

[c] *At iste delendarum*] Spartianus: 'Fuit præterea delendarum cupidus factionum.'

[d] *Necessitudinem facti*] Eleganter *necessitudinem facti*, vocat omnes factionis conscios.

[e] *Ad quas vitio temporum*] Lege, *Ad quas vitio temporum pronos animos intelligebat.* Schott. Casaub.

[f] *Plus pæne quam severe*] Id est, severissime.

[g] *Nullo congressu nisi victor*] 'Prope a nullo congressu nisi victor, Persarum regem Abgarum subegit; Arabas in ditionem accepit; Adiabenam in tributarios coëgit; Britan-

sarum rege nomine Abgaro.[h] 15. Neque minus Arabas, simul adortus ut est, in ditionem redegit, provinciæ modo. 16. Adiabena [i] quoque, ni terrarum macies despectaretur, in tributarios concessisset. 17. Ob hæc tanta Arabicum, Adiabenicum, et Parthici [k] cognomento Patres dixere. 18. His majora aggressus, Britanniam, quæ ad ea utilis erat,[l] pulsis hostibus, muro [m] munivit, per transversam insulam ducto utrimque ad finem oceani. 19. Quin etiam Tripoli, cujus Lepti oppido oriebatur,[n] bellicosæ gentes summotæ procul. 20. Quæ factu ardua, facilius eo patrabantur, quo implacabilis delictis strenuum quemque [o] præmiis extolle-

serit. Male hoc loco edunt *decesserit* nonnulli.' *Arntz.* In fine *nomine Agarro* Schott. Gaesb. Pitisc. Vide Nott. Delph. et Varr.—18 '*Quæ ad ea utilis.* Olivarius, vestigiis Mss. inspectis, *quoad utilis erat* reponebat. Nos *quæ adeo utilis* tentaveramus.' *Schott.* 'Non male Olivarius, quamvis poterat adhuc retineri syllaba *ea:* quam tamen Casaubonus mutabat in *ei.*' Gruter. Vide Not. Delph. 'Nunc sequor Salm. ad Spart. cap. 18. Ante ipse tentaveram *qua adibilis erat*, id est, 'quo usque potuit perveniri.' *Inadibilis* laudat Vossius de Vit. Serm. III. 16. ex Sidon. Apoll. lib. II. epist. 3. ubi alia Savaro.' *Arntz.* Mox *per transversa inter insulam* ab ingenio emendavit Schott. quem vide.—19 Edd. ante Schott. *proculque factu.* 'Lego *procul, quæ factu:* recte mea quidem sententia, et ad Spartiani sensum accommodate. Quod sequitur Ms. *facilius ea patrabantur quo implacabilis delictis:* forte *eo* et *quo implacabilior*

NOTÆ

niam, (quod maximum ejus imperii decus est) muro per transversam insulam ducto, utrimque ad finem oceani munivit; unde etiam Britannici nomen accepit. Tripolin, unde oriundus erat, contusis bellicosissimis gentibus, securissimam reddidit.' Spartianus: quæ integra posui ut cum his Victoris conferantur.

[h] *Abgaro* [*Agatio*] Lege *Abgaro.* 'Abgarum' vocat supra Spartianus.

[i] *Adiabena*] Assyriæ regio.

[k] *Arabicum, Adiaben. et Parth.*] Vetus inscriptio: L. SEPTIMIVS. SEVERVS. PIVS. PERTINAX. AVG. ARABIC. ADIABENICVS. PARTHICVS. &c.

[l] *Britanniam, quæ ad ea utilis erat*] Quid hoc? *quæ ad ea utilis erat:* optime Salmasius apud Spartian. *quod ea utilis erat:* respexit enim Victor ad id quod dixerat de Adiabena, quam despexit propter terrarum maciem Severus, nec propterea tributariam fecit; at Britanniam, quod ea utilis esset, muro transverso munivit.

[m] *Muro*] Cespititio scilicet. Muri similes valli proprie dicuntur: quare infra Epitomista vocat hunc murum, 'vallum per XXXII. passuum millia a mari ad mare deduxit.' Spartianus utrumque posuit murum et vallum; quasi dubitans utro modo appellaret.

[n] *Tripoli, cujus Lepti oppido oriebatur*] Tripolis et urbis, et regionis Africæ nomen est: hic pro regione sumitur, cujus oppidum Leptis ad Cyniphum fluvium.

[o] *Implacabilis delictis strenuum quemque*] Spartian. 'Idem cum implacabilis delictis, tum ad eligendos indus-

bat. 21. Denique ne parva latrocinia quidem[p] impunita patiebatur, in suos animadvertens magis, quod vitio ducum, aut etiam per factionem fieri vir experiens intelligeret. 22. Philosophiæ, declamandi, cunctis[q] postremo liberalium deditus studiis; idemque abs se texta ornatu et fide paribus[r] composuit. 23. Legum conditor longe æquabilium. Huic tanto domi forisque, uxoris probra summam gloriæ demsere; quam adeo famose amplexus est, uti, cognita libidine, ac ream conjurationis, retentarit.[s] 24. Quod cum infimo turpe, tum potentibus; et illi magis, cui non privati, neque singuli, aut flagitiosi, verum imperia et exercitus, atque ipsa vitia concessere.[t] 25. Nam[u] cum pedibus æger bellum moraretur,[x] idque milites anxie ferrent, ejusque

delictis.' Schott.—21 Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. *Aut etiam præfectorum fieri.* 'Ms. *Perfectionem* scripserat; unde *per factionem*, vel, quod huc magis pertinet, *præfectorum* effici potest: lector viderit. Infra *liberalium;* 'artium' subaudiendum.' *Schottus.*—22 '*Abs se gesta* bene emendavit Casaubon. ad Spartiani Sev. cap. 3.' *Harl.*—23 In Ms. ap. Schott. *retentavit* scriptum compendio pro *retentaverit.*—24 *Ipsa vitia concessere.* Vide Not. Delph. 'Nisi mavis ex præcedenti syllaba *sævitia*, ut velit, Imperatorem abolevisse sævitiæ maculam, quod laborante rep. ea necessaria haberetur, ut factiones extinguerentur; adeoque concessit sævitia pluribus in remp. meritis. Tentaverat loco etiam laudato magnus Casaubonus: *ipsa vita* præfero tamen ex omnibus receptam lectionem.' *Arntz.*—25 Malit Casaubon. *Jam nunc.* Præ-

NOTÆ

trios quosque judicii singularis.'

[p] *Ne parva latrocinia quidem*] 'Latronum ubique hostis.' Spartian.

[q] *Philosophiæ, declamandi, cunctis*] Spartian. 'Philosophiæ, ac dicendi studiis satis deditus, doctrinæ quoque nimis cupidus.'

[r] *Idemque abs se texta ornatu et fide paribus*] Libros vitæ suæ privatæ et publicæ scriptos reliquerat Severus, quos pari ornatu ac fide scripsisse dicit Victor, et Spartian. 'Vitam suam privatam publicamque ipse composuit ad fidem, solum tamen vitium crudelitatis excusans.' Aliter tamen de illis Severi commentariis sentit Dio, qui 'fidei' Severum non usquequaque litasse in illa scriptione ostendit his verbis: λέγω γὰρ, inquit, οὐχ ὅσα ὁ Σεβῆρος ἔγραψεν, ἀλλ' ὅσα ἀληθῶς ἐγένετο: *dico enim non quæcumque Severus scripsit, sed quæcumque vere facta sunt.* Si enim recte hæc verba interpreteris, alia loquebatur veritas, alia scripserat Severus.

[s] *Retentarit*] Spartian. 'Domi tamen minus cautus; qui uxorem Juliam famosam adulteriis tenuit, etiam conjurationis consciam.'

[t] *Atque ipsa vitia concessere*] Nimium tribuit Afro imperatori Afer scriptor, cum ait ipsa vitia illi concessisse. Magnus revera princeps Severus, quique severitate sua reformavit multa in melius; quare etiam 'fundator imperii' in quadam inscriptione nominatur. Casaub. apud Spartian.

[u] *Nam*] Lege *Jam.* Casaub.

filium Bassianum, qui Cæsar una aderat, Augustum fecissent; in tribunal se ferri, adesse omnes, Imperatoremque ac tribunos, centuriones ac cohortes, quibus auctoribus acciderat, sisti, reorum modo, jussit. 26. Quo metu stratus humi victor,[y] cum tantorum exercitus veniam precaretur: Sentitisne, inquit, pulsans manu, caput[z] potius, quam pedes imperare? 27. Neque multo post Britanniæ municipio, cui Eboraci nomen, annis regni duodeviginti[a] morbo[b] extinctus est. 28. Ortus medie humilis,[c] primo literis,

terea '*Anxie ferrent.* Ita legendum ex Spartiano, qui ad verbum gemina scribit. Mox *eorum more* in Ms. est, quod nescio an ceteris, mihi certe non satisfacit: *reorum modo* tentabam.' *Schott.*—26 '*Tantorum . . . veniam.* Vetus scriptura; sed ad numerumne, an ad delicti et personarum qualitatem referendum? Doctissimus Olivarius *factorum* rectum putabat.' *Schott.* Mox videtur Grutero excidisse vox, bisque scribenda, hoc modo, *manu caput, caput potius quam;* ut et Casaubono placuit. Vide Not. Delph.—28 Schott. Gaesb.

NOTÆ

[x] *Cum pedibus æger bellum moraretur*] Ad verbum ex Spartiano, aliquibus tamen immutatis; quare non parcam ponere, ut quid sibi Victor permiserit, animadvertas: 'Idem, cum pedibus æger bellum moraretur, idque milites anxie ferrent, ejusque filium Bassianum, qui una erat, Augustum fecissent, tolli se atque in tribunal ferri jussit: adesse deinde omnes tribunos, centuriones, duces, et cohortes, quibus auctoribus id acciderat; sisti deinde filium qui Augusti nomen acceperat; cumque animadverti in omnes auctores facti præter filium juberet, rogareturque, omnibus ante tribunal prostratis, caput contingens ait, 'tandem sentitis caput imperare, non pedes.'' Sed quod hic scribunt et Spartian. et Victor, milites Bassianum Augustum appellasse et fecisse, invito ipso et insciente Severo, prorsus falsum est: quippe jam ante, post bellum Parthicum, consentiente patre appellatus est imperii particeps Bassianus; ut idem Spartian. qui vero particeps imperii, is omnino et Augustus censebatur. Puto hoc commentum esse Maximi, a quo hanc fabulam hauserunt Spartianus et Victor. Hæc Salmas. pluribus apud Spartianum.

[y] *Quo metu stratus humi victor*] Transposita pro, 'cum tantorum victor exercitus stratus humi veniam precaretur.' Olivarius pro *tantorum* legebat *factorum:* non male, 'factorum veniam precaretur.'

[z] *Pulsans manu, caput*] Casaubonus legebat *pulsans manu caput, caput potius, &c.* Sed brevitas hujus scriptoris, propter quam multis etiam locis obscurus est, non patitur hanc vocem repeti, quæ subintelligi eleganter possit. Salmasius distinguebat *pulsans manu caput, potius imperare:* sed nihil omnino, vel in distinctione, vel in verbis mutandum est.

[a] *Annis regni duodeviginti*] Idem Herodian. et Spartian. Sed imperavit tantum an. 17. menses 7. dies 3.

[b] *Morbo*] Arthritide. Infra in Epitom.

deinde imbutus foro, quo parum commodante, uti rebus artis solet, dum tentat, aut exquirit variaølioraque, conscendit imperium. 29. Ibi graviora expertus, laborem, curas, metum, et incerta prorsus omnia, quasi testis vitæ mortalium, Cuncta, inquit, fui; conducit nihil.[d] 30. Funus, quod liberi, Geta Bassianusque, Romam detulerant, mire celebratum illatumque Marci sepulcro, [quem] adeo percoluerat,[e] ejus gratia Commodum inter Divos referri suaserit, fratrem appellans; Bassianoque Antonini vocabulum addiderat; quod ex illo,[f] post multos dubiosque eventus, auspicia honorum cepisset, patrocinio fisci.[g] 31. Proinde la-

Delph. Pitisc. *Ortus Mediæ humili.* 'Olivarius legendum putabat *ortus enim ex humili*, ex Lampridii Severo: quid si, ut Nicol. Faber, *ortus familia humili*, seu potius *ortus in æde humili?*' Schott. Gruter. tentabat *Ortus medio humili.* Vide Not. Delph. Mox '*artis* pro *arctis* e Mss. et melioribus libb. jam edidit Schott.' *Harl.* 'Ne ambiguus sit sermo, legendum distinguendumque, *ubi rebus arctis solet, dum, &c.* res enim arctæ in causa, cur quidvis tentaret Severus.' *Gruter.*—30 Τῷ *quem* carent Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. leguntque, præter Delph. cum asterisco, *sepulcro:* * *adeo.* '*Quem*, quod voc. abest codd. requirit et sensus, et locus Spartiani cap. 19. (ubi v. Salmas.) quem Noster imitatus est.' *Harl.* Mox *indiderat* pro *addiderat* tentabat Schott.—31 Pro

NOTÆ

[c] *Ortus medie humilis* [*Mediæ humili*] Hæc corruptissima sunt: Nicol. Faber, *Ortus in æde humili.* Salmas. *Ortus Medie humilis:* id est, 'ortus mediocriter humilis.' Casaubonus *Ortus Lepti ex humili patre.* Ante vocem *primo*, omiserat librarius τὸ *pre*, hoc est *patre:* in voce corruptissima *Mediæ*, ex L factum M, et ex p inverso, d.

[d] *Cuncta, inquit, fui; conducit nihil*] Spartian. 'Hujus dictum est, cum eum ex humili per literarum et militiæ officia ad imperium plurimis gradibus fortuna duxisset: Omnia, inquit, fui, et nihil expedit.' Et his verbis Severus, quæcumque de rerum humanarum vanitate Salomon scripsit, in divino illo libello qui Ecclesiastes inscribitur, amplexus est.

[e] *Adeo percoluerat*] Lege *Quem adeo percoluerat.* Ex Spartian. 'Illatus sepulcro Marci Antonini; quem ex omnibus imperatoribus tantum coluit, ut et Commodum in Divos referret, et Antonini nomen omnibus deinceps, quasi Augusti, ascribendum putaret.'

[f] *Ex illo*] Antonino.

[g] *Auspicia honorum cepisset, patrocinio fisci*] Patrocinium fisci, honorum auspicium vocat; quia is primus officiorum et honorum gradus fuit. Spartian. in Geta, in hac historia: 'Dicunt aliqui non in Marci honorem tantum Antonini nomini delatum, cum id Marcus adoptivum habuerit; sed in ejus, qui Pius cognominatus est, Adriani scilicet successoris: et quidem ob hoc, quod Severum ille ad fisci advocationem delegerat ex formulario forensi, cum ad tantos processus ei patuisset dati ab Antonino primi gradus, vel honoris auspicium.' Advocatum

borantibus secundarum initia[h] earumque auctores memoriæ sunt.

32. At posteri,[i] quasi bellum inter se mandatis accepissent, confestim secessere. Ita Geta, cui nomen paterno ab avo[k] erat, cum ejus modestiore ingenio[l] frater augeretur, obsessus interiit. 33. Quæ victoria Papiniani exitio fœdior facta, ut sane putant memoriæ curiosi; quippe quem ferunt illo tempore Bassiani scrinia curavisse,[m] monitumque, uti mos est, destinanda Romam[n] quam celerrime

Proinde habent *Dein de* Schott. Gaesb. *Deinde* Delph. Pitisc. Legebatur ante Gruter. *Patrocinio fisci deinde laborantibus.* 'Labes rursum hic et hiatus, aut mire salebrosus locus, ut depositus et deploratus esse videatur. Quare veteri more ante januam colloco, si forte a prætereunte curari queat: dubites enim rectiusne *deliberantibus:* et mox *earum quæ adjutores* legas.' *Gruter.* —33 *Destinando* omnes præter Gruner. et Bip. Tentabat Schott. *dictando orationem quam cel. componeret.* Audacior est, judice Harl. conjectura Arn-

NOTÆ

autem fisci eligebant Imperatores ex corpore advocatorum, qui in diversis foris postulabant.

[h] *Proinde* [*Deinde*] *laborantibus secundarum initia*] Scribendum *proinde;* id est, 'adeo:' ut optime apud Spartian. Casaubon. Sensus est: Severus Bassianum filium Antoninum vocavit, ejus Antonini gratia, ex quo fisci patrocinium, honorum auspicium suscepit; adeo novis hominibus primus mitioris fortunæ gradus, ejusque auctores memoriæ adhærent. 'Laborantes' vocat Victor novos homines qui emergere laborant; 'secundarum initia' primum illum honorum gradum, per quem emergere incipiunt: et 'secundarum auctores,' eos qui primi jacentes attollunt et producunt.

[i] *Posteri*] Geta et Bassianus.

[k] *Cui nomen paterno ab avo*] Nam Severi pater Geta vocabatur.

[l] *Cum ejus modestiore ingenio*] Hanc Getæ modestiam, humilitatem vocat Spartianus in Antonino Caracalla: 'Fratrem magna ejus humilitate despexit.'

[m] *Bassiani scrinia curavisse*] Scrinia loculi et capsæ, in quibus principis acta quæ ad jus pertinent, asservantur: quibus qui præfecti erant, 'scriniorum magistri' dicebantur. Fuere item scrinia alia, quorum alia 'scrinia memoriæ;' 'scrinia epistolarum;' 'scrinia libellorum;' 'scrinia dispositionum;' 'scrinia largitionum:' quæ singula suos habuere præfectos, qui 'magistri memoriæ,' 'magistri epistolarum,' 'magistri libellorum,' &c. dicebantur. Libellorum autem scrinia curavisse sub Severo Papinianum cognoscitur ex L. rescriptum 12. D. de Distr. Pig. quamvis hic Victor eum 'scriniorum magistrum' videtur intelligere.

[n] *Destinanda* [*destinando*] *Romam*] Optime Casaub. apud Spartian. *destinanda Romam:* nam existimat Victor patratam cædem Getæ, priusquam ex Britannia Romam ambo fratres reverterentur; cum tamen certum sit occisum Getam Romæ in palatio, nec confestim; sed cum annum unum diesque XXII. cum fratre imperium obtinuisset: sed fuere qui aliter tra-

componeret, dolore Getæ[o] dixisse, Haud quaquam pari facilitate velari parricidium, qua fieret: idcirco morte affectum. 34. Sed hæc improbe absurda sunt, cum constet satis, præfecturam prætorio gessisse,[p] neque incondite[q] illum virum tantam contumeliam imponere potuisse, cui amori ac magisterio erat.[r]

tzenii, *monitumque uti motum excitatum Romæ quam, &c.*—34 Pro *magisterio* malit Arntz. *ministerio;* sed vide Not. Delph. paulo supra.

NOTÆ

derent historiam ejus cædis. Per *destinanda Romam* orationem intellige qua, et in senatu, et ad populum, facinus dilueret Papinianus. Spartian. 'Multi dicunt Bassianum occiso illi (Papiniano) mandasse, ut et in senatu pro se, et apud populum facinus dilueret: illum autem respondisse, non tam facile parricidium excusari posse, quam fieri.'

o *Dolore Getæ*] Id est, quem ex occiso Geta perceperat; desiderio Getæ.

p *Præfecturam prætorio gessisse*] Quo nomine orationem dictare non poterat, ut addit Spartian. Imperatores enim non solebant præfectorum prætorii ingenio formare aut epistolas, aut orationes: nam vel quæstores ipsorum, et qui scrinia curabant, eas componebant, vel qui erant ab epistolis: vel interdum dicendi magistri; nisi etiam ipsi suopte ingenio scriberent.

q *Neque incondite*] Restituit Casaubon. *Neque non incondite illum virum tantam contumeliam imponere potuisse ei, qui amori ac magisterio Getæ erat.* Vere: ait Victor virum illum, nempe Bassianum, non potuisse, non incondite adeo contumeliosam provinciam (dictandi scilicet orationem qua cædem Getæ excusaret) imponere ei, qui Getæ amori ac magisterio fuerat.

r *Ac magisterio erat*] Dubito an hic Papinianum libellorum Getæ magistrum fuisse dicat, an revera magistrum, id est, doctorem, rectorem; quippe cui præcipue et Antoninum et Getam a Severo commendatum scribit Spartian.

CAP. XXI.

ANTONINUS CARACALLA.

1. CETERUM Antoninus[a] incognita munerum specie urbem Romanam adjiciens,[b] quod indumenta in talos de-

CAP. XXI. 1 Cum Grutero malit Harl. *adficiens* pro *adjiciens;* Schott.

NOTÆ

a *Antoninus*] Imperium suscepit A. U. C. 963. post C. 211.

b *Urbem Romanam adjiciens*] Lege *alliciens.* Casaub.

missa largiretur, Caracalla dictus;[c] cum pari modo vesti Antonianas[d] nomine suo daret. 2. Alamannos,[e] gentem populosam, ex equo mirifice pugnantem,[f] prope Mœnum amnem devicit: patiens, communis, tranquillusque; pari fortuna, et eodem matrimonio, quo pater. 3. Namque Juliam novercam,[g] cujus facinora supra memoravi,[h] forma captus, conjugem affectavit:[i] cum illa factiosior, aspectui adolescentis, præsentiæ quasi ignara, semet dedisset intecto corpore, asserentique, Vellem, si liceret, uti, petulantius multo (quippe quæ pudorem velamento exuerat) respondisset, Libet? plane licet.[k] 4. Ægypti sacra per eum de-

adiens. Mox *dimissa* Schott. Gaesb. Pitisc. Tum legendum putat Schott. *vestes Antoninianas.* Conjecturam Casauboni, quam in Not. Delph. invenies, Harles. probavit.—3 '*Intecto*] Ms. *intellecto:* male.' *Schott.* Mox malit Sylburg. *pudorem una cum velamento.* Tò *uti* redundare videtur Schotto, ut

NOTÆ

[c] *Caracalla dictus*] A caracallis quas populo largiebatur. *Caracalla* a 'calaca;' unde nostrum *casaca.* Caracallas primus talares fecit Antoninus, quæ antea breviores erant, easque de nomine suo Antonianas vocavit.

[d] *Cum pari modo vesti Antonianas*] Verissime Casaub. *Cum pari modo vesti Antonianæ nomen e suo daret.* Caracallas de suo nomine Antoninus Antonianas appellavit. Spartian. 'Ipse Caracalli nomen accepit a vestimento, quod populo dederat, demisso usque ad talos, quod ante non fuerat; unde hodieque Antonianæ dicuntur caracallæ hujusmodi, in usu maxime Romanæ plebis frequentatæ.'

[e] *Alamannos*] Unde et ipse se Alemannicum vocavit. Alemanni autem Germaniæ populi ad Mœnum amnem, et hi diu a Germanis distincti; postea vero, circa Constantini tempora, toti Germaniæ nomen dedere, quæ ab illis Alemannia dicta, hodieque ita dicitur.

[f] *Ex equo mirifice pugnantem*] Atque etiam nunc tota illa gens ex equo mirifice pugnat.

[g] *Juliam novercam*] Severus duas habuit conjuges, priorem Martiam, alteram Juliam: quarum, quæ Caracalli mater fuerit, diversæ veterum sententiæ: Victor priori natum putat, idemque Spartianus et Eutrop. at Dio Cassius et Herodianus Juliæ vere filium credidere: et ex hac varietate factum est, ut de ejus vitæ etiam tempore dubitetur; qui enim Martiæ filium faciunt, eum aiunt vixisse annis XLIII. qui Juliæ, annis ferme triginta, ut infra in Epitom. At Dio Cass. an. XXIX. Sed Dioni potius videtur habenda fides, qui et Antoninum vidit, et propius ac familiarius cum eo locutus est. Plura Casaub. apud Spartianum in Caracallo.

[h] *Supra memoravi*] In Severo: 'Huic tanto, domi forisque uxoris probra summam gloriæ demsere,' &c.

[i] *Conjugem affectavit*] Idem Spartian.

[k] *Libet? plane licet*] Huic execrando Juliæ responso addit Spart. 'An

portata Romam,[l] atque aucta Urbs magno accessu viæ novæ,[m] et ad lavandum absoluta opera pulchri cultus.[n] 5. Quibus confectis cum Syriam circumgrederetur, anno potentiæ sexto [o] moritur.[p] 6. Corporis reliqua luctu publico relata Romam, atque inter Antoninos [q] funerata sunt.

infra deesse *si libet.*—5 '*Circumgrederetur.* Vel *circumgraderetur:* corrupte Ms. *circumcrederetur.*' Schott.

NOTÆ

nescis te Imperatorem esse, et leges dare, non accipere?'

[l] *Ægypti sacra per eum deportata Romam*] Spartian. 'Sacra Isidis Romam deportavit, et templa ubique magnifica eidem Deæ fecit.' Sed et, ante Antoninum, Commodus Romæ sacra Isidis coluit. Quam contrarietatem advertens Spartianus subjungit: 'In quo quidem mihi mirum videtur, quemadmodum sacra Isidis primum per hunc Romam venisse dicantur, cum Antoninus Commodus ita ea celebraverit, ut et Anubim portaret et pausas ederet; nisi forte iste addidit celebritati, non eam primus invexit.' Doctissimus Casaubonus putat Spartianum et Victorem hic secutos esse errorem Marii Maximi, quem studiose transcribunt; vel alium, quicumque is fuerit, qui hoc primus scripsit.

[m] *Magno accessu viæ novæ*] Spartian. 'Idem viam novam munivit quæ est sub ejus thermis. Quo pulchrius inter Romanas plateas non facile quicquam invenias.' Hæc via, prope Severi septizonium declinans, ab Appia Aventinum versus, et rursus in eam sub thermis Antonianis incidebat. Hanc cave confundas cum 'via nova' quæ a Velabro inter Capitolium et Palatinum, ducebat in forum. De qua Ovid. Fast. VI. 'Qua via Romano nunc nova juncta foro.'

[n] *Ad lavandum absoluta opera p. c.*] Thermæ Antonianæ, in latere Aventini, via Ardeatina. Spartian. 'Opera Romæ reliquit, thermas nominis sui eximias, quarum cellam solearem architecti negant posse ulla imitatione qua facta est, fieri: nam ex ære vel cupro cancelli superpositi esse dicuntur quibus cameratio tota concredita est: et tantum est spatium ut id ipsum fieri negent potuisse docti mechanici.'

[o] *Anno potentiæ sexto*] 'Anno imperii VI. mense II.' Eutrop. vere; adde modo quatuor dies.

[p] *Moritur*] Inter Edessam et Charras a centurionibus duobus occisus.

[q] *Inter Antoninos*] Spartian. 'Corpus ejus Antoninorum sepulcro illatum est, ut ea sedes reliquias ejus acciperet, quæ nomen addiderat.'

CAP. XXII.

OPILIUS MACRINUS ET DIADUMENUS.

1. DEHINC Opilius Macrinus,[a] qui præfecturam præ-

NOTÆ

[a] *Opilius Macrinus*] A. U. 969. post C. 217.

torio gerebat, Imperator, ejusque filius Diadumenus[b] nomine Cæsar a legionibus appellatur.[c] 2. Quibus eo, quod ingens amissi principis desiderium erat, adolescentem Antoninum vocavere. 3. Horum nihil præter sævos atque inciviles[d] animos interim reperimus. 4. Qua gratia mensibus ferme quatuor ac decem[e] vix retento imperio, per quos creati fuerant, interfecti sunt.[f]

NOTÆ

[b] *Diadumenus*] In nummis veteribus dicitur etiam *Diadumenianus;* ut 'Hermogenes, Hermogenianus.'

[c] *Cæsar a legionibus appellatur*] Cæsarem tantum Diadumenum appellatum scribit Herodian. quare et Capitolin. in Macrino. 'Sciendum præterea,' inquit, 'quod Cæsar fuisse dicatur, non Augustus, Diadumenus puer, quem plerique pari fuisse cum patre imperio tradiderunt.' Verum Lampridius in Diadumeno, non Cæsarem, sed imperatorem, adeoque Augustum, cum patre vocatum narrat; ejusque orationem ad milites ponit, additque: 'Herodianus Græcus scriptor hæc præteriens, Diadumenum tantum Cæsarem dicit puerum a militibus nuncupatum, et cum patre occisum.' Hanc Lampridii sententiam sequuntur Eutrop. et infra Epitomista: 'Opilius Macrinus cum filio Diadumeno Imperatores facti.'

[d] *Horum nihil præter sævos atque inciviles*] Lamprid. in Diadumeno: 'Hic tamen XIV. mense imperii ob incivilem patris atque asperum principatum, interfectus est cum patre, non suo nomine; quamvis etiam istum ultra ætatem sævisse in plerosque reperiam, ut docent literæ ab hoc eodem ad patrem missæ.' Vide et Capitolinum, qui exempla quædam Macrini crudelitatis commemorat.

[e] *Ferme quatuor ac decem*] Desunt dies tantum tres.

[f] *Interfecti sunt*] In Cappadocia.

CAP. XXIII.

M. AURELIUS ANTONINUS HELIOGABALUS.

1. ACCITUSQUE Marcus Antoninus[a] Bassiano genitus,[b] qui patre mortuo,[c] in Solis sacerdotium, quem Helio-

NOTÆ

[a] *Marcus Antoninus*] A. U. 970. post C. 218.

[b] *Bassiano genitus*] Sic quidem vulgo credebatur: vide Dionem et Lampridium. Mater fuit Soëmis soror Juliæ matris Caracalli.

[c] *Patre mortuo*] Lamprid. 'Hic fertur, occiso Macrini factione patre, ut dicebatur, Antonino in templum Dei Heliogabali confugisse velut in asylum, ne interficeretur a Macrino, qui sævissime cum filio luxurioso et crudeli exercuit imperium.'

gabalum Syri vocant,[d] tanquam asylum insidiarum metu confugerat, hincque Heliogabalus dictus; translatoque Romam Dei simulacro in palatii penetralibus [palatia[e]] constituit. Hoc impurius ne improbæ quidem aut petulantes mulieres fuere: quippe orbe toto obscœnissimos perquirebat, visendis [f] tractandisve artibus libidinum ferendarum.[g] 2. Hæc cum augerentur in dies, ac magis magisque Alexandri,[h] quem, comperta Opilii nece, Cæsarem nobilitas nuncupaverat,[i] amor cumularetur, in castris prætoriis tricesimo regni mense [k] oppressus est.

CAP. XXIII. 1 Τὸ *palatia*, ut redundans, in uncis inclusit Schott. Vide Not. Delph. 'In suspicionem incidi, loco mendosæ lectionis *palatia*, substituendum esse *in palatino* (scil. monte). Arntzen. conjecit *palam constituit*, nempe, ut ab omnibus coleretur: Gruner. opinatus est *palam templum*.' Harl. In seqq. '*Ferendarum* exponit Klotzius in Misc. Crit. p. 39. 'quæ iis perferendæ erant:' at Schottus in *ferarum*, Olivarius in *non ferendarum*, Arntzen. in *nefandarum* mutare voluerunt. Ingeniosa est Gruneri conjectura *silendarum*.' Harl.—2 *Pompilii* pro *Opilii* ante Schott. legebatur.

NOTÆ

[d] *Quem Heliogabalum Syri vocant*] Non 'Heliogabalum' Syri, quod dimidiatum Græcum est ἥλιος· sed 'Alahgabal;' id est, 'Deus mons:' quod Deus ille esset e saxo rudi et impolito, in modum plane montis. Græci vero, nomen hoc deflectentes, ejus asperitatem proxime ad sonum linguæ suæ emollire conati sunt, pronuntiantes ΗΛΙΟΓΑΒΑΛΟϹ. Vide quæ viri doctissimi apud Lamprid. notavere; et quæ ab illustrissimo Bocharto, et quæ a Seldeno scripta sunt.

[e] *Palatia*] Abundat hæc vox; quippe quæ nata e superiori 'palatii.' Neque audiendus Gruterus qui in ejus locum substituit *pellacia*, id est, lupanaria; eo quod apud Lampridium legatur, 'Lupanaria domi amicis, clientibus, et servis exhibuit.' Quæ lectio si admitteretur, mera esset ἀνακολουθία, *translato Romam Dei simulacro in palatii penetralibus lupanaria constituit.* Omnes intelligunt quid dicam.

[f] *Visendis*] Id est, 'perquirendis,' 'investigandis.' Nescio an alibi reperiatur. Olivarius *fingendis*. Sed non temere damnanda altera lectio.

[g] *Libidinum ferendarum*] Olivarius, *Non ferendarum*. Ego suspicabar *nefandarum*.

[h] *Alexandri*] De quo capite sequenti.

[i] *Cæsarem nobilitas nuncupaverat*] Nobilitatem pro senatu dixit. Senatus enim, interfecto Macrino, Alexandrum Cæsarem nuncupavit, consentiente Heliogabalo.

[k] *Tricesimo regni mense*] Tricesimo secundo, Eutrop. sed ambo falsi sunt. Regnavit enim an. 3. menses 9. dies 4. Vide Dionem.

CAP. XXIV.

AURELIUS ALEXANDER.

1. STATIMQUE Aurelio Alexandro[a] Syriæ orto, cui duplex, Cæsarea et Arca, nomen est,[b] militibus quoque annitentibus, Augusti potentia delata. 2. Qui, quanquam adolescens, ingenio supra ævum tamen, confestim apparatu magno bellum adversum Xerxem Persarum regem[c] movet: quo fuso fugatoque[d] in Galliam maturrime contendit, quæ Germanorum direptionibus tentabatur. 3. Ibi tumultuantes[e] legionum plerasque constantissime abjecit; quod in præsens gloriæ, mox exitio datum., 4. Nam dum tantæ severitatis vim milites inhorrescunt, (unde etiam Severi cognomentum[f] accesserat) agentem casu cum paucis vico Britanniæ,[g] cui vocabulum Sicila, trucidavere. 5. Opus

CAP. XXIV. 1 *Syriæ orto urbe* malit Schott. Tum *Archa* Schott. Gaesb. Delph. Pitisc.—2 *Terrebatur* pro *tentabatur* posse scribi putat Arntz.—4 *Nam cum* Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. '*Britanniæ, &c.* Vel Victor erravit, vel ex Lampridio quædam vocabula, quæ tarditate librarii exciderint, inserenda sunt, sic: *Britanniæ,* [vel] ut alii volunt, *Galliæ, cui vocab. Sicila.* In Gallia enim *Sicila* quæri debet. Alii Sicilam intelligunt *Sicklingen*, qui locus non longe Moguntia abest: et apud Moguntiam interfectum esse Alexandrum,

NOTÆ

[a] *Aurelio Alexandro*] A. U. 974. post C. 221.

[b] *Cui duplex, Cæsarea et Arca, nomen est*] *Arca* sine aspirata. Ptolemæus: ἄρκα, sive ἄρκη, vel ἄρκαι. 'Cæsarea et Arca' dicebatur: unde et Lampridio in hac vita 'Arca Cæsarea' dicitur; eadem etiam 'Arcena' apud eundem, initio.

[c] *Xerxem Persarum regem*] 'Artaxerxem' vocant Dio, Herodianus, Lampridius. Hic est Artaxerxes, qui, devicto et occiso Artabano rege Parthorum ultimo, primus antiquum Persarum in Oriente imperium renovavit. Eum alii obscuro et ignobili loco natum, alii magnum fuisse dicunt.

[d] *Quo fuso fugatoque*] Idem Lamprid. idque se apud multos et in annalibus dicit reperisse, additque: 'Sed quidam dicunt a servo suo eum proditum non vicisse regem, sed ne vinceretur fugisse; quod contra multorum opinionem dici non dubium est iis qui plurimos legerint: nam et amisisse illum exercitum dicunt, fame, frigore, ac morbo; ut Herodianus auctor est contra multorum opinionem.'

[e] *Ibi tumultuantes*] Lamprid. 'Sed cum ibi quoque seditiosas legiones comperisset, abjici eas præcepit.'

[f] *Unde etiam Severi cognomentum*] Propter ejus severitatem, Severi nomen a militibus ei inditum scribit etiam Lamprid.

[g] *Vico Britanniæ*] Lamprid. 'Ve-

urbi florentissimum celebrio fabricatus est;[h] matrisque cultu, quæ nomine Mammæa erat, plusquam pius. 6. Adhuc Domitium Ulpianum, quem Heliogabalus[i] prætorianis præfecerat, eodem honore retinens, Paulloque inter exordia patriæ reddito,[k] juris auctoribus,[l] quantus erga optimos atque æqui studio esset, edocuit. 7. Neque ultra annos

prodont Eusebius, Orosius, et Cassiodorus.' *Harl.*—5 'Antequam legissem conjecturam Annæ Fabri, *florentissimum celeberrimumque*, in mentem venerat *florentissimum celebritate;* h. e. opus, quod multi homines celebrabant (i. e. frequentabant, ubi multi homines confluere solebant). Gruneri emendatio *Zetas* (h. e. diætas) *in Palatio* fere æque longe abest a scriptura prisca, ac Olivarii correctio, (ab illo rejecta,) *Serapium fabricatus est*, vel *Isium et Serapium, &c.*' Harl.—6 *Inter exordia.* Vide Not. Delph. Mox '*atque æqui studiosos*, post Schottum ac Sylburgium maluit Arntzen. qui tamen vel *æqui studium* quoque conjecit; vel, vulgata lectione servata, *atque* exponendum putat per 'præsertim.' Equidem opinabar *erga optimos juris atque æqui studio*. Gruner. alteri expositioni Schotti, τὸ *quantus* etiam cum *æqui studio* conjungentis, subscribit.' *Harl.*—8 'Equidem posui post *evolans* distinctionem minorem, et delevi eam post *consiliis*.' Harl. Vide Not. Delph. In omnibus aliis

NOTÆ

rum Gallicanæ mentes, ut sese habent duræ ac retorridæ, et sæpe Imperatoribus graves, severitatem hominis nimiam, et longe majorem, post Heliogabalum non tulerunt. Denique agentem eum cum paucis, in Britannia, ut alii volunt, in Gallia, in vico cui Sicila nomen est, non ex omnium sententia; sed latrocinantium modo quidam milites, et hi præcipue qui Heliogabali præmiis effloruerant, cum Severum principem pati non possent, occiderunt:' pro *Sicila* melius vett. lib. *Sicilia*, qui vicus Galliæ Transpadanæ fuisse videtur non longe a Moguntiaco, cum Alexandrum Moguntiaci occisum quidam ferunt.

[h] *Celebrio fabricatus est*] Legebat Olivarius *Serapium fabricatus est*, ex Lamprid. 'Isium et Serapium decenter ornavit, additis signis et Deliacis, et omnibus mysteriis.' Sed cum Lamprid. dicat Serapium 'ornasse' tantum, non vero 'fabricatum' Alexandrum; aliud quærendum est. Puto, *Opus Urbi florentissimum et celeberrimum fabricatus est:* ut thermas intelligat quas Alexander juxta eas, quæ Neronianæ fuerunt, constituit, aqua inducta quæ Alexandrina nunc dicitur: ut ait Lamprid. vel, *Opus Urbi florentissimum celeberrimumque fabricatus est, matris cultu, quæ Mammæa erat, plusquam pius:* ut diætas intelligat quas, nominis Mammææ, in palatio fecit Alexander. Idem Lamprid. 'In matrem Mammæam unice pius fuit; ita ut Romæ in palatio faceret diætas nominis Mammææ, quas imperitum vulgus hodie 'ad Mammas' vocat.' Nihil aliud succurrit.

[i] *Domitium Ulpianum, quem Heliogabalus*] Lamprid. 'Paulum et Ulpianum in magno honore habuit, quos præfectos ab Heliogabalo alii dicunt factos, alii ab ipso.' Domitius Ulpianus et Julius Paulus jurisconsulti nobilissimi.

[k] *Paulloque inter exordia patriæ reddito*] Libenter fateor, neque pudet fateri, me ista non capere, *inter exordia patriæ reddito;* an ut Ulpianum, et Silvinum rhetorem, sic et Paul-

tredecim [m] imperio functus rempub. reliquit firmatam undique. 8. Quæ jam tum a Romulo ad Septimium certatim evolans,[n] Bassiani consiliis tanquam in summo constitit: quo ne confestim laberetur, Alexandri fuit.[a] 9. Abhinc dum dominandi suis quam subigendi externos cupientiores sunt, atque inter se armantur, magis Romanum statum quasi abrupto præcipitavere, immissique in imperium promiscue boni malique, nobiles atque ignobiles, ac barbariæ [o] multi. 10. Quippe ubi passim confusaque omnia, neque suo feruntur modo, quique fas putant, uti per turbam,[p] rapere aliena officia, quæ regere nequeunt, et inscientia [q] bonarum artium, fœde corrumpunt. 11. Ita fortunæ vis licentiam nacta, perniciosa libidine mortales agit: quæ diu

[a] *Quæ jam inde a Romulo usque ad Septimium Severum vix evadens, consiliis Bassiani, quasi in summo periculo hæsit; Alexandri Severi fuit ut ne illa rueret.*

edd. distinctio post *consiliis* est.—9 *Ac barbari* legebatur ante Schott. ap. quem Mss. *ac barbaræ*. Cogitabat olim Arntz. *barbariæ æmuli.*—10 *Et scien-*

NOTÆ

lum, Heliogabalus removerat, quem Alexander postea revocavit, patriæque reddidit? At de Paullo id me legisse non memini: quare legendum putabam *Paulloque inter exordia pariter reddito:* ut subintelligatur 'honore' quod præcedit. Ulpianum eodem honore retinens, Paulloque eodem honore inter exordia Imperii sui reddito juris auctoribus, &c. Præfecturam prætorianam intelligit, quam Paullo Alexander restituit; quippe qui eam sub Heliogabalo possedisset: nihil tamen temere pronuntio. Fieri enim potuit ut inter alios Heliogabalus Paullum etiam removerit.

[l] *Juris auctoribus*] Placebat Schotto, *Juris auctoribus, quantus erga optimos atque æqui studiosos esset, edocuit:* ait Alexandrum, dum præcipue juris auctores colit, ostendisse quantus esset erga optimos, et æqui studiosos. Sed nihil mutandum: juris auctoribus atque æqui studio ostendit quantus esset erga optimos.

[m] *Neque ultra annos tredecim*] Imperavit an. XIII. diebus IX.

[n] *A Romulo ad Septimium certatim evolans*] Ait rempublicam quæ a Romulo ad Septimium usque Severum vix servata est, tandem Bassiani consiliis in summo discrimine constitisse, ita ut Alexandri fuerit quo ne illa rueret: distingue igitur, *Quæ jam tum a Romulo ad Septimium certatim evolans, Bassiani consiliis tanquam in summo constitit.*

[o] *Barbariæ*] Barbariam, Græci et Latini quicquid fuit extra limites agri sui vocavere.

[p] *Uti per turbam*] 'Fieri solet,' supple.

[q] *Et inscientia* [*scientia*] Lege *Et inscientia, &c.* ut viri doctissimi monuere.

quidem virtute, uti muro prohibita, postquam pæne omnes flagitiis subacti sunt, etiam infirmis genere institutoque publica permisit.

tia omnes aliæ præter Bip. edd.—11 Malit Arntz. *infimis genere:* et Harl. cum Grut. *permittit.*

CAP. XXV.

CAIUS JULIUS MAXIMINUS.

1. Namque Caius Julius Maximinus,[a] præsidens rei bellicæ,[b] primus e militaribus, literarum fere rudis,[c] potentiam cepit[d] suffragiis legionum. 2. Quod tamen etiam Patres, dum periculosum existimant inermes armato resistere, approbaverunt:[e] filiusque ejus pari nomine Caius Julius Maximinus Cæsar factus est.

Cap. xxv. 1 '*Rei bellicæ* emendatio est Nicol. Fabri, a criticis probata; vulgo in libris scriptis olimque editis *Trebellicæ* vel *Triballicæ*, [quod Schott. Gaesb. Delph. Pitisc.] in qua lectione equidem latere putem nomen vel loci aut provinciæ, vel alæ cujusdam: conf. Capitol. in Maxim. cap. 7. ibique Salmas. Herodian. vi. 8. Zosim. i. 13. ubi dicitur, *τότε τῆς Παιονικῆς ἴλης ἐξηγούμενος*, unde, nisi audacior viderer, apud Victorem fere conjicerem *alæ Panonicæ.*' Harl. *Triballis Isauriæ* conj. Schott.

NOTÆ

[a] *Caius Julius Maximinus*] Græci et Latini scriptores 'Maximinum' tantum nominant: at in vett. inscriptionibus CAIVS. IVLIVS. VERVS. MAXIMINVS. dicitur. Non dubitat doctiss. Casaub. id studio fecisse hominem superbissimum dissimulandæ origini barbaricæ, ut illa tot nomina assumeret.

[b] *Præsidens rei bellicæ* [*Trebellicæ*] Optime Nicolaus Faber, *Præsidens rei bellicæ:* ex Capitolino: 'His rebus conspicuum virum Alexander, magnorum meritorum judex, in suam perniciem omni exercitui præfecit:' quanquam hic et Capitolini et Victoris fides suspecta est. Herodianus enim tironibus tantum præfectum dicit. *Τὸν δὴ Μαξιμῖνον τοῦτον*, inquit, *διὰ τὴν προειρημένην στρατιωτικὴν ἐμπειρίαν ὁ Ἀλέξανδρος ἐπέστησε πάσῃ τῇ τοῦ στρατοῦ νεολαίᾳ, ὡς ἀσκοίη τε αὐτοὺς τὰ στρατιωτικὰ, καὶ εἰς τὸ πολεμεῖν ἐπιτηδείους παρασκευάζοι·* id est, *Hunc igitur Maximinum propter ante dictam militarem scientiam, tironibus universis Alexander præfecerat, ut eos ad militiæ munera exerceret, atque ad bellandum idoneos redderet.*

[c] *Literarum fere rudis*] 'Semibarbarus et vix adhuc Latinæ linguæ.' Capitolin.

[d] *Potentiam cepit*] A. U. 987. post C. 235.

[e] *Approbaverunt*] Hoc ex Herodiano et Capitolino falsum est.

CAP. XXVI.

GORDIANUS, PUPIENUS, ET BALBINUS.

1. Quis biennium summis potitis,[f] haud incommode prælio gesto contra Germanos, repente Antoninus Gordianus Africæ proconsul, ab exercitu princeps apud Thydri[g] oppidum absens fit.[h] 2. Quo ut accitus pervenit,[i] tanquam ea re creatus foret, seditione excipitur:[k] qua lenita facile, Carthaginem petit. 3. Ibi cum avertendis prodigiis, quorum metu haud inane angebatur, rem divinam solitis ageret,[l] repente hostia partum edidit. 4. Id haruspices, atque ipse maxime, (nam hujus scientiæ usu immodice prudens erat,) ita accepere, illum quoque destinatum neci, verum liberis pariturum imperium:[m] progressique conjectu longius liberi quoque exitum denuntiavere, mitem atque innoxium præfantes fore, ut illud pecus, nec diuturnum tamen, subjectumque insidiis. 5. Interim Romæ, comperto Gordiani interitu, hortante Domitio, urbi præfectus, reliquique indices[n] vulgo cæduntur per præto-

Cap. xxvi. 1 *Summis potitus* pro *s. potitis* Ms. ap. Schott.—2 *Tanquam cate creatus* ante Schott. legebatur. Mox *qua imita* et *inita* alii.—3 Pro *inane* malit Arntz. *vane*; et mox Schott. malit *solitus ageret*.—4 *Verum liberis*.

NOTÆ

[f] *Quis biennium summis potitis*] Ex tabulis tamen patet annum unum rerum summa potitos Antoninos, cum Gordianus Imperator factus.

[g] *Apud Thydri*] In Africa propria. 'Thysdrum' vocat Capitol. 'Thystrum' Herodian. sed facile δ in τ.

[h] *Absens fit*] Nam eum, dum Thydri erat, Mauricius quidam juxta Tysdrum in agro suo concionabundus, Imperatorem proclamavit; quo facto, Tysdrum cum militibus petiit, ubi Gordianum invenit.

[i] *Quo ut accitus pervenit*] Atqui apud Tysdrum erat Gordianus cum Imperator factus est. Herodian. Capitolin. vide notam superiorem: sic infra, 'seditione excipitur.' Prorsus fide caret, et a ceteris omnino dissentit, qui Gordianum omnium quasi uno ore Imperatorem factum dicunt.

[k] *Seditione excipitur*] Vide notam superiorem.

[l] *Rem divinam solitis ageret*] Malim *solitus ageret*.

[m] *Verum liberis pariturum imperium*] Lego *libero*, vel *liberi*. Neque enim rectum esse potest, cum Gordianos tantum duos Victor agnoscat. Adde, quod addit mox, 'mitem atque innoxium præfantes fore:' liberum scilicet; *libero* autem numero singulari pro 'filio' jam alibi usus est.

[n] *Urbi præfectus, reliquique indices*]

rias cohortes. 6. Quippe Gordianus, postquam delatum sibi imperium cognovit, præmia amplum in modum [o] ostentans, Romam legatos ac literas destinaverat,[p] quibus, necato eo, frustratos se milites angebantur, genus hominum pecuniæ cupidius, fidumque ac bonum solo quæstu. 7. At senatus metuens, ne nullis rectoribus, specie captæ urbis, atrociora acciderent, primo potestatum vices,[q] mox conscriptis junioribus,[r] Clodium Pupienum,[s] Cæcilium[t] Balbinum Cæsares constituit.[u]

Vide Not. Delph.—5 Malit Harl. cum Sylburg. *judices* pro *indices.*—7 *Clodium Cupienum* Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. Malit etiam Schott. *Cœlium* pro *Cæcilium.*

NOTÆ

Præfectus Urbi Sabinus nomine. Indices vero vocat Victor, quos Herodianus et Capitolinus delatores et accusatores. Sed hic etiam Victor falsus est, qui ait eos cæsos fuisse, comperto Gordiani interitu, cum certum sit eos post Gordianum Imperatorem factum occisos. Herodian. Capitolin.

[o] *Præmia amplum in modum*] Capitolin. ' Sed vicit Gordianorum legatio, quæ bona omnia pollicebatur, ita ut eidem crederetur; et ingens militibus stipendium, populo agri atque congiaria promissa:' ex Herodian.

[p] *Destinaverat*] Id est, ' miserat.' Sic supra, ' Romam destinanda.'.

[q] *Potestatum vices*] Pro ' potestatum vicarios: ' id est, Cæsarum legatos intelligit. *Schott.* Sed certe eum hic locus fefellit: ait enim Victor, senatum imperii vices instituisse, duos Imperatores elegisse, metu tyrannidis. Et ita expresse Herodianus: *προστησαμένους ἑαυτῶν χειροτονηθέντας βασιλέας, οὓς ἠθέλησαν μερίσαι τὴν ἀρχὴν, ὡς μὴ πάλιν ἰοῦσα ἐξουσία εἰς τυραννίδα πάλιν ἐξοκείλῃ·* i. e. *Constitutis sibi regibus quos per vices imperiumadm inistrare voluerunt, ne summa potestas in tyrannidem desciscceret.*

[r] *Conscriptis junioribus*] Hæc ex istis Herodiani verbis intelligenda existimo: *ἥτε νεολαία πᾶσα ἠθροίζετο, ὅπλοις τε αὐτοσχεδίοις, καὶ τοῖς προστυχοῦσιν ὡπλίζετο·* *juniores omnes conscripti, et subitariis armis ac tumultuariis ornati.*

[s] *Clodium Pupienum* [*Cupienum*] Immo *Pupienum:* ut cap. sequent. Clodius Maximus Pupienus vocabatur. Vide Capitolin. et ibi viros illustrissimos Casaubonum et Salmasium.

[t] *Cæcilium*] Alii *Clodium* vocant: sed ubique *Cœlium* rescribendum, ut in vet. nummo: IMP. CAES. D. COELIVS. BALBINVS.

[u] *Cæsares constituit*] Immo Augustos, hoc est, Imperatores.

CAP. XXVII.

GORDIANUS NEPOS.

1. Iisdemque per Africam diebus milites Gordianum Gordiani filium,[a] qui forte contubernio patris prætextatus, ac deinceps præfectus prætorio [b] intererat, Augustum creavere: neque sane factum nobilitas aspernata. 2. Denique accito eo, inter implana Urbis atque ipso sinu prætoriæ manus acie deletæ [c] per gladiatorum familias, tironumque exercitum. 3. Dum hæc Romæ geruntur, Julii Maximini, quos forte ea tempestate Thracia [d] retinebat, acceptis, quæ evenerant, Italiam propere petunt. 4. Eos Pupienus Aquileiæ obsidione [e] confecit, postquam prælio victos reliqui paulatim deseruerant. 5. Horum imperio ad biennium [f] per hujusmodi moras annus quæsitus. 6. Neque

Cap. xxvii. 1 Ad verba *Gord. Gord.* vide Nott. Var.—4 *Aquilæ* pro *Aquileiæ* Schott. Gaesb. Delph. Pitisc.

NOTÆ

[a] *Gordianum Gordiani filium*] Gordianos duos hic tantum agnoscit, patrem et filium; Gordianumque tertium, Gordiano scilicet ex filia nepotem, prætermittit: vel potius Gordiani filium dicit, qui Gordiani nepos fuit; immemor scilicet Gordiani filium una cum patre in Africa fuisse occisum. Vide infra in Epitom.

[b] *Ac deinceps præfectus prætorio*] Falsum est Gordianum tertium præfectum prætorio fuisse, neque enim per ætatem poterat; et scriptores unde hæc Victor, sic tangit Capitolin. 'His accedit,' inquit, 'alia scriptorum imperitia qui præfectum prætorii fuisse Gordianum parvulum dicunt, ignorantibus multis collo sæpe vectum, ut militibus ostenderetur.' Immo et eum etiam, cum Cæsar factus est, impositum in humeros per mediam multitudinem milites ferebant, ostentantes plebi, ac nepotulum Gordiani dictitantes. Vide Herodian. lib. vii. paulo ante finem.

[c] *Denique accito eo, inter implana . . . acie deletæ*] De bello intestino hic loquitur Victor, quod post Gordianum Cæsarem factum, Romæ agitatum est, duobus Maximini militibus, qui audiendi curiosiores curiam ingressi dum senatus habebatur, ultra aram quoque Victoriæ penetraverant, a Gallicano senatore interemtis. Vide Herodian. lib. vii. in fine.

[d] *Thracia*] Immo Pannonia.

[e] *Aquileiæ* [*Aquilæ*] *obsidione*] Aquileia. Herodian. Capitolin. &c. Aquileia urbs supra Venetos.

[f] *Horum imperio ad biennium*] Ait imperio Maximinorum, cum biennium durasset, annum alterum accessisse per superiores tumultus, et moras: quod et sensit Eutrop. dum scripsit eos imperasse triennio et paucis diebus. Sed e fastis constat Maximinos

multo post tumultu militarium Clodio[g] Cæcilioque[h] Romæ intra palatium cæsis, Gordianus solus regnum obtinuit. 7. Eoque anno[i] lustri certamine, quod Nero Romam invexerat,[k] aucto firmatoque, in Persas profectus est; cum prius Jani ædes,[l] quas Marcus clauserat,[m] patentes more veterum fecisset. 8. Ibi gesto insigniter bello, Marci Philippi præfecti prætorio insidiis periit sexennio imperii.[n]

NOTÆ

Imperatores factos die 18. Martii A. U. 987. occisos mense Octobri A. U. 990. tumultus vero a die Maii 27. A. U. 988. usque ad eorundem Maximinorum mortem perseverasse: ita ut Maximinorum imperio, quod fuit anni unius, mensium duorum, dierum VII. per diversarum factionum tumultus, et moras, annus unus et menses fere quinque quæsiti sint.

[g] *Clodio*] C. Clodio Maximo Pupieno.

[h] *Cæcilioque*] Balbino. Quamvis Balbinum 'Cæcilium' vocatum nusquam inveni, sed 'Cælium:' nummus apud Onuphrium: jam supra.

[i] *Eoque anno*] A. U. C. 892. post C. 240.

[k] *Lustri certamine, quod Nero Romam invexerat*] Nero quartum consul anno Christi 60. quinquennale certamen instituit, quod triplex fuit, musicum, gymnicum, et equestre; quinto quoque anno peragebatur; a Gordiano autem firmatum, anno Christi 240. et tunc lustrum actum tricesimum septimum.

[l] *Cum prius Jani ædes*] Capitolin. in Gordiano tertio: 'Prætextato, et Attio coss. Gordianus, aperto Jano Gemino, quod signum erat indicti belli, profectus est contra Persas cum exercitu ingenti,' &c. De portis Jani quæ apertæ bellum, clausæ pacem significabant, apud Florum dictum est.

[m] *Quas Marcus clauserat*] Marcum Imperatorem clausisse, nullus, quod sciam, scriptor prodidit. Et mirum videtur, clausum hic dici ab eo principe, cujus temporibus vix ulla ab hostibus fuit quies, et qui etiam in expeditione obiit, bello cummaxime ardente.

[n] *Sexennio imperii*] Capitolin. 'Imperavit Gordianus annis sex.'

CAP. XXVIII.

PHILIPPI DUO, PATER ET FILIUS.

1. IGITUR Marcus Julius Philippus[a] Arabs, Thraconites,[b] sumto in consortium Philippo[c] filio,[d] rebus ad

NOTÆ

[a] *Marcus Julius Philippus*] Sumsit imperium A. U. 996. post C. N. 244.

[b] *Arabs, Thraconites*] Ex ea Arabiæ parte quæ Thraconitis dicitur, quæ in Palæstina.

[c] *Philippo*] Qui Caius Julius Satur-

Orientem compositis, conditoque apud Arabiam Philippopoli[e] oppido, Romam venere: exstructoque trans Tiberim lacu, quod eam partem aquæ penuria fatigabat, annum Urbis millesimum ludis omnium generum celebrant.[f] 2. Et quoniam nomen[g] admonuit, nostra quoque ætate post mille, centesimus,[h] consule Philippo, excessit, nullis, uti solet, solennibus frequentatus:[i] adeo in dies cura minima Romanæ urbis. 3. Quod equidem denuntiatum illo tempore prodigiis portentisque: ex quis unum memorare brevi libet. 4. Nam cum pontificum lege hostiæ mactarentur, suis utero maris fœminarum genitalia apparuere. 5. Id haruspices solutionem posterorum[k] portendere, vitiaque fore potiora, interpretati. 6. Quod frustratum iri æstimans

CAP. XXVIII. 2 *Centesimo consule* ante Schott. legebatur.—6 '*Meritorio* est

NOTÆ

ninus Philippus dicebatur; sed postquam patrii imperii particeps factus est, iisdem, quis pater, nominibus dici cœptus.

[d] *Sumto in consortium Philippo filio*] Zonaras: κοινωνὸν τῆς βασιλείας ἐποίησε, *participem imperii fecit.* Sed Zosimus eum tantum Cæsarem factum scribit: ὃν ἔτυχε τῇ τοῦ Καίσαρος ἀξίᾳ τιμήσας, *quem Cæsaris dignitate honestaverat.*

[e] *Philippopoli*] Ubi olim Bostra urbs in sacris literis notissima; Idumeæ caput.

[f] *Annum urbis millesimum ludis omnium generum celebrant*] Capitolin. in Gordiano tertio: 'Nam omnia hæc Philippus exhibuit, secularibus ludis, et muneribus, atque circensibus, cum millesimum ab Urbe condita annum in consulatu suo, et filii sui, celebravit.'

[g] *Nomen*] Philippi.

[h] *Nostra quoque ætate post mille, centesimus*] Ait sua ætate annum Urbis centesimum, post millesimum, actum; consule Philippo, qui Fl. Philippus dicebatur; collega Fl. Salleas.

[i] *Nullis, uti solet, solennibus frequentatus*] A. U. 1100. neglectos fuisse seculares ludos queritur Victor. Eorum ludorum inita ratione qui Philippis imperantibus acti sunt an. Urbis millesimo. Zosimus vero Constantino et Licinio tertium consulibus eos neglectos dicit, hoc est A. U. 1065. post C. N. 313. quo eos factos oportuit, inita scilicet ratione ludorum qui anno duodecimo Severi acti sunt, Fabio Cilone, Septimio II. et M. Annio Libone Coss. A. U. 956. post C. 204. Sed nulla apud Zosimum Philippi Imperatoris ludorum mentio, quos scilicet prætermisit, quod extra suum tempus acti fuere. Notabis interim existimasse Victorem ludos seculares centesimo quoque anno agi debuisse, quod falsum est: eorum enim spatium centum et decem annorum esse debuit, quod ex Zosimo facile probatur.

[k] *Solutionem posterorum*] Id est, dissolutionem, mores dissolutos et effœminatos. *Schott.*

Imperator Philippus, tum quia forte præteriens, filii similem pro meritorio[1] ephebum conspexerat, usum virilis scorti removendum honestissime consultavit. 7. Veruntamen manet: quippe conditione loci mutata, pejoribus flagitiis agitatur,[m] dum avidius periculosa, quibusque mortales prohibentur, petunt. 8. Huc accedit, quod longe aliud Etruscorum artes cecinerant, quæ, bonis parte plurima jacentibus,[n] mollissimum[o] quemque beatum fore asserebant. 9. Eos ego ignorasse verum plane puto: etenim quamvis rerum omnium prospero successu, pudore amisso tamen, fortunatus quis esse potest? cum, eodem retento, cetera tolerabilia sint. 10. His actis, filio Urbi relicto, ipse, quanquam debili per ætatem corpore, adversum Decium profectus, Veronæ cadit,[p] pulso amissoque exercitu. 11. Quis Romæ compertis, apud castra prætoria filius interficitur.[q] Annos potentiæ quinque[r] egere.

de conjectura Salmasii et Casauboni; quam Gruner. recepit pro vulgato *merito*. [quod Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. Arntz.]' *Harl.* Paulo ante '*frustratum*, puto dividendum in *frustra tum iri*, pro 'tum frustra iri;' cui alterum *tum quia* respondeat: nihil tamen pronuntio. Ita contra *pro-merito* in unam dictionem coalescere debere per ὑφὲν existimo, ut ea forma dicatur qua 'proconsule,' 'pro-prætore:' designetque puerum meritorium, ut conjicio; neque enim legere alibi memini. Eruditores velim de hoc loco arbitrentur.' *Schott.* *Filio similem* scribendum putat Harl.—7 *Agitur* pro *agitatur* Delph. —9 '*Pudore amisso, tamen fortunatus.* Distingue potius *pudore amisso tamen, fortunatus quis esse potest?* et interrogative efferatur quasi dicat nullus. De pudore auctor noster quædam sup. Nerone.' *Schott.*

NOTÆ

[1] *Pro meritorio* [*merito*] 'Pro meritorio:' i. e. 'pro meritoria taberna;' etsi neminem sic locutum reor.

[m] *Quippe conditione loci mutata, pejoribus flagitiis agitatur* [*agitur*] Al. *agitatur:* id est, quoniam prohibito publico dedecore, in privatas cupiditates homines convertuntur; quippe qui illicita magis poscant, prohibitaque furore persequuntur. Vide Lamprid. in Alexandro Severo.

[n] *Bonis parte plurima jacentibus*] Hoc est, virtutibus parte plurima prostratis.

[o] *Mollissimum*] Luxuriosissimum, delicatissimum.

[p] *Veronæ cadit*] In prælio contra Decium. Vide Zosim. lib. I.

[q] *Filius interficitur*] Contra, Zosimus filium cum patre in prælio cæsum dicit.

[r] *Annos potentiæ quinque*] Idem Eutrop. alii aiunt sex, quos sequor.

CAP. XXIX.

DECIUS.

1. Et Decius,[a] Syrmiensium vico [b] ortus, militiæ gradu [c] ad imperium conspiraverat, lætiorque hostium [d] nece, filium Etruscum [e] nomine, Cæsarem facit; statimque eo in Illyrios præmisso, Romæ aliquantum moratur mœnium gratia, quæ instituit, dedicandorum. 2. Et interea ad eum Jotapiani,[f] qui Alexandri tumens stirpe,[g] per Syriam tentans nova, militum arbitrio occubuerat, ora,[h] uti mos est, inopinato, feruntur,* simulque, per eos dies Lucio Prisco,[i] qui Macedonas præsidatu regebat, delata dominatio, Gothorum [k] concursu, postquam direptis Thraciæ plerisque illo [l] pervenerant. 3. Qua causa, Decio quam potuit maturrime Roma digresso, Julius Valens [m] cupientissimo vulgo imperium capit. Verum utrique mox cæsi, cum Priscum nobi-

* *Et interim ad eum subito affertur, ut mos est, caput Jotapiani, qui Alexandri genere superbiens, in Syria rebus novis studens, consensu militum occubuerat.*

Cap. xxix. 2 Verba *qui Alex. . . . occubuerat* in uncis includit Arntz. ' Non erat insigniendus locus asterisco * *ora, &c.* omnia quippe cohærent. *Ora*

NOTÆ

[a] *Decius*] A. U. 1002. post C. 250.

[b] *Syrmiensium vico*] Syrmienses, vel melius Sirmienses, in Pannonia, ubi Sirmium urbs.

[c] *Militiæ gradu*] Nam præfectus in Pannoniam contra Marinum missus. Zosim.

[d] *Hostium*] Philippum.

[e] *Etruscum*] In nummis et lapidibus: Q. HERENNIVS. ETRVSCVS. MESSIVS. DECIVS. AVG. DECII. AVG. F.

[f] *Jotapiani*] Hunc ' Papianum' vocam Zosim. corrupte, ut optime doctissimus Casaub. eumque non Decii, sed Philipporum tempore Imperatorem factum scribit.

[g] *Alexandri tumens stirpe*] Non dubium est, quin hic etiam Historiæ Scriptores Victor transcripserit, quorum hodie II. libri desiderantur; ubi de iis, qui post Gordianum tertium usque ad Valerianum imperium tenuere. Quare multa nobis vel ignota, vel dubia sunt.

[h] *Ora*] Id est, caput.

[i] *Lucio Prisco*] IMP. CAES. LVCIVS PRISCVS. AVG. in nummis: hunc Philippi Imperatoris fratrem fuisse puto, quem a Philippo fratre Syriacis exercitibus præfectum fuisse dicit Zosim.

[k] *Gothorum*] Qui antea Getæ dicti. Notus eorum situs.

[l] *Illo*] In Macedoniam.

[m] *Julius Valens*] De hoc neque apud Græcos, neque apud Latinos historicos quicquam reperias.

litas[n] hostem patriæ censuisset. 4. Decii barbaros trans Danubium persectantes Bruti fraude[o] cecidere, exacto regni biennio.[p] 5. Sed Deciorum mortem plerique illustrem ferunt: namque filium audacius congredientem cecidisse in acie; patrem autem, cum perculsi milites ad solandum Imperatorem multa præfarentur, strenue dixisse, Detrimentum unius militis parum videri sibi. Ita refecto bello cum impigre decertaret, interiisse pari modo.

enim pro ipso capite usurpat.' *Gruter.*—4 ' In nomine *Bruti* vel Victor vel librarii errarunt. Loco tamen illius Gruterus et Anna Fabri *in Abruto;* Arntzen. vero et Gruner, (quos consules) *Abruti*, quem locum in Mœsia situm Dexippus apud Georgium Syncellum p. 299. B. Venet. significat, legere malint.' *Harl.*—5 *Parvum vid.* pro *parum videri* cum Schotto reponendum putat Gruter.

NOTÆ

[n] *Nobilitas*] Id est, senatus. Jam alibi.

[o] *Bruti fraude*] Immo Galli, qui postea imperavit. Unde igitur hic nomen *Bruti?* dicam: scriptum fuerat *in Abruto fraude cecidere.* Abrutum vocat locum ubi Decii cecidere. Et ita Dexippus apud Georgium Monachum: *ἐπανιοῦσι δὲ Σκύθαις ἐπὶ τὰ σφέτερα, ὁ αὐτὸς Δέκιος ἐπιθέμενος, ἀναιρεῖται ἐν Ἀβρύτῳ τῷ λεγομένῳ φόρῳ Θεμαρανίῳ, σὺν τῷ παιδί·* id est, *Revertentibus autem Scythis in castra sua, ipse Decius incumbens, occiditur in Abruto dicto foro Themaranio, cum ipso filio.* Urbem Abrutum vel Abritum in Mœsia ponunt geographi: et juxta eam, locum quem vocant Foroterebronii. At Zosim. narrat Decium patrem ad ripam Tanaidis occubuisse, filium vero paulo post Galli Imperatoris fraude necatum.

[p] *Exacto regni biennio*] Cum biennio ipse et filius imperassent. Eutrop. sed falso. Nam ad summum regnarunt annum unum, menses quatuor. Quamvis res satis incerta.

CAP. XXX.

GALLUS ET HOSTILIANUS.

1. Hæc ubi Patres comperere, Gallo Hostilianoque[a] Augusta imperia,[b] Volusianum Gallo editum, Cæsarem[c]

NOTÆ

[a] *Gallo Hostilianoque*] Unum eundemque Eutrop. videtur facere: 'Mox Imperatores creati sunt Gallus Hostilianus, et Galli filius Volusianus.' Sed ut optime monuit Casaub. scripserat Eutrop. *Gallus, Hostilianusque:* nam diversi sunt. Ille, C. Vibius Trebonianus Gallus: hic Hostilianus Perpenna.

[b] *Augusta imperia*] Repete ' decer-

decernunt. 2. Dein pestilentia oritur;[d] qua atrocius sæviente, Hostilianus interiit,[e] Gallo Volusianoque favor quæsitus, quod anxie studioseque tenuissimi cujusque exequias curarent.

NOTÆ

nunt.' Factum A. U. 1004. post C. 252.

[c] *Cæsarem*] Immo *Augustum*. Zosim. et infra in Epitom.

[d] *Pestilentia oritur*] Zosim. *οὐχ ἧττον δὲ τοῦ πανταχόθεν ἐπιβρίσαντος πολέμου, καὶ ὁ λοιμὸς πόλεσί τε καὶ κώμαις ἐπιγενόμενος, εἴ τι λελειμμένον ἦν ἀνθρώπειον γένος διέφθειρεν, οὔπω πρότερον, ἐν τοῖς φθάσασι χρόνοις τοσαύτην ἀνθρώπων ἀπώλειαν ἐργασάμενος.* Id est, *Nihilominus vero bello ex omnibus partibus ingravescente, lues etiam, et in oppidis et in vicis subsecuta, quicquid erat humani generis reliquum absumsit: cum nunquam superioribus seculis tantam hominum stragem dedisset.*

[e] *Hostilianus interiit*] In Epitom. 'Nec multum post pestilentia consumtus est:' de Hostiliano.

CAP. XXXI.

ÆMILIUS ÆMILIANUS.

1. IGITUR his Romæ morantibus Æmilius Æmilianus[a] summam potestatem corruptis militibus[b] arripuit.[c] 2. Ad quem expugnandum profecti, Interamnæ ab suis[d] cæduntur, spe præmii majoris ab Æmilio, cui nullo labore seu detrimento victoria obveniebat: simul quia immodici per luxum lasciviamque, officia benevolentiæ corruperant. 3. His sane omnibus biennio profecit:[e] nam Æmilianus quo-

CAP. XXXI. 1 'Ego prius *Æmilius* crediderim vitium librarii, ex propria voce ortum; vel legendum *C. Julius Æmilianus;* sic enim appellatum volunt: et mox *Æmiliano*.' Arntz.—3 '*Biennio profecit*. An *biennium præfuit?* Sic

NOTÆ

[a] *Æmilius Æmilianus*] Julius Æmilius Æmilianus diversus ab illo Æmiliano qui sub Gallieno imperium invasit, et a Theodoto victus; de quo in Epitom.

[b] *Corruptis militibus*] Pannonicis, qui eum Imperatorem crearunt.

[c] *Arripuit*] A. U. 1005. post C. 253.

[d] *Interamnæ ab suis*] Eutrop. 'Interamnæ interfecti sunt non completo biennio.' Interamna autem hic, ea est quæ in Umbria ad fluvium Nar: nam alia est in via Latina. Alia item alibi.

[e] *His sane omnibus biennio profecit*] An *biennium præfuit?* Sic videtur. *Schott.*

que tres menses usus modesto imperio, morbo absumtus est:[f] cum proceres primo hostem, dein, extinctis superioribus, pro fortuna, ut solet,[g] Augustum appellavissent.

videtur. Deinceps *cum eum proceres.* Excusa editio *quatuor menses;* Noster *tres.*' Schott. 'Non male Schottus, sed melius Sylburgius, *biennium suffecit;* nisi nimium abiret a literis vocis vitiosæ.' *Gruter.* *Biennium* malunt Arntz. et Harl. In seqq. distinctio ante Schottum talis erat, *dein extinctis superioribus pro fortuna, uti solet.*

NOTÆ

[f] *Morbo absumtus est*] Zosim. a suis interemtum dicit. Vide Epitom.

[g] *Dein, extinctis superioribus, pro fortuna, ut solet*] Distingue, *Dein extinctis superioribus, pro fortuna, uti solet, Augustum, &c.* Primo senatus Æmilianum hostem judicaverat, verum postea interemtis superioribus, Gallo et Volusiano scilicet, pro fortuna, hoc est, secundum fortunam, fortunam secuti, eum Augustum appellavere.

CAP. XXXII.

LICINIUS VALERIANUS.

1. At milites, qui contracti undique apud Rhætias[h] ob instans bellum morabantur, Licinio Valeriano imperium deferunt.[a] 2. Qui quanquam genere satis claro,[b] tamen, uti mos tum etiam erat, militiam sequebatur.[c] 3. Ejus filium Gallienum senatus Cæsarem creat,[d] statimque Tiberis adulta æstate diluvii facie[e] inundavit. 4. Prudentes

Cap. XXXII. 1 Ante Schott. legebatur *qui contractu undique.* Mox 'Non illud celabo lectorem *Illicinio Valeriano* pro *Licinio* scriptum fuisse. Inf. rursus glossema, quia locum reddit inpeditum, stylo verso expungendum.' *Schott.*—2 '*Militiam.* Ad unum Valerianum pertinet; lege igitur meo periculo *sequebantur.* Deinde *adulta æstate* pro *ætate.*' Schott. *Æstate* malunt

NOTÆ

[h] *Apud Rhætias*] Alpes, ubi Valerianus. Eutrop. 'Hinc Licinius Valerianus in Rhætia et Norico agens, ab exercitu Imperator, et mox Augustus est factus.'

[a] *Deferunt*] A. U. 1006. post C. 254.

[b] *Genere satis claro*] Pollio, 'Valerianus Imperator nobilis genere, patre Valerio.'

[c] *Militiam sequebatur*] A Gallo trans Alpes missus ut ibi collectas copias in Italiam traduceret.

[d] *Cæsarem creat*] *Augustum.* Zosim.

[e] *Diluvii facie*] Hoc est, 'specie diluvii;' genus loquendi minus usitatum. Eo tamen usus Lampridius in Commodo 'per faciem lupanarium:' et Juvenal. 'facie majoris vivere census.'

perniciosum reipubl. cecinere, adolescentis fluxo ingenio,[f] quia Etruria accitus venerat, unde amnis[g] prædictus: quod equidem confestim evenit. 5. Nam cum ejus pater bellum per Mesopotamiam anceps diuturnumque instruit, Persarum regis, cui nomen Sapor erat, dolo circumventus,[h] fœde laniatus,[k] interiit, imperii anno sexto, ætate robustiore.[l]

etiam Sylburg. et Gruner.—5 *Nam dum* Arntz. *nam cum ejuspater* [*dolo erat circumventus*] Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. Vide Nott. Varr.

NOTÆ

[f] *Adolescentis fluxo ingenio*] Id est, ob adolescentis fluxum ingenium. 'Fluxum' vocat molle, voluptatibus deditum.

[g] *Unde amnis*] Qui et ideo Etruscus dictus.

[h] *Persarum regis . . . dolo circumventus*] Sapor a Valeriano petiit ut secum in colloquium veniret; Valerianus nulla prudentia cum paucis ad eum profectus, quasi de pace collocuturus, ab hostibus subito comprehenditur, et in hac fortuna apud Persas vivendi finem fecit: Zosim. Alii aliter.

[k] *Fœde laniatus*] Discoriatus, et sale conspersus.

[l] *Ætate robustiore*] Cum tamen major esset annis LXX.

CAP. XXXIII.

LICINIUS GALLIENUS CUM SALONINO.

1. Sub idem tempus Licinius Gallienus, cum a Gallia Germanos strenue arceret, in Illyricum properans descendit. 2. Ibi Ingebum,[a] quem curantem Pannonos, comperta Valeriani clade,[b] imperandi cupido incesserat, Mursiæ[c]

Cap. XXXIII. 2 *Pannonios* Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. sed *Pannonos* scriptum

NOTÆ

[a] *Ingebum*] Ingenuum vocant Trebellius Pollio, et Eutrop. in nummis INGENVS.

[b] *Comperta Valeriani clade*] Trebellius Pollio Ingenui rebellionem narrat Fusco (vel ut alii, *Tusco*) et Basso Coss. rebellavit ergo iste contra Valerianum, non contra Gallienum. Iis enim coss. vivebat Valerianus, et bellum Persicum parabat. Et vivente adhuc patre, contra eum profectus Gallienus. Consentit Eutrop. 'Nam juvenis,' inquit, 'in Gallia et Illyrico multa strenue fecit, occiso apud Mursiam Ingenuo et Trebelliano.'

[c] *Mursiæ*] In Pannonia inferiori.

devicit; moxque Regallianum,[d] qui receptis militibus, quos Mursina labes[e] reliquos fecerat, bellum duplicaverat. 3. His prospere, ac supra vota cedentibus, more hominum, secundis solutior, rem Romanam quasi naufragio dedit, cum Salonino filio,[f] cui honorem Cæsaris contulerat, adeo uti Thraciam Gothi[g] libere progressi, Macedonas Achæosque et Asiæ finitima occuparent: Mesopotamiam Parthi: Orienti latrones seu mulier[h] dominaretur: Alamannorum vis tunc æque[i] Italiam; Francorum gentes,[k] direpta Gallia, Hispaniam possiderent, vastato ac pæne direpto Tarraconensium oppido,[l] nactisque in tempore navigiis, pars in usque Africam permearet: et amissa trans Istrum, quæ

esse in vet. lib. testatur Schott. Mox ad verba *Regallianum*, vide Not. Delph. —8 '*Libere progressi.* Quid si *pergressi?* a qua voce ætas illa non abhorruit. In Ms. *Traccha* fere scribitur, aspiratione in secundam syllabam tralata.' *Schott.* Supra *ut in Thraciam* mavult Arntz. Præterea *Alemannorum vi, tunc æque* ante Schott. legebatur. *Alamannorum vis* conj. Sylburg. Vide Not. Delph. 'Sensui satisfacit conjectura Sylburgii, nisi paulum frigeat *tunc æque.* Fortasse nimium a ductu literarum abirem reponens, *Alemanni Rhætiam atque Italiam:* uti Orosius VII. 22. 'Germani Alpibus, Rhætia, totaque Italia penetrata.'' *Arntz.* Denique '*Persin usque.* Vetusta lectio; unde divisis dictionibus Cl. Puteanus et Nic. Faber *pars in usque Africam permearent:* illud tamen malo.'

NOTÆ

[d] *Regallianum*] Alii *Regillianum*, vel unico *l*, *Regilianum*. A, 'Regilius,' *Regilianus*. At *Regalianus*, a 'Regalis.' Hunc 'Trebellianum' vocat Entrop. corrupte ut puto.

[e] *Receptis militibus, quos Mursina labes*] Pollio: 'Imperator est factus auctoribus imperii Mœsis qui cum Ingenuo fuerant ante superati.'

[f] *Salonino filio*] Saloninus de matris nomine dictus, quæ Cornelia Salonina Pipa dicebatur: alii, quod apud Salonas natus.

[g] *Thraciam Gothi*] Pollio in Gallienis: 'Gothi et Clodius, de quo dictum est superius, occupatis Thraciis, Macedoniam vastarunt, Thessalonicam obsederunt, neque usquam quies mediocriter salutem ostentare visa est.'

[h] *Mulier*] Zenobia Odenati uxor.

[i] *Alamannorum vis* [vi] *tunc æque*] Olivarius legebat, *Alemannorum tunc equi Italiam, Francorum gentes, direpta Gallia, Hispaniam possiderent:* nam Alemanni equitatu tantum valent. Ego vero non incommode legi posse arbitror, *Alemanno rum vis tunc æque Italiam, Francorum gentes direpta Gallia, Hispaniam possiderent. Alemannorum vis*, pro 'Alemannis,' ut *vis Herculis* pro 'Hercule,' &c.

[k] *Francorum gentes*] Franci iidem olim qui Germani. Et 'Germanos' vocat Eutrop. quos hic 'Francos.' 'Alemanni, vastatis Galliis, in Italiam irruperunt; Germani usque in Hispaniam penetraverunt, et civitatem nobilem Tarraconem expugnaverunt.'

[l] *Tarraconensium oppido*] In ipso maris Mediterranei littore, fere e regione Balearium.

Trajanus[m] quæsierat. 4. Ita quasi ventis undique sævientibus, parvis maxima, ima summis orbe toto miscebantur. 5. Simulque Romam pestilentia grassabatur,[n] quæ sæpe curis gravioribus,[o] atque animi desperatione oritur. 6. Inter hæc ipse popinas ganeasque obiens, lenonum ac vinariorum[p] amicitiis hærebat, expositus Saloninæ conjugi, atque amori[q] flagitioso filiæ Attali Germanorum regis,[r] Pipæ nomine: 7. qua causa etiam civiles motus longe atrociores orti. 8. Namque primus omnium Postumus,[s] qui forte barbaris per Galliam præsidebat,[t] imperium ereptum ierat; explosaque[u] Germanorum multitudine, L. Æliani bello excipitur: quo non minus feliciter fuso, suorum

Schott.—5 '*Grassabatur.* Insolens structuræ genus; communis loquendi mos postulat vel *Romæ pestilentia grassabatur*, vel *Romam pestilentia populabatur*, seu *vastabat*.' Sylburg.—6 *Lenonum ac vinariorum.* Conj. Schottus *lenonum ac mimorum*, improb. Anna. 'Nec placere potest illud Lindenbrogii, qui apud Jungerm. ad Polluc. Onom. lib. VII. segm. 193. legendum censet *Ninnariorum*; de quo Isidor. in glossis: 'Ninnarius, cujus uxor mœchatur et tacet:' sed ad stabiliendam veram lectionem, vide ibi, et apud Torrent. ad Sueton. Claud. c. 40.' *Arntz.* Mox ad verba *Saloninæ*, *&c.* vide Not. Delph. et

NOTÆ

[m] *Amissa trans Istrum, quæ Trajanus*] 'Dacia, quæ a Trajano ultra Danubium fuerat adjecta, amissa est.' Eutrop.

[n] *Pestilentia grassabatur*] Pollio in Gallienis: 'Nam et pestilentia tanta extiterat vel Romæ, vel in Achaicis urbibus, ut uno die quinque millia hominum pari morbo perirent.'

[o] *Quæ sæpe curis gravioribus*] Hoc est, quæ sæpe oritur, quasi malorum cumulus. Dum curæ graviores incumbunt, animique ad desperationem redacti sunt.

[p] *Lenonum ac vinariorum*] Schottus *Lenonum ac mimorum*: male; nam 'lenones et vinarios' conjungit Victor, ut Pollio, *vinum et stupra*: 'Dies ac noctes vino ac stupris perdidit orbem terrarum.'

[q] *Saloninæ conjugi, atque amori, &c.*] Hic diversam videtur facere Saloninam, a Pipa, Germanorum regis filia, quæ tamen una et eadem est: ut infra Epitom. et Pollio. Quare hic legendum est, ut optime Salmas. *Saloninæ conjugis atque concubinæ amori flagitioque, &c.* Et ita plane legerat Epitomista. Eam conjugem et concubinam vocat Victor, quia pro uxore quidem habita; sed non creditæ sunt nuptiæ, quas civis Rom. cum peregrina contraxisset.

[r] *Germanorum regis*] Epitom. 'Marcomannorum regis.' Pollio, 'Barbari regis filiam.'

[s] *Postumus*] In nummis, C. CASSIVS POSTHVMIVS. LABIENVS. Zosimo *Ποστοῦμος*.

[t] *Barbaris per Galliam præsidebat*] Zosim. Ποστοῦμος ἀρχὴν ἐν Κελτοῖς τῶν, *στρατιωτῶν ἐμπεπιστευμένος*· id est, *Postumus, cui imperium militare apud Celtas creditum fuerat.*

[u] *Explosaque*] Id est, 'discussa,' 'fugata.'

tumultu periit, quod flagitantibus[x] Maguntiacorum[y] direptiones, quia L. Ælianum juverant, abnuisset. 9. Igitur eo occiso, Marius ferri quondam opifex,[z] neque etiam tum militiæ satis clarus, regnum capit. 10. Proinde cuncta ad extremum reciderant, ut talibus imperia ac virtutum omnium decus ludibrio essent. 11. Hinc denique jlocalariter dictum, nequaquam mirum videri, si rem Romanam Marius reficere contenderet, quam Marius,[a] ejusdem artis auctor, stirpisque ac nominis, solidavisset. 12. Hoc jugulato post biduum, Victorinus[b] deligitur, belli scientia Postumo par, verum libidine præcipiti; qua cohibita in exordio, post biennii imperium, constupratis vi plerisque, ubi Attitiani conjugem concupivit, facinusque ab ea viro patefactum est; accensis furtim militibus per seditionem Agrippinæ[c] occiditur. 13. Tantum actuariorum,[d] quorum loco Attitianus habebatur, in exercitu factiones vigent, ut arduum petentibus malitia patraretur:[e] genus hominum, præsertim hac tempestate, nequam, venale, callidum, seditiosum, habendi cupidum, atque ad patrandas fraudes velandasque quasi ab natura factum; annonæ dominans, eo-

Varr.—8 *Lolliani* pro *L. Alliani* Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. et mox eæd. *Lollianum*. ‘*L. Æliani* reddidi cum Arntz. ad h. l. et Verheykio ad Eutrop. IX. 9. p. 485. *Læliani* Gruner. qui quidem in Eutropio sic quoque legere maluit, nec tamen mutare ausus est.’ *Harl.* *Leliani belli* est, teste Schott. in vet. exemplo. Tum *Maguntiacorum* ante Schott. legebatur.—12 *Actitiani*

NOTÆ

[x] *Quod flagitantibus*] Eutrop. ‘Seditione militum interfectus est, quod Moguntiacum, quæ adversum eum rebellaverat, Lolliano res novas moliente, diripiendam militibus tradere noluisset.’

[y] *Maguntiacorum*] ‘Maguntiacum,’ vel ut alii, ‘Moguntiacum,’ Germaniæ urbs ad Rhenum. *Maience.*

[z] *Marius ferri quondam opifex*] ‘Marius ex fabro, ut dicitur, ferrario triduo tantum imperavit.’ Pollio.

[a] *Marius*] C. Marius pater, de quo supra in Viris Illustribus. Sed incertum, opifexne ferrarius fuerit. Ejus origo etiam incerta.

[b] *Victorinus*] Hunc tamen ante Marium collocat Pollio. Nostrum sequitur Eutrop.

[c] *Agrippinæ*] Quæ urbs Ubiorum ad Rhenum; hodie *Cologne.*

[d] *Actuariorum*] ‘Actuarii,’ scribæ publici, notarii; inde dicti, quod acta notis exciperent.

[e] *Ut arduum petentibus malitia patraretur*] Id est, ut cædes illa Victorini ab iis qui arduum petebant, perficeretur: ut ostendat quantum urgeret actuariorum factio, qui tales satellites haberent.

que utilia curantibus, et fortunis aratorum infestum; prudens in tempore his largiendi, quorum vecordia damnoque opes contraxerit. 14. Interim Victoria,[f] amisso Victorino filio, legionibus grandi pecunia comprobantibus, Tetricum Imperatorem facit, qui familia nobili, præsidatu Aquitanos tuebatur; filioque ejus Tetrico Cæsarea insignia impartiuntur. 15. At Romæ Gallienus pacata omnia, ignaris publici mali, improbe suadebat, crebro etiam, uti rebus ex voluntate gestis solet, ludos ac festa triumphorum,[g] quo promtius simulata confirmarentur, exercens. 16. Sed postquam periculum propinquabat, tandem Urbe egreditur. 17. Namque Aureolus, cum per Rhætias legionibus præesset,[h] excitus, uti mos est, socordia tam ignavi ducis, sumto imperio, Romam contendebat. 18. Eum Gallienus apud pontem, cui ex eo[i] Aureoli[k] nomen est, fusum acie

conjugem ante Schott. legebatur.—13 'Pro *utilia curantibus* Valesius ad Ammian. Marcell. lib. xx. cap. 5. legebat *vilia curant:* quæ certe lectio ab hoc loco est alienissima; tum enim non adeo in vitio poneretur, si actuarii eos, qui vilia tractarent et nugacia, persequerentur: nec verba cohærent. Ipse tentabam *altilia;* ut intelligerentur, quibus animalium et ceterorum alimentorum in exercitu cura esset commissa: Du Cange in Gloss. Med. Lat. hac voce. Sed meliora me docuit Gronovius de Pecun. Vet. lib. II. c. 7. 'utilia' et 'utensilia' notare alimenta et cibos militum: adi ipsum, nec de veritate dubitabis.' *Arntz.*—15 Legendum videtur Schott. *persuadebat* pro *suadebat*, improb. Arntz.—18 'Pro *Aureoli nomen*, librarius male *Aurelii pontem* scripserat; qui ab auctore 'Aureolus' est dictus etiam in breviario hacte-

NOTÆ

[f] *Interim Victoria*] Pollio in Tetrico: 'Interfecto Victorino et ejus filio, mater ejus Victoria, sive Victorina, Tetricum senatorem pop. Rom. præsidatum in Gallia regentem ad imperium hortata, quod ejus erat, ut plerique loquuntur, affinis, Augustum appellari fecit, filiumque ejus Cæsarem nuncupavit.'

[g] *Ludos ac festa triumphorum*] Pollio in Gallienis: 'Ludos circenses, ludosque scenicos, ludos gymnicos, ludicram etiam venationem, et ludos gladiatorios dedit: populumque, quasi victorialibus diebus, ad festivitatem ac plausum vocavit.'

[h] *Per Rhætias legionibus præesset*] Illyricianos exercitus rexisse ait Pollio.

[i] *Eum Gallienus apud pontem, cui ex eo*] Pollio, occisum eo loci Aureolum non a Gallieno, sed a Claudio. 'Hunc eundem,' inquit, 'Aureolum Claudius, interfecto jam Gallieno, apud eum pontem interemit, qui nunc pons Aureoli nuncupatur.' Zosim. interfectum ait a Claudii militibus, postquam se Claudio dedisset: quam sententiam videtur sequi Epitom.

[k] *Aureoli*] Pons Aureoli vel Aureolus in agro Mediolanensi; nunc vulgo *Pontirolo*.

Mediolanum coëgit. 19. Quam urbem dum machinationibus omnis generis oppugnat, ab suis interiit. 20. Quippe Aureolus, ubi solvendi obsidii spem inanem videt, ducum Gallieni tribunorumque nomina, quasi destinata ab eo ad necem, astu composuit,[l] literasque e muro, quam occultissime potuit, abjecit; quæ forte a memoratis[m] repertæ, metum suspicionemque injecere mandati exitii, verum eas effluxisse incuria ministrorum. 21. Qua causa Aureliani consilio,[n] cujus gratia in exercitu atque honor præstabant, simulata proruptione hostium,[o] nullis, uti re trepida ac repentina solet, tectum stipatoribus, tabernaculo educunt nocte intemperata,[p] teloque trajicitur, cujusnam, per tenebras incertum. 22. Ita auctoris necis errore,[q] an quia bono publico acciderat, inulta cædes fuit. 23. Quanquam eo prolapsi mores sunt, uti suo, quam reip. magisque potentiæ, quam gloriæ studio plures agant. 24. Hinc quoque rerum vis ac nominum corrupta; cum plerumque[r]

nus edito: et *Mediolanum cogit* malim, quam *coëgit.*' Schott.—21 *Quo casu* pro *qua causa* mavult Schott. Tum ad verba *Aureliani*, vide Not. Delph. *Atque honore* Schott. Gaesb. Delph. Pitisc.—22 '*Auctoris necis nec rore an quia.* Si divinare liceat, credo Victorem exarasse *auctoris necis ne errore an quia:* quanquam *ne* abesse potest, quod Tacito familiare esse norunt, qui in eo auctore non admodum hospites sunt. Olivarius sic concinnabat: *auctoris necis errore ne an quia:* ideo Gallieni inulta cædes fuit, aut quia auctor ejus ignorabatur, aut quia bono publico acciderat.' *Schott.* prob. Gruter. *Necisne*

NOTÆ

[l] *Astu composuit*] Nihil tale neque Zosim. neque Pollio.

[m] *A memoratis*] Ducibus et tribunis.

[n] *Aureliani consilio*] Certe hic *Aureliani* locum habere non potest, et ex Zosim. et Pollione legendum *Heracliani consilio;* hic erat præfectus prætorio.

[o] *Simulata proruptione hostium*] Aureolum cum copiis omnibus adesse simulantes, metum injecerunt; quare arma amens capit, equum insilit, et signo dato militibus ut se sequerentur, interim solus adequitat; itaque eum dux turmæ nudum conspicatus, interficit. Vide Zosim.

[p] *Nocte intemperata*] Nescio an nox intempesta 'nox intemperata' recte dicatur. Non alibi, opinor, invenies.

[q] *Necis* [*necisne*] *errore*] Ait cædem auctoris inultam fuisse; incertum propterne errorem necis (id est, quod ejus auctor ignorabatur) an quia bono publico acciderat.

[r] *Cum* [*dum*] *plerumque*] Ait vim rerum ac nomina corrupta; nam sæpissime qui flagitio potior est, si armis superior sit, tyrannidem amotam vocat 'damno publico oppressos:' hoc est, quos damno publico oppressit, per se tyrannos amotos dicit.

potior flagitio, ubi armis superaverit, tyrannidem amotam vocaverit, damno publico oppressos. 25. Quinetiam aliquanti pari libidine in cœlestium numerum referuntur, ægre exequiis digni. 26. Quis ni fides rerum gestarum obstitisset, quæ neque honestos præmiis memoriæ frustrari sinit, neque improbis æternam illustremque famam procedere; nequicquam peteretur virtus, cum verum illud atque unicum decus pessimo cuique gratia tribueretur, demtum impie bonis. 27. Denique Gallienum subacti a Claudio Patres, quod ejus arbitrio imperium cepisset, Divum dixere. 28. Nam cum profluvio sanguinis, vulnere tam gravi, mortem sibi adesse intelligeret, insignia imperii ad Claudium [s] destinaverat, honore tribunatus [t] Ticini retinentem præsidiariam manum. 29. Quod sane extortum: [u] cum neque Gallieni flagitia, dum urbes erunt, occultari queant; et quisque pessimus erit, par similisque semper ipsi habebitur. 30. Adeo principes atque optimi mortalium,[x] vitæ decore, quam quæsitis [y] nominibus, atque compositis, quantum conjiciatur,[z] cœlum adeunt, seu fama hominum Dei celebrantur modo. 31. At senatus, comperto tali exitio, satellites propinquosque,[a] per scalas Gemonias præceps agendos

Schott. Gaesb. Delph. Pitisc.—24 *Dum plerumque* eæd.—26 *Ne cuiquam* pro *nequicquam* omnes al. edd. præter Bip. 'Liquet jurare *nequicquam* scribendum pro 'frustra:' quomodo antiqui libri plerumque præferunt, quamvis in Ms. *ne cuiquam* divisim calamo exararint: quod defendit Olivarius, pro 'nullo' vel 'a nullo.' Quid si *ne cuiquam:* pro 'certe ab aliquo peteretur virtus?' q. d. minime. Egregia vero laus historiæ, cujus veritate a maleficiis sæpe deterreantur improbi.' *Schott.*—29 Vidit Schottus qui legendum censebant *dum urbs erit;* ut de Roma duntaxat intelligatur.—30 *Conjicitur* pro

NOTÆ

[s] *Insignia imperii ad Claudium*] Contra, Zosimus et Pollio a militibus electum Claudium, et a senatu postea comprobatum.

[t] *Honore tribunatus*] Id est, qui tribunus Ticini præsidium retinebat. Ticinum urbs in Gallia Transpadana, in agro Mediolanensi, ubi Insubres.

[u] *Quod sane extortum*] Divini honores extorti, non sponte delati. Supra, 'Subacti a Claudio patres,' &c.

[x] *Optimi mortalium*] Sic vocat nobilissimos quosque.

[y] *Quam quæsitis*] Subintelligitur, 'potius.'

[z] *Quantum conjiciatur*] Malim *conjicitur;* ut et Schottus.

[a] *Satellites propinquosque*] Gallieni scilicet.

decrevit, patronoque fisci in curiam perduci[b] effossos oculos pependisse satis constat; cum irruens vulgus, pari clamore, Terram matrem, Deosque inferos[c] precaretur, sedes impias[d] uti Gallieno darent. 32. Ac nisi Claudius confestim recepta Mediolani urbe, tanquam postulato exercitus[e] parcendum, qui forte eorum[f] supererant, præcepisset; nobilitas plebesque atrocius grassarentur.[g] 33. Et Patres quidem præter commune Romani malum orbis, stimulabat proprii ordinis contumelia. 34. Quia primus ipse, metu socordiæ suæ, ne imperium ad optimos nobilium transferretur, senatum militia vetuit; etiam adire exercitum. 35. Huic novem annorum potentia fuit.[h]

conjiciatur malit Schott.—31 *Perducto* pro *perduci* conjecerat Olivarius, idque placuit Arntzenio et Grunero.

NOTÆ

[b] *Patronoque fisci in curiam perduci*] Lege, ut optime Schott. *In curiam perducto.* Vel, ut ego putabam, *patronique fisci in curiam perducti, effossos oculos pependisse, &c.* patroni oculi effossi pependerunt, hoc est, pœnas luerunt. Neque vitiosum est illud *pependisse*, ut putavit doctissimus Gruter. de patronis, sive advocatis fisci, alibi dictum.

[c] *Terram matrem, Deosque inferos*] Sic enim ex formula in diris illis: 'Terra mater, vosque Dii inferi,' &c.

[d] *Sedes impias*] Id est, ubi impii 'inclusi pœnam expectant:' ex Virgilio Æneid. lib. VI. notæ illæ sedes.

[e] *Tanquam postulato exercitus*] Id est, tanquam exercitus postulasset.

[f] *Parcendum, qui forte eorum*] Supple 'iis:' 'parcendum iis qui forte,' &c.

[g] *Grassarentur*] Pro 'grassatæ fuissent.'

[h] *Huic novem annorum potentia fuit*] Post mortem patris Valeriani scilicet: nam cum patre regnavit annis VI. solus vero IX. Unde a quibusdam dicitur imperasse annis XV. vide Pollionem in fine.

CAP. XXXIV.

CLAUDIUS.

1. SED Claudii[a] imperium milites, quos fere contra ingenium perditæ res subigunt recta consulere, ubi afflicta

CAP. XXXIV. 1 '*Perditæ res subjungunt.* Non assequor, nec concoquere hoc possum. Reposui parva facta immutatione *subigunt*, vocem Plautinam:

omnia perspexere, avide approbant, extolluntque, viri[b] laborum patientis, æquique ac prorsus dediti reipublicæ: 2. quippe ut longo intervallo[c] Deciorum morem[d] renovaverit.[e] 3. Nam cum pellere Gothos cuperet, quos diuturnitas nimis validos, ac prope incolas effecerat, proditum ex libris Sibyllinis est, primum ordinis amplissimi[f] victoriæ vovendum. 4. Cumque is,[g] qui esse videbatur, semet obtulisset, sibi potius id muneris competere ostendit,[h] qui revera senatus, atque omnium princeps erat. 5. Ita nullo exercitus detrimento fusi barbari summotique, postquam Imperator vitam reipublicæ dono dedit. 6. Adeo bonis salus civium ac longa sui memoria cariora sunt; quæ non gloriæ modo, verum etiam ratione quadam posterorum felicitati proficiunt. 7. Hoc siquidem Constantius et Constantinus, atque Imperatores nostri * * * corporisque[i] ac-

et mox *patientis*, generandi casu, quamvis accusandi scriptus liber, pertinetque ad *τὸ Claudii*.' Schott.—6 *Prospiciunt* pro *proficiunt* in fine conj. Arntz. —7 '*Nostri* * * * *corporisque*. Asteriscos posui; locus enim deploratus, quem sine alterius Ms. ope in integrum restitui posse despero. Ab ingenio lacunam explere nolui: periculosa enim divinatio. Desunt certe versus aliquot de initio imperii Aureliani, et forte etiam de Quinctilio Claudii fratre paucis a regno diebus interemto.' *Schott.*

NOTÆ

[a] *Claudii*] A. U. 1020. post C. 268.

[b] *Viri*] Refer ad 'Claudii,' quod priori versu legitur.

[c] *Longo intervallo*] A P. Decio Mure qui se bello Latino devovit, usque ad Claudii tempora, anni sunt circiter DC.

[d] *Deciorum morem*] Se pro patria devovendi; qui mos Deciis solennis fuit.

[e] *Quippe ut longo intervallo Deciorum morem renovaverit*] Falsum est Claudium se pro salute patriæ devovendo, Deciorum morem renovavisse, ut produnt multi; nam pestilentia mortuus Claudius. Pollio: 'Finito bello Gothico, gravissimus morbus increbuit, tunc cum etiam Claudius affectus morbo mortales reliquit, et familiare virtutibus suis petiit cœlum.' Et Zosim. *ἀψαμένου δὲ τοῦ λοιμοῦ καὶ Ῥωμαίων, ἀπέθανον μὲν πολλοὶ τοῦ στρατεύματος, τελευτᾷ δὲ καὶ Κλαύδιος*· id est, *cum vero apud Romanos pestis sæviret, cum alii complures in exercitu mortui sunt, tum etiam Claudius vivendi finem fecit.*

[f] *Ordinis amplissimi*] Id est, senatus: jam alibi.

[g] *Cumque is*] Pomponius Bassus. Vide in Epitom. 'Pomponio Basso qui tunc erat se offerente.'

[h] *Ostendit*] Claudius.

[i] *Hoc siquidem Constantius et Constantinus atque Imperatores nostri* * * * *corporisque, &c.*] Locus deploratus; nam multa desunt. In iis egerat Victor de initio Imperii Aureliani: id quod facile probabis ex initio se-

ceptior militibus, præmiorum spe, seu lasciviæ. 8. Quo ægra asperiorque victoria fuit, dum, uti mos subditis erat, studio impune peccandi, remissa imperia [k] promtius quam utilia defendunt.

NOTÆ

quentis capitis: 'Ceterum Aurelianus successu tanto vehementior,' quæ necessario ad ea, quæ hic dicta sunt, referenda.

[k] *Remissa imperia*] *Remissa* vocat imperia minus severa, ubi omnia omnibus permissa sunt, et impune peccatur.

CAP. XXXV.

AURELIANUS.

1. CETERUM Aurelianus [a] successu tanto vehementior, confestim quasi belli reliquiæ superessent, in Persas progressus est. 2. Quis deletis, Italiam repetivit, cujus urbes Alamannorum vexationibus [b] affligebantur. 3. Simul Germanis Gallia demotis, Tetrici, de quo supra commemoravimus, cæsæ legiones, proditore ipso duce.[c] 4. Nam Tetricus, cum Faustini præsidis dolo corruptis militibus plerumque peteretur, Aureliani per literas præsidium imploraverat, eique adventanti, producta ad speciem acie, inter pugnam se dedit. 5. Ita, uti rectore nullo solet, turbati ordines oppressi sunt: ipse post celsum biennii imperii [d] in triumphum ductus, Lucaniæ correcturam, filioque

CAP. XXXV. 3 *Proditore* ex emendatione Schotti, loco corrupti *prodito*.—5 Cum in plerisque legeretur *post Celsum bien. imperii*, conjicit Schottus, non intellecto τῷ *Celsum*, (nomen nempe aut adjectivum,) *Ipse post celsum bien.*

NOTÆ

[a] *Aurelianus*] Imperium suscepit A. U. 1022. post C. 270.

[b] *Cujus urbes Alamannorum vexationibus*] Vide Zosimum, qui hoc, antequam in Persas Imperator progrederetur, factum dicit.

[c] *Proditore ipso duce*] 'Ipso Tetrico exercitum suum prodente, quod ejus scelera ferre non posset.' Vopiscus in Aureliano. Pollio in Tetrico seniore: 'Quod militum suorum impudentiam et procacitatem ferre non posset.' Sed verior Vopisc.

[d] *Ipse post celsum* [*Celsum*] *biennii imperii*] Quis hic Celsus sit, quæro: nec me fugit de triginta tyrannis Celsum vicesimum octavum a Pollione

veniam[e] atque honorem senatorum cooptavit. 6. Neque secus intra Urbem monetæ opifices deleti; qui cum auctore Felicissimo rationali[f] nummariam notam corrosissent,[g] pœnæ metu bellum fecerant, usque eo grave, uti per Cœlium montem congressi, septem fere millia bellatorum confecerint.[h] 7. His tot tantisque prospere gestis, fanum Romæ Soli magnificum[i] constituit, donariis ornans opulentis: ac ne unquam, quæ per Gallienum evenerant,[k] acciderent, muris Urbem quam validissimis laxiore ambitu[l] circumsepsit: simulque usus porcinæ carnis, quo plebi Romanæ affatim cederet, prudenter munificeque prospectavit,[m] deletæque fiscales et quadruplatorum, quæ Urbem

NOTÆ

collocari: atqui in Africa, non ut Tetricus in Gallia, imperium invasit, imperavitque septem tantum diebus, non biennio. Quare in mentem venit legendum, *post Celsum biennii Imperium:* id est, 'post summam potestatem:' quæ familiaris ejus ætatis formula est. Tetricus enim senior in Gallia imperium occupaverat, tenuitque per annos duos infra in Epitom. *Schott.*

[e] *Lucaniæ correcturam, filioque veniam*] Vopiscus in Aureliano: 'Tetricum triumphatum correctorem Lucaniæ fecit, filio ejus in senatu manente.' At Pollio in Tetrico ait totius Italiæ correctorem factum: quod falsum est. Correctores autem dicuntur quibus pars aliqua provinciæ regenda tradita est.

[f] *Rationali*] Quis sit 'rationalis,' nemo melius explicaverit quam Aurelianus ipse in epistola quæ legitur apud Vopiscum, ubi de illo Felicissimo loquens ait, 'Cui procurationem fisci mandaveram.' Ergo 'procurator fisci,' et 'rationalis' idem est.

[g] *Nummariam notam corrosissent*] Hoc est, nummos corrosissent, ut ponderis quantitatem minuerent.

[h] *Septem fere millia bellatorum confecerint*] Vopiscus in Aureliano: 'Fuit sub Aureliano etiam Monetariorum bellum, Felicissimo rationali auctore: quod acerrime severissimeque compescuit, septem tamen millibus suorum interemtis.' Vide et ipsius Aureliani epistolam, quæ ibidem posita est.

[i] *Fanum Romæ Soli magnificum*] Vopiscus: 'Templum Solis magnificentissimum constituit.'

[k] *Quæ per Gallienum evenerant*] Vopiscus: 'Cum videret posse fieri, ut aliquid tale iterum, quale sub Gallieno evenerat, proveniret, adhibito consilio senatus, muros Urbis Romæ dilatavit.' Timebat autem barbarorum in Italiam irruptionem.

[l] *Laxiore ambitu*] Vopisc. 'Muros Urbis Romæ sic ampliavit, ut quinquaginta prope millia murorum ejus ambitus teneant.'

[m] *Prudenter munificeque prospectavit*] Vopiscus apertius: 'Idem Aurelianus et porcinam carnem populo Romano distribuit, quæ hodieque dividitur.' Fuit tum institutus præfectus dividendæ porcinæ, cujus meminit Zosim. lib. II. Λουκιανὸς τοῦ χοιρείου κρέως ἦν χορηγός. *Lucianus porcinæ carnis præbitor fuit.*

miserabiliter affecerant, calumniæ,[n] consumtis igni tabulis, monumentisque hujusmodi negotiorum; atque ad Græciæ morem decreta abolitione,[o] inter quæ avaritiæ peculatum, provinciarum prædatores,[p] contra morem militarium,[q] quorum e numero erat, immane quantum insectabatur.[r] 8. Qua causa ministri scelere,[s] cui secretorum officium crediderat, circumventus, apud Cænofrurium[t] interiit: cum ille prædæ conscientia delictique, scripta callide composita[u] tribunis, quasi per gratiam, prodidisset, quibus interfici jubebantur: illique eo metu accensi facinus patravere. 9. Interea milites, omisso[x] principe, legatos statim Romam

imperium.—7 *Ad gratiæ morem* pro *ad Græciæ morem* ante Schott. legebatur. Tum in fine, *spectabatur* pro *insectabatur* (quod ex conjectura Schotti) habent. Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. *Suspectabatur*, aut alteram Schotti conjecturam *sectabatur*, malunt Gruter. et Sylburg.—8 Pro *ministri* Olivarius *Mnesthei* legendum censebat. Tum '*pœnæ conscientia* suspicabatur Gruner. Propius vero ad literarum vestigia accedit correctio Klotzii in Miscell. Crit. pag. 39. *pretii* vel *præmii;* quod utrumque vocab. sæpe idem est ac 'pœna;' ut ille docte probat. Conf. Vopisc. in Aurel. cap. 36.' *Harl.*

NOTÆ

[n] *Deletæque fiscales et quadruplatorum ... calumniæ*] Vopiscus, quem hic transcribit: 'Item quadruplatores, ac delatores ingenti severitate persecutus est: tabulas publicas ad privatorum securitatem exuri in foro Trajano semel jussit.' Quadruplatores autem dicebantur accusatores, sive delatores criminum publicorum; quod ex eorum bonis quos accusaverant, quartam partem consequebantur.

[o] *Atque ad Græciæ morem decreta abolitione*] Amnestiam intellige, quæ Græcorum, Atheniensium inventum. Vopiscus: 'Amnestia etiam sub eo delictorum publicorum decreta est, de exemplo Atheniensium.'

[p] *Avaritiæ peculatum, provinciarum prædatores*] Vopisc. 'Fures provinciales, repetundarum ac peculatus reos, ultra militarem modum est persecutus, ut eos ingentibus suppliciis cruciatibusque puniret.'

[q] *Militarium*] Pro 'militum;' non semel: ut et alii scriptores ejusdem sæculi.

[r] *Immane quantum insectabatur* [*spectabatur*] Lege *sectabatur*, vel *insectabatur:* ut optime Schottus.

[s] *Ministri scelere*] Notarii sui: notarii secretorum; Vopiscus, qui et Mnestheum vocat. Unde Olivarius pro *Ministri scelere* legebat *Mnesthei scelere:* quod non necesse. Hunc 'Erotem' nominat Zosim.

[t] *Cænofrurium*] 'Inter Heracliam et Byzantium.' Epitom. Καινὸν φρούριον. Vel unica voce Καινοφρούριον: id est, *novum castellum;* munitissimum hoc castellum scribit Polyb. et in eo gazam suam Mithridatem habuisse.

[u] *Scripta callide composita*] 'Breve nominum, mixtis iis quibus Aurelianus vere irascebatur, cum iis de quibus nihil asperum cogitabat.' Vopisc. quem vide.

[x] *Omisso*] Pro 'amisso:' jam alibi.

destinant, uti suopte arbitratu Patres[y] Imperatorem deligerent. 10. Quibus hoc ipsorum potissimum convenire munus respondentibus, rursum legiones ad eos rejiciunt. 11. Ita utrimque pudore ac modestia decertabatur, rara in hominibus virtute, rebus præsertim hujusmodi, ac prope ignota militibus. 12. Tantum ille vir severitate atque incorruptis artibus potuit, ut ejus necis auctoribus[z] exitio, pravis metui, simulata dubiis,[a] optimo cuique desiderio, nemini insolentiæ aut ostentationi esset. Atque etiam soli, quasi Romulo,[b] interregni species obvenit, longe vero glo-

—9 In fine *diligerent* malit Schott.—10 '*Ipsorum potissimum convenire munus.* Olet glossam *τὸ convenire.* Delere tamen aut obliterare non ausim sine libris. Post, *electionem* vel *legendi jus* credo scripsisse, non *legiones;* et statim *certabatur.*' Schott. 'Arntzen. retinet verbum *convenire*, at malit legere *ipsorum uni;* quod petiissent legiones, ut senatus 'ex suo ordine principem legeret' apud Vopiscum in Tacito c. 2. Gruner. cum apud Nostrum de electione tantum Imperatoris, non de ordine ex quo eligi debeat, sermo sit, ita legendum censet: *hoc* (nempe imperatorem deligere) *ipsorum potissimum convenire muniis;* h. e. 'officiis.'' *Harl.*—12 Ad verba *ut ejus necis*, vide Not. Delph. *Simulata dubiis.* Fuit cum divinarem legendum *simul et dubiis:* videbam enim facile aliquid corruptum, referendumque ad 'Aurelianum,' non ad 'necis.' Latine enim dixisse oportuit, *ut necis suæ auctoribus*, nisi solœcismum facere voluerit: post tamen subiit, Victorem forte declinasse *neces* nominandi casu, pro *nex*, ἀρχαϊκῶς. Quod si verum esse persuadeo, *simulata* recte habet, significatque, sparsum quasi de morte illius rumorem, ut dubii,

NOTÆ

[y] *Uti suopte arbitratu Patres*] Vopisc. 'De Imperatore deligendo exercitus retulit ad senatum, idcirco quod nullum de his faciendum putabat qui tam bonum principem occiderant. Verum senatus hanc eandem delectionem in exercitum refudit, sciens non libenter jam milites accipere Imperatores eos quos senatus elegerit. Denique id tertio factum est, ita ut per sex menses Imperatorem Romanus orbis non habuerit.'

[z] *Ut ejus necis auctoribus*] Hic hiatum codicis notaverat Casaubonus, ubi scriptum, *ut ejus* . . . . . . *necis auctoribus.* Atque ipsi desiderari videbatur vocabulum *mors* aut simile aliud: 'sine quo,' aiebat, 'ruit tota periodus.' Verum nullum ego hic vitium, nullum defectum agnosco: *ut ejus necis auctoribus exitio.* Notandum tantum *necis* hic in nominandi casu, pro *nex*, ut veteres loquebantur. De Aureliani autem nece hic loquitur Victor; quod ideo moneo, quia doctissimus Salmasius de nece Romuli hoc putavit intelligendum.

[a] *Simulata dubiis*] Hoc est, sparsi rumores quasi de morte illius, ut 'dubii,' deposita persona qua tegebantur, cognosci possent.

[b] *Soli, quasi Romulo*] Vopisc. in Tacit. initio: 'Quod post excessum Romuli novello adhuc Romanæ Urbis imperio factum, pontifices, penes quos scribendæ historiæ potestas fuit, in literas retulerunt, ut interregnum, dum post bonum principem bonus alius quæritur, iniretur, hoc

riosior.[c] 13. Quod factum præcipue edocuit, cuncta in orbis modo verti,[d] nihilque accidere, quod rursum naturæ vis ferre nequeat ævi spatio. 14. Adhuc virtutibus principum res attolli facile, vel afflictas, easque firmiores præceps [e] vitiis dari.

deposita persona qua tegebantur, cognosci queant.' *Schott.*—13 'Malim *præcipue docuit*: repetita enim præced. vocis litera videtur. Tum pro *nequeat* male in Ms. *neque*: quod mendum ex compendiis natum quis non videt? forte repererat *nequit*.' Schott.

NOTÆ

post Aurelianum, habito inter senatum exercitumque Romanum, non invido, non tristi, sed grato religiosoque certamine, sex totis mensibus factum est.'

[c] *Longe vero gloriosior*] Quod nullæ in hoc seditiones, quæ in Romuli interregno agitatæ sunt.

[d] *Cuncta in orbis modo verti*] Sic Salomon, in divino illo libello qui Ecclesiastes inscribitur, cap. 1. vs. 9.

[e] *Præceps*] Adverbialiter, ut alibi.

CAP. XXXVI.

TACITUS ET FLORIANUS.

1. IGITUR tandem senatus, mense circiter post Aureliani interitum sexto, Tacitum e consularibus mitem sane virum, Imperatorem creat;[a] cunctis fere lætioribus,[b] quod militari ferocia [c] legendi jus principis proceres recepissent. 2. Quæ tamen lætitia brevis, neque exitu tolerabili fuit; namque Tacito confestim a ducentesima regni luce,[d] Tyanæ [e] mor-

CAP. XXXVI. 1 '*Quod a militari* vel *quod de mil.* legere malint Arntz. et Gruner.' *Harl.*

NOTÆ

[a] *Imperatorem creat*] A. U. 1027. post C. 275.

[b] *Cunctis fere lætioribus*] Vopisc. in Tacit. 'Nec tacendum est, et frequenter intimandum, tantam senatus lætitiam fuisse, quod eligendi principis cura ad ordinem amplissimum revertisset, ut et supplicationes decernerentur, et hecatombe promitteretur a singulis.'

[c] *Militari ferocia*] At quo modo militari ferocia? cum curam illam sæpius ad exercitum senatus, et ad senatum exercitus refuderit, donec coacti Patres.

[d] *A ducentesima regni luce*] Imperavit mensibus sex, diebus xx. Vopiscus et Eutrop. mensibus tantum sex, minus vere.

[e] *Tyanæ*] In Cappadocia. Infra Epitom. ait Tarsi mortuum.

tuo;[f] cum tamen prius auctores Aureliani necis,[g] maximeque Mucaperem ducem, quod ipsius ictu[h] occiderat, excruciavisset; Florianus ejusdem frater, nullo senatus[i] seu militum consulto, imperium invaserat.

NOTÆ

[f] *Mortuo*] Interemtus est insidiis militaribus, ut alii dicunt; ut alii, morbo interiit. Vide Vopisc.

[g] *Cum tamen prius auctores Aureliani necis*] Vopisc. 'Et prima quidem illi cura Imperatoris facti hæc fuit, ut omnes qui Aurelianum occiderant, interimeret, bonos malosve, cum jam ille vindicatus esset.' Apud Zosim. tamen legas Probum Imperatorem de iis qui Aurelianum interfecerant, pœnas sumsisse.

[h] *Mucaperem ducem, quod ipsius ictu*] 'Malitia notarii sui, et manu Mucaperis interemtus est.' Vopisc. Extat Aureliani epistola ad Mucaperem apud eundem Vopisc.

[i] *Nullo senatus*] Vopiscus: 'Non senatus auctoritate; sed suo motu, quasi hæreditarium esset imperium.'

CAP. XXXVII.

PROBUS.

1. Qui uno mense aut altero[k] vix retentata dominatione apud Tarsum[l] ab suis interficitur.[a] 2. Post quem Probum, in Illyrico factum,[b] accepere, ingenti belli scientia, exercitandisque varie militibus, ac duranda juventute prope Hannibalem alterum. 3. Namque ut ille oleis[c] Africæ ple-

Cap. xxxvii. 1 '*Interficitur.* Acuta, neque tamen necessaria est Arntzenii emendatio (a Vopisco in Florian. c. 1. et in Probo c. 10. fere firmata) *interficitur, postquam Probum, &c.*' Harl.—3 *Ut ille utile olei* corrupte legebatur in

NOTÆ

[k] *Uno mense aut altero*] Duobus mensibus, et diebus xx. in imperio fuit. Eutrop.

[l] *Tarsum*] In Cilicia.

[a] *Ab suis interficitur*] Cum Probum Imperatorem factum accepissent. Vide Zosim. et Vopisc. a quibus hic Victor dissentit.

[b] *In Illyrico factum*] Immo in Oriente: nam Probus Syriam, Phœnicem, Palæstinam et Ægyptum tunc obtinebat. Vide Zosim. Vopiscus etiam ab orientalibus exercitibus Imperatorem factum scribit. Putabam legendum *In Illyrico natum*: nam Sirmio oriundus Probus. Factus est autem Imperator A. U. 1028. post C. 276.

[c] *Namque ut ille oleis*] Hannibal, quo, ne legiones otiosæ essent, multa Africæ loca oleis consevit.

raque per legiones, quarum otium reip. atque ductoribus [d] suspectum rebatur, eodem modo hic Galliam Pannoniasque et Mœsorum colles [e] vinetis replevit; postea sane quam [f] barbarorum attritæ gentes sunt, quæ, nostris principibus suorum scelere interfectis, irruperant; simul cæsis, Saturnino per Orientem, [g] Agrippinæ Bonoso exercitu: [h] nam utrique dominatum tentaverant, sumta, cui duces præerant, manu. 4. Qua causa, receptis omnibus pacatisque, dixisse proditur, brevi milites frustra fore. [i] Hinc denique magis irritati paulo cis sextum annum [k] apud Sirmium trucidavere, cum ad siccandam lacunis ac fossa urbem [l] ipsi [m] patriam adigerentur, quæ palustri solo hyemalibus aquis

Ms. ap. Schott.; ante quem *doctoribus* pro *ductoribus* extabat. In seqq. *ab exercitu* nonnulli suaserunt; sed cum Grunero malit Harl. *cum exercitu.*—

NOTÆ

[d] *Quarum otium reip. atque [doctoribus] ductoribus*] Non male Schottus *ductoribus.* Et vero otium militare omnium aliorum progenerare negotium, non parce ostendi ex Græca Latinaque historia, in comment. ad Annal. Tacit. lib. I. cap. 16. *Gruter.*

[e] *Eodem modo hic Gall. Pan. et Mœsorum colles*] Vopiscus: 'Gallis omnibus et Hispanis ac Britannis, hinc permisit ut vites haberent, vinumque conficerent.' Post Domitianum, qui primus, ne quis in Italia novellaret, edixerat, ibi observatum fuit, ut promiscui non esset juris vites instituere; sed eorum tantum qui ab Imperatore veniam impetrassent.

[f] *Postea sane quam*] Ait repletos vinetis colles, postquam barbaros, Saturninumque et Bonosum devicit; et sic intelligenda vox *hinc*, quæ supra in loco Vopisci. De barbaris quos vicit Probus fuse Vopisc.

[g] *Saturnino per Orientem*] De Saturnino et Bonoso, vide Vopiscum; qui tertium addit nomine Proculum. Saturnini meminit Zosim.

[h] *Bonoso exercitu*] Lege *Bonoso ab exercitu.* Schott.

[i] *Brevi milites frustra fore*] Hoc est, 'brevi milites inutiles fore.' Vopiscus, 'His addidi' (sic lego; non *addidit:* etsi aliter viri docti) 'dictum ejus grave, si unquam eveniat salutare, reipub. brevi milites necessarios non futuros.'

[k] *Paulo cis sextum annum*] Imperavit annos sex, menses quatuor. Vopiscus annos quinque tantum tribuit.

[l] *Cum ad siccandam lacunis ac fossa urbem*] Vopiscus: 'Nam cum Sirmium venisset, ac solum patrium effœcundari cuperet, et dilatari; ad siccandam quandam paludem multa simul millia militum posuit, ingentem parans fossam, qua, dejectis in altum navibus, loca Sirmiensibus profutura siccaret. Hoc permoti milites confugientem eum in turrem ferratam, quam ipse speculæ causa editissimam exædificaverat, interemerunt anno imperii sui quinto.'

[m] *Ipsi*] Probo. Supra Vopiscus, 'Patrium solum.'

corrumpitur. 5. Abhinc militaris potentia[n] convaluit, ac senatui imperium creandique jus principis ereptum ad nostram memoriam; incertum, an ipso cupiente per desidiam, an metu seu dissensionum odio. 6. Quippe amisso Gallieni edicto,[o] refici militia potuit,[p] concedentibus modeste legionibus, Tacito regnante, neque Florianus temere invasisset, aut judicio manipularium cuiquam, bono licet, imperium daretur, amplissimo ac tanto ordine in castris degente. 7. Verum dum oblectantur otio, simulque divitiis pavent, quarum usum affluentiamque æternitate majus putant, munivere militaribus[q] ac pæne barbaris viam in se ac posteros dominandi.

7 Schott. pro *majus* censet *magis* substituendum, improb. Arntz.

NOTÆ

[n] *Militaris potentia*] Militum potentia; nam ad eos rediit jus creandi principis, quod Patres in Tacito Augusto creando receperant.

[o] *Amisso Gallieni edicto*] Nota *amisso* pro 'omisso;' sicut jam duobus locis *omisso* usus est pro 'amisso.' Gallieni edictum intellige, quo militia Patres vetuit; de quo supra in Gallieno.

[p] *Refici militia potuit*] Ait, abrogato edicto Gallieni, militia restaurari potuit, exercitu modeste Patribus cedente, regnante Tacito, neque senatu in castris conversante, Florianus motu suo imperium occupasset; neque id in judicio, cuiquam militum quamvis bono, datum fuisset.

[q] *Militaribus*] Id est, 'militibus:' jam sæpius.

CAP. XXXVIII.

CARUS, CARINUS, ET NUMERIANUS.

1. IGITUR Carus præfectura pollens prætorii,[a] augusto habitu,[b] liberis Cæsaribus Carino, Numerianoque.[c] 2. Et

CAP. XXXVIII. 1 Post *habitu* omissum esse a librario *inducitur* cum Schotto putat Harl. 'Fortasse nocuit loco vox insolens, fuitque *augustatur habitu:* nec enim auctori huic novum fingere vocabula.' *Gruter.* Vide Not. Delph. '*Numerianoque.* Hic aut post *liberis* culpa librarii excidisse judicem *nuncu-*

NOTÆ

[a] *Præfectura pollens prætorii*] 'Præfectus prætorii a Probo factus.' Vopisc.

[b] *Augusto habitu*] Deest 'induitur,' vel quid simile: nisi malis legere *Augustus habetur.* Creatus Imperator A. U. 1034. post C. 282.

[c] *Liberis Cæsaribus Car. Num.*]

quoniam, cognita Probi morte, barbarorum quique opportune invaserant, misso ad munimentum Galliæ majore filio,[d] Numeriani comitatu in Mesopotamiam pergit protinus; quod ea Persarum quasi solenni bello subest. 3. Ubi fusis hostibus, dum gloriæ inconsulte avidior,[e] Ctesiphonta, urbem Parthiæ[f] inclytam, transgreditur, fulminis tactu conflagravit. 4. Id quidam jure ei accidisse referunt: nam cum oracula docuissent,[g] ad usque oppidum memoratum perveniri victoria licere, longius delatus pœnas luit. 5. Proinde arduum[h] fatalia devertere; eoque futuri notio superflua. 6. At Numerianus, amisso patre, simul confectum æstimans bellum, cum exercitum reductaret, Apri præfecti prætorio soceri[i] insidiis extinguitur. 7. Quis casum

patis, (vide Vopisc. in Caro Imp. cap. 7.) aut *dictis*. Conf. Gruner.' *Harl.*—2 'Lege *opportuna invaserant* accusandi casu, id est, sibi et finibus suis proxima. *Mesopotaniam* perpetuo scribit per *n* vetus codex. Mox *inconsultæ* per diphthongum idem.' *Schott.* Tum *Numeriano* legebatur ante Schott. et Sylburg. qui aut *Numeriani* aut *comitatus* legendum putant. *Numeriano comitante* conj. Arntz. Mox *pergit protenus* scribendum putat Schott. improb. Arntz. —5 *Notio perflua* pro *superflua* Ms. ap. Schott.—6 '*Apri præfecti*. Corruptus et hic vetus codex, *A præfecti*, omissa altera syllaba, quod sequens dictio ab iisdem elementis inchoaret. Dictus autem 'Arrius Aper' Vopisco Nume-

NOTÆ

'Liberis Cæsaribus nuncupatis.' Vopisc.

[d] *Misso ad munimentum Galliæ majore filio*] Carino. Vopiscus: 'Et ita quidem, ut Carinum ad Gallias tuendas cum viris lectissimis destinaret; secum vero Numerianum adolescentem, cum lectissimum, tum etiam disertissimum, duceret.'

[e] *Dum gloriæ inconsulte avidior*] Vopiscus: 'Verum cum, avidus gloriæ, (præfecto suo maxime jurgante, qui et ipsius et filii ejus quærebat exitium) cupiens imperare longius progressus est, ut alii dicunt morbo, ut plures fulmine interemtus est.'

[f] *Parthiæ*] Id est, Persidis: jam sæpius.

[g] *Nam cum oracula docuissent*] Vopiscus, postquam Calphurnii epistolam recitavit, quæ ægritudine mortuum Carum scribit: 'Hanc ego,' inquit, 'epistolam idcirco indidi, quod plerique dicunt vim fati quandam esse, ut Romanus princeps Ctesiphontem transire non possit: ideoque Carum fulmine absumtum, quod eos fines transgredi cuperet qui fataliter constituti sunt.' Atqui, ut optime ibidem Casaub. constat Romanos ultra Ctesiphontem et Tigrim, provincias habuisse Transtigranas, quas a Galerio partas, restituit Persis Jovianus.

[h] *Arduum*] Difficile.

[i] *Apri præfecti prætorio soceri*] 'Factione Arrii Apri soceri sui, qui invadere conabatur imperium, occisus est.' Vopisc.

detulit[k] adolescentis oculorum dolor. 8. Denique diu facinus occultatum, dum clausum lectica cadaver, specie ægri, ne vento obtunderetur acies, gestabatur.

riano, qui et de Apro fatali multa.' *Schott.*—8 *Specie ægri, ne vento*, ex emendatione Schotti, pro *specie ægre vento* antea.

NOTÆ

[k] *Quis casum detulit*] Quibus insidiis casum, id est occasionem, dedit Numeriani dolor oculorum. Hunc dolorem contraxerat Numerianus, quod nimio fletu oculos corrupisset.

CAP. XXXIX.

VALERIUS DIOCLETIANUS.

1. SED postquam odore tabescentium[a] membrorum scelus proditum est, ducum consilio tribunorumque, Valerius Diocletianus, domesticos regens,[b] ob sapientiam deligitur,[c] magnus vir, his moribus[d] tamen: 2. quippe qui primus ex auro veste quæsita,[e] serici ac purpuræ gemmarumque vim plantis concupiverit. 3. Quæ quanquam plus quam civilia, tumidique et affluentis animi; levia tamen præ ceteris. 4. Namque se primus omnium, Caligulam post, Domitianumque,[f] Dominum palam dici passus, et adorari se,

CAP. XXXIX. 4 *Omnium Caligulam post, Domitianumque* Schott. Gaesb.

NOTÆ

[a] *Odore tabescentium*] 'Fœtore tamen cadaveris res esset prodita.' Vopisc.

[b] *Domesticos regens*] 'Domesticos tunc regentem.' Vopisc. 'Domestici' autem dicebantur milites, qui non in acie, sed domi, lateris protegendi sacri curam habebant: eorum alii equites, alii pedites fuerunt. Qui vero in acie protegere latus principis solebant, 'protectores' dicebantur.

[c] *Deligitur*] A. U. 1036. post C. 284.

[d] *His moribus*] Sic supra alicubi, et Terent.

[e] *Primus ex auro veste quæsita*] Infra tamen Epitom. ait Aurelianum primum aurata omni veste usum.

[f] *Caligulam post, Domitianumque*] Supra in Caligul. cap. 3. 'Hic elatus Dominum dici, atque insigne regni capiti nectere tentaverat.' Et in Domitiano cap. 11. 'Quippe qui se Dominum Deumque dici coëgerit, quod confestim ab insequentibus remotum, validius multo posthac deinceps retulere.'

appellarique uti Deum. 5. Quis rebus, quantum ingenium est, compertum habeo, humillimos quosque, maxime ubi alta accesserunt, superbia atque ambitione immodicos esse. 6. Hinc Marius[g] patrum memoria; hinc iste nostra, communem habitum supergressi, dum animus potentiæ expers, tanquam inedia refecti,[h] insatiabilis est. 7. Quo mihi mirum videtur,[i] nobilitati plerosque superbiam dare; quæ gentis patriciæ memor, molestiarum, quis agitatur, remedio, eminere paululum pluris habet. 8. Verum hæc in Valerio obducta ceteris bonis,[k] eoque ipso, quod Dominum dici passus, parentem egit:[l] satisque constat, prudentem virum edocere voluisse, atrocitatem rerum magis, quam nominum officere. 9. Interim Carinus eorum, quæ acciderant, certior; spe, facilius erumpentes motus[m] sedatum iri, Illyricum propere Italiæ circuitu petit. 10. Ibi Julianum,[n] pulsa ejus acie, obtruncat. Namque is cum Venetos correctura ageret,[o] Cari morte cognita, imperium avens

Delph. Pitisc. *Post Cal. post Dom.* in vet. lib. ap. Schott.—8 In fine *officere* pro *efficere* malit Schott.—9 *Spe facilius erumpentis metus* Schott. Gaesb.

NOTÆ

[g] *Marius*] C. Marius.

[h] *Tanquam inedia refecti*] Id est, tanquam qui se post inediam et longam famem reficiunt, epulis admoti. Et eleganter ait potentiæ expertes insatiabiles esse, tanquam famelicos qui epulis admoti, fercula integra, et struices patinarias oculis devorant.

[i] *Quo mihi mirum videtur*] Cum certum sit humillimos quosque, ubi alta accesserunt, superbia immodicos esse; sibi mirum videri ait, multos esse qui nobilitati superbiam tribuant, quæ quidem nobilitas gentis patriciæ memor aliquantulum supra ceteros eminere pluris facit, remedio scilicet molestiarum quibus agitatur, hoc est, ut molestiis quibus agitatur, remedium habeat. Nobilitatem autem præcipue molestiis ait agitari, quod illi plures curæ, majora pericula subeunda.

[k] *Hæc in Valerio obducta ceteris bonis*] Versum παροιμιώδη Græcorum alludit, ἄλλοις ἐν ἐσθλοῖς τόνδ' ἀπωθεῖται ψόγον· hoc est, *aliis in bonis hoc avertit dedecus*. Cas.

[l] *Parentem egit*] Ait Valerium cum se Dominum dici passus est, eo potius parentem quam tyrannum egisse.

[m] *Erumpentes motus* [*erumpentis metus*] Lege ut Schott. *Spe facilius erumpentes motus sedatum iri:* hoc est, 'sperans erumpentes motus sedatum iri facilius.'

[n] *Ibi Julianum*] Ait Illyrico Julianum victum. Alii, in Campis Veronensibus.

[o] *Cum Venetos correctura ageret*] Id est, 'cum Venetos correctura regeret; cum Venetorum corrector esset.' De correctoribus supra dictum.

eripere, adventanti hosti obviam processit. 11. At Carinus, ubi Mœsiam contigit, illico Margum juxta [p] Diocletiano congressus, dum victos avide premeret, suorum ictu interiit, quod libidine impatiens militarium nuptas affectabat: quarum infestiores viri iram tamen doloremque in eventum belli distulerant. 12. Quo prosperius cedente, metu, ne hujusmodi ingenium magis magisque victoria insolesceret, sese ulti sunt. 13. Is finis Caro liberisque: [q] Narbone patria,[r] imperium biennii fuere. 14. Igitur Valerius prima ad exercitum concione, cum educto gladio, solem intuens, obtestaretur, ignarum cladis Numeriani, neque imperii cupientem se fuisse, Aprum proxime astantem [s]

Delph. Pitisc.—11 *Murgum* eæd. *Marcum* ante Schott. Mox legebatur ante Schott. *libidine impatiens militarium multas affectabant.* 'Aliter *libidinis:* loquitur de uno Carino qui matrimonia militum corrumpebat, ut Eutropius ait. Emenda igitur *nuptias affectabat*, vel, quod propius a veteri scriptura abest, *mulieres assectabatur:* assentietur facile qui literarum ductus considerabit veteris lectionis, *multas affectabant*. Repererat forte librarius noster *muli. affectabatur:* ut et mox, *quare* vel *qua re infestiores viri*, in quo nihil demuto.' *Schott.*—13 Pro *Narbone* volunt *Naronæ* alii.—14 '*Ad exercitum contione.* Emendo, manuducente Vopisco et Eutropio, *Tunc habita est ingens contio. Is prima militum contione:* nam *conditione* Ms. depravate turbante librarium antiqua scribendi forma *contione* per tau: quare misso repudii libello, lec-

NOTÆ

[p] *Margum* [*Murgum*] *juxta*] Lege *Murgum*. Vopisc. 'Contra Diocletianum multis præliis conflixit; ultima pugna apud Margum commissa, victus occubuit.' Margus Mœsiæ urbs inter Viminatium urbem, et Aureum montem.

[q] *Liberisque*] Numeriano et Carino.

[r] *Narbone patria*] Narbone in Gallia genitum Carum plures crediderunt; ut ex hoc Sidonii carmine de Narbone videre est: 'Quicquid Cæsaribus ferax creandis Felix prole virum, simul dedisti, Natos cum genitore principantes. Nam quis Persidis expeditionem, Aut victricia castra præteribit Cari principis, et perambulatum Romanis legionibus Niphatem Tum cum fulmine captus Imperator Vitam fulminibus parem peregit?' Idem voluit et Zonaras cum scripsit ex antiquioribus Græcis Κάρος τὸ γένος Γαλάτης ἦν: sed eos falli putavit Scaliger, qui ait Carum Narbonensem ex Illyrico fuisse; Narbonam enim nobilem in Illyrico coloniam a Plinio et Ptolemæo memorari. Ptolemæus in descriptione Illyrici meminit quidem Ναρβῶνας κολωνίας ἐπισήμου. Sed Plinius eam 'Naronam' non 'Narbonam' vocat, vere: Narona enim a Nare, vel Narone fluvio, cui apposita.

[s] *Aprum proxime astantem*] Idem Vopiscus, et alii. Sed ii omnes hoc a Valeriano, post mortem Numeriani, et ante Carini adventum, factum dicunt. Eutrop. iisdem verbis: 'Is prima militum concione juravit Nu-

ictu transegit; cujus dolo, uti supra docuimus, adolescens bonus facundusque[t] et gener occiderat. 15. Ceteris venia data, retentique hostium fere omnes, ac maxime vir insignis Aristobulus præfectus prætorio per officia sua. 16. Quæ res post memoriam humanam nova atque inopinabilis[u] fuit, civili bello, fortunis, fama, dignitate, spoliatum neminem: cum pie admodum mansueteque geri lætemur, exilio, proscriptioni, atque etiam suppliciis et cædibus modum fieri. 17. Quid ea memorem, ascivisse consortio multos[x] externosque tuendi prolatandive gratia juris Romani? Namque ubi comperit Carini discessu,[y] Ælianum Amandumque[z] per Galliam, excita manu agrestium ac latronum, quos Bagaudas[a] incolæ vocant, populatis late agris, plerasque urbium tentare, Maximianum statim fidum amicitia, quanquam semiagrestem,[b] militiæ tamen, atque ingenio bonum,[c] Imperatorem jubet.[d] 18. Huic postea cultu numinis[e] Herculei cognomentum accessit, uti Valerio

tione illius *conditione* non utar.' *Schott.*—17 *Helianum Amandumque* Schott.

NOTÆ

merianum nullo suo dolo interfectum; et cum juxta eum Aper, qui Numeriano insidias fecerat, constitisset, in conspectu exercitus manu Diocletiani gladio percussus est. Postea Carinum,' &c.

[t] *Facundusque*] Vopiscus in Caro vocat 'disertissimum:' et alibi, 'eloquentia autem præpollentem.'

[u] *Inopinabilis*] 'Incredibilis;' vel potius quam quis sperare non posset.

[x] *Multos*] Ut Maximianum, Corausium, &c.

[y] *Discessu*] Morte.

[z] *Ælianum* [*Helianum*] *Amandumque*] Ælianum Amandumque. Eutrop. 'Cum tumultum rusticani in Gallia concitassent, et factioni suæ Bagandarum nomen imponerent, duces autem haberent Amandum et Ælianum; ad subigendos eos Maximianum Herculium Cæsarem misit, qui levibus prœliis agrestes domuit, et partem Galliæ reformavit.'

[a] *Bagaudas* [*Bagandas*] Bagandæ, vel ut aliis *Bancandæ*, vel *Vocandæ*, populi circa Alpes.

[b] *Semiagrestem*] Eutrop. 'Herculius autem propalam ferus, et incivilis ingenii; asperitatem etiam suam vultus horrore significans.'

[c] *Militiæ tamen, atque ingenio bonum*] Nota *militiæ* in secundo casu, *ingenio* vero in sexto. Subintelligitur *peritum*. 'Militiæ peritum,' &c.

[d] *Imperatorem jubet*] Immo Cæsarem: et Imperatorem anno fere post, cum Corausius purpuram induisset: vide Eutrop. et inde est quod infra Victor scribit, anno minorem Maximiano potentiam fuisse quam Diocletiano; cum revera annis duobus minor fuerit.

[e] *Cultu numinis*] Herculis scilicet.

Jovium:[f] unde etiam militaribus auxiliis longe in exercitum præstantibus nomen impositum.[g] 19. Sed Herculius in Galliam profectus, fusis hostibus aut acceptis, quieta omnia brevi patraverat. 20. Quo bello Carausius,[h] Menapiæ[i] civis, factis promtioribus enituit; eoque eum, simul quia gubernandi[k] (quo officio adolescentiam mercede exercuerat) gnarus habebatur, parandæ classi ac propulsandis Germanis,[l] maria infestantibus, præfecere. 21. Hoc elatior, cum parum multos[m] opprimeret, neque prædæ omnia in ærarium referret, Herculii metu, a quo se cædi jussum compererat, Britanniam hausto imperio capessivit. 22. Eodem tempore Orientem Persæ,[n] Africam Julianus,[o]

Gaesb. Pitisc. et mox *Bagandàs* Delph.—20 *Corausius* et infra *Corausio* Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. Vide Not. Delph.—21 'Eutrop. IX. 13. scribit 'Carausium multos barbaros sæpe cepisse:' quod etiam Victor voluit: hinc Schottus suspicatus est, approbantibus Sylburgio et Anna Fabri, *cum barbarorum multos oppr.* At enim quoniam Carausius præfectus erat classi, ut piraticas rapinas Germanorum inhiberet, isque a Maximiano jussus est occidi, quod prædam sibi vindicaret, res igitur, quantum ad Germanorum piratas pertinet, feliciter gessit; Arntzen. pro *parum* scribendum esse acute conjicit docteque illustrat, *paronum;* h. e. navium piraticarum, quibus utebantur Germani potissimum. Gruner laudat quoque Sidon. Apollin. lib. VII. ep. 6.' *Harl.* 'Amplector Schotti *quia barbarorum multos:* ita tamen, ut putem fuisse amplius *quia barbarum parum multos,* ut similitudo vocis secundæ

NOTÆ

[f] *Jovium*] Scribendum erat *Jovii:* ut supra Herculei cognomentum. Sed casuum commutatio non infrequens auctori nostro.

[g] *Nomen impositum*] Quid? an Jovia, vel Joviana, an Herculea auxilia vocabantur? Nihil tale me apud alios legisse memini.

[h] *Carausius* [*Corausius*] 'Corausium' vocat Eutrop. 'Corausionem' infra Epitom.

[i] *Menapiæ*] Hanc lectionem suspectam habet Ortelius, et legendum putat *Manapiæ:* nam *Manapia* urbs Irlandiæ. Sed videndum num *Menapia* stare possit a Menapiis Galliæ populis, quos Strabo cum Morinis continuat in maritimis Belgii, et Cæsar quoque indicat ibi esse. Sunt pars Hollandiæ et Brabantiæ maritimæ.

[k] *Gubernandi*] Id est, 'naves regendi,' hic opinor.

[l] *Germanis*] Francis et Saxonibus, Eutrop. 'Cum apud Bononiam per tractum Belgiæ et Armoricæ, pacandum mare accepisset, quod Franci et Saxones infestabant, multis barbaris sæpe captis,' &c.

[m] *Cum parum multos*] Optime Schottus, *Cum non parum multos:* vel, *cum barbarorum multos.* Supra Eutrop. 'multis barbaris sæpe captis.'

[n] *Orientem Persæ*] Narseo duce, de quo infra.

[o] *Julianus*] Meminit et Epitom. diversus est ab illo Juliano, quem superiori capite Carinus obtruncat.

ac nationes Quinquegentanæ[p] graviter quatiebant. 23. Adhuc apud Ægypti Alexandriam, Achilleus[q] nomine dominationis insignia induerat. 24. His de causis Julium Constantium, Galerium Maximianum, cui cognomen Armentario erat, creatos Cæsares, in affinitatem vocant. 25. Prior Herculii privignam,[r] alter Diocletiano editam sortiuntur, diremtis prioribus conjugiis ; ut in NeroneTiberio, ac Julia filia Augustus quondam fecerat.[s] 26. His sane omnibus Illyricum patria fuit,[t] qui quanquam humanitatis parum,[u] ruris tamen ac militiæ miseriis imbuti,[x] satis optimi reip. fuere. 27. Quare constat, sanctos prudentesque sensu mali promtius fieri ;[y] contraque expertes ærumnarum, dum opibus suis cunctos[z] æstimant, minus consulere. 28. Sed horum concordia maxime edocuit, virtuti ingenium, usum-

causam præbuerit scribæ, cur primam totam omitteret.' *Gruter.*—26 *Juris tamen ac mil.* Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. Distinguit etiam Delph. ita:

NOTÆ

[p] *Quinquegentanæ*] Quinquegentani, vel Quinquegentiani, iidem sunt ac Pentapolitani in Libya : sæpe enim apud meliores Græcos, πόλις *gentem* significat. Exempla apud Homerum P.

[q] *Achilleus*] Achilles, Achilleus ; ut Ulisses, Ulisseus. Horat.

[r] *Prior Herculii privignam*] Eutrop. 'Atque ut eos etiam affinitate conjungeret, Constantius privignam Herculii Theodoram accepit, ex qua postea sex liberos Constantini fratres habuit; Galerius filiam Diocletiani Valeriam : ambo uxores quas habuerant repudiare compulsi.'

[s] *Augustus quondam fecerat*] Qui Tiberium Agrippinam uxorem prægnantem dimittere coëgit, Juliamque filiam suam ducere. Sueton. August. cap. 63. Tiber. cap. 7.

[t] *His sane omnibus Illyricum patria fuit*] Eutropius tamen Maximianum Galerium in Dacia, haud longe a Sardica, natum dicit.

[u] *Humanitatis parum*] Supple 'habuere.'

[x] *Ruris [juris] tamen ac militiæ miseriis imbuti*] Juris ac militiæ miseriis eos imbutos dicit, quod ex Illyrico essent, quam legibus ac militiis Romanis vexatam fuisse verisimile est. Sylburgius legebat *ministeriis ;* quasi eos Victor reipublicæ dicat profuisse, quod juris ac militiæ satis essent periti ; sed obstat quod infra legitur 'sanctos prudentesque sensu mali promtius fieri.' Nihil igitur mutandum. Non tacendum tamen quandam editionem habere *ruris militiæque:* quæ vera lectio esse potest.

[y] *Fieri*] Homines scilicet ; sanctiores et prudentiores evadunt, dum adversam fortunam experiuntur : quod multis in locis testatur divinus propheta.

[z] *Dum opibus suis cunctos*] Id est, dum tanti faciunt homines quantum habeant. Notum illud Horatii, 'Quia tanti quantum habeas, sis.'

que bonæ militiæ, quanta his Aureliani Probique institutio fuit,[a] pæne sat esse. 29. Denique Valerium,[b] ut parentem, seu Dei magni suspiciebant modo: quod quale quantumque sit,[c] ab Urbis conditore ad nostram ætatem propinquorum facinoribus patefactum est. 30. Et quoniam bellorum moles, de qua supra memoravimus, acrius urgebat, quasi partito imperio, cuncta, quæ trans Alpes Galliæ sunt, Constantio commissa; Africa Italiaque Herculio; Illyricique ora ad usque Ponti[d] fretum, Galerio; cetera[e] Valerius retentavit. 31. Hinc denique parti Italiæ invectum tributorum ingens malum. 32. Nam cum omnis eadem functione[f] moderataque[g] ageret, quo exercitus atque Imperator, qui semper aut maxima parte aderant, ali possent, pensionibus[h] inducta lex nova: quæ sane illorum temporum modestia tolerabilis, in perniciem processit his tempestatibus.[i] 33. Interim Jovio[k] Alexandriam profecto,

miseriis imbuti satis, optimi reip. fuere. Vide Not. Delph.—28 *Instituto* vel *institutione* malebant Schott. et alii, pro *institutio.*—30 '*Quasi partito imperio.* Ita legendum divinavi, quamvis compendio scriptum esset *qq3*. Mox pro *moderataque* forte *moderateque.*' Schott.—32 '*Modestia*, h. e. quod quisque eadem moderatione, functione moderata illis temporibus egit. Alias *molestia* probabilius legi posse videbatur.' *Harl.* Mox *in perniciem processit. His*

NOTÆ

[a] *Quanta his Aureliani Probique institutio fuit*] Nihil hic mutandum, ut voluit doctissimus Schott. Ait concordiam Herculii et Constantii ostendisse ad virtutem satis esse ingenium, et usum bonæ militiæ; quanta, id est, tanta, tam magna in his (Herculio, scilicet, et Constantio) Aureliani et Probi institutio fuit: nam constat Probum, Constantium et Herculium instituisse. Vopisc. de Probo: 'Duces præclarissimos instituit; nam ex ejus disciplina Carus, Diocletianus, Constantius, Asclepiodotus, Herculius,' &c.

[b] *Valerium*] Diocletianum.

[c] *Quod quale quantumque sit*] Ait eorum Imperatorum morte, qui ab inde usque Romulo ad Constantium propinquorum suorum scelere occisi sunt, patefactum esse quale, quantum, et quanti faciendum sit cum in regni partem ascitus Imperator, Imperatorem qui ascivit, veluti parentem, seu ad instar Dei magni suspicit.

[d] *Ponti*] Euxini.

[e] *Cetera*] Ægyptum.

[f] *Functione*] Id est, annona; functione annonaria. Tota autem Italia fuit annonaria, functionemque conferebat ad exercitum comitatumque Imperatoris alendum.

[g] *Moderataque*] Melius *moderateque*, ut Schott. sed *moderataque* etiam stare potest.

[h] *Pensionibus*] Id est, 'tributis.'

[i] *His tempestatibus*] Distingue, *pro-*

provincia credita Maximiano Cæsari, uti, relictis finibus,[l] in Mesopotamiam progrederetur, ad arcendos Persarum impetus. 34. A quis primo graviter vexatus,[m] contracto confestim exercitu e veteranis ac tironibus, per Armeniam in hostes contendit; quæ ferme sola seu facilior vincendi via[n] est. 35. Denique ibidem Narseum regem[o] in ditionem subegit, simul liberos, conjugesque et aulam regiam. 36. Adeo victor, ut ni Valerius, cujus nutu omnia gerebantur, incertum qua causa,[p] abnuisset, Romani fasces in provinciam novam ferrentur.[q] 37. Verum pars terrarum[r] tamen nobis utilior quæsita; quæ cum acrius reposcuntur, bellum recens susceptum est, grave admodum perniciosumque. 38. At in Ægypto Achilleus facili negotio pulsus,[s] pœnas luit. 39. Per Africam[t] gestæ res pari modo; solique

tempestatibus distinguunt Schott. Gaesb. Delph. Pitisc.—39 *Postque jussis* pro

NOTÆ

cessit his tempestatibus. Interim, &c. Ait hanc tributorum legem, quæ sub Diocletiano, Galerio, Herculio per modestiam temporum tolerabilis fuit, suo tempore, nimirum sub Constantino, in perniciem processisse: nimirum quod admodum tunc temporis aucta fuerit.

[k] *Jovio*] Diocletiano, qui quod Jovem præcipue coleret, Jovius dictus.

[l] *Relictis finibus*] Quos tuebatur totius Illyrici oræ usque ad Ponti fretum præpositus.

[m] *A quis primo graviter vexatus*] Eutrop. 'Galerius Maximianus primo adversum prælium, exin secundum habuit, inter Callinicum Carrasque congressus; cum inconsulte magis quam ignave dimicasset.'

[n] *Quæ ferme sola seu facilior vincendi via*] Quod forsan ab aliis partibus munita Mesopotamia, propter crebriores fluviorum anfractus, ab Armenia tantum venientibus nuda exposita est. Nihil aliud video.

[o] *Narseum regem*] Regulus Armenus hic fuit, qui et 'Narses' dicitur; ut supra Achilles et Achilleus.

[p] *Incertum qua causa*] Ob invidiam, ut multi credidere: constituerat Maximianus Cæsar non prius ab armis recedere, quam Persidem in provinciæ formam redegisset, sed Diocletianus impediit. Hoc respicit Vopiscus in Caro, cum scribit: 'Licet plane, ac licebit per sacratissimum Cæsarem Maximianum Persas vincere atque ultra eos progredi; et futurum reor, si a nostris non deseratur promissus numinum favor.'

[q] *Ferrentur*] Pro 'lati fuissent.'

[r] *Verum pars terrarum*] Locus sane difficilis: aut forsan, etsi fasces Romani in Persidem perferri non potuerunt; utilior tamen pars terrarum nobis parata, (nempe Mesopotamia,) quæ dum acrius reposçitur, &c. Nihil aliud video.

[s] *Achilleus facili negotio pulsus*] 'Diocletianus obsessum Alexandriæ Achilleum VIII. fere mense superavit.' Eutrop.

[t] *Per Africam*] 'Maximianus quo-

Carausio remissum[u] insulæ[x] imperium, postquam jussis ac munimento incolarum contra gentes bellicosas opportunior habitus. 40. Quem sane sexennio post[y] Allectus nomine dolo circumvenit. 41. Qui cum ejus permissu summæ rei præesset, flagitiorum et ob ea mortis formidine, per scelus imperium extorserat. 42. Quo usum brevi,[z] Constantius, Asclepiodoto, qui prætorianis præfectus præerat, cum parte classis ac legionum præmisso, delevit. 43. Et interea cæsi Marcomanni, Carporumque natio translata[a] omnis in nostrum solum; cujus fere pars jam tum[b] ab Aureliano erat. 44. Neque minore studio pacis officia vincta legibus æquissimis, ac remoto pestilenti frumentariorum genere,[c] quorum nunc agentes rerum[d] simillimi sunt. 45.

postquam jussis malit Schott.—43 '*Cujus fere pars, &c.* Latet quid mendi sub illo *fere*, aut rescribendum *cujus fere pars media jam tum;* aut *pars altera jam tum*, uti placebat Casaubono.' *Gruter.* 'Casaubon. vide ad Vopisci c. 30. Conjeceram *cujus fusa* (vel *cæsa*) *pars*. Sed malim jam credere post *erat* aliquid desiderari: ipsam vocem supplere difficile est; quid voluerit tamen non

NOTÆ

que Augustus bellum in Africa profligavit.' Eutrop.

[u] *Solique Carausio* [*Corausio*] *remissum*] Eutrop. 'Cum Corausio tamen, cum bella frustra tentata essent contra virum rei militaris peritissimum, ad postremum pax convenit.'

[x] *Insulæ*] Britanniæ.

[y] *Sexennio post*] 'Septennio' Eutrop. 'Cum post septennium Allectus socius ejus occidit.'

[z] *Quo usum brevi*] Triennio. Eutrop. 'Atque ipse' (Allectus) 'post eum Britannias triennio tenuit, qui ductu Asclepiodoti præfecti prætorio est oppressus.'

[a] *Carporumque natio translata*] Aliter paulo Eutrop. 'Carpis et Bastarnis subactis, Sarmatis victis: quarum nationum gentes captivorum copias in Romanis finibus locaverunt.' Carpi populi circa Danubium.

[b] *Cujus fere pars jam tum*] Lege cum Gruter. *cujus fere pars media jam tum:* vel cum Casaubono, *cujus fere pars altera jam tum.* Carporum autem copias ab Aureliano afflictas scribit Vopiscus; sed eorum partem ab eodem in Romanos fines translatam, nemo quod sciam, præter Victorem, prodidit.

[c] *Remoto pestilenti frumentariorum genere*] 'Frumentarii' dicebantur milites legionibus certo numero ascripti, et ab Imperatoribus instituti, ut iis minima, maxima quæ in provinciis gerebantur, celerrime nuntiarent: iidem vehiculariæ rei præerant: frumentum militare, vel annonam militarem transvehendam a provinciis curabant, unde frumentarii vocati. Si plura cupis, vide quæ a doctissimo Salmasio apud Spartianum in Hadriano dicta sunt.

[d] *Quorum nunc agentes rerum*] Hieronymus in Abdiam c. 1. 'Eos enim quos nunc *agentes in rebus*, vel *veredarios* appellant, veteres *frumentarios*

Qui cum ad explorandum annuntiandumque, qui forte in provinciis motus existerent, instituti viderentur, compositis nefarie criminationibus, injecto passim metu, præcipue remotissimo cuique, cuncta fœde diripiebant: simul annona Urbis, ac stipendiariorum [e] salus anxie soliciteque habita; [f] honestiorumque provectu, et e contra, suppliciis flagitiosi cujusque, virtutum studia augebantur. Veterrimæ religiones castissime curatæ. Ac mirum in modum novis adhuc [g] cultisque mœnibus Romana culmina et ceteræ urbes ornatæ, maxime Carthago, Mediolanum, Nicomedia. 46. Neque tamen cum hæc agerent, extra vitia fuerunt. Quippe Herculius libidine tanta agebatur, ut ne ab obsidum corporibus quidem animi labem comprimeret. Valerio parum honesta in amicos fides erat, discordiarum sane metu; dum enuntiationibus [h] posse agitari quietem consortii putat. 47. Hinc etiam quasi truncatæ vires Urbis, imminuto prætoriarum cohortium atque in armis vulgi numero; [i] quo [k] quidem plures volunt imperium posuisse.[l] 48. Nam-

obscure apparet.' *Arntz.*—45 *Qui forte.* '*Ecqui forte* scripsit Victor. Mendose in vet. lib. *hæc qui.*' Schott. Mox distinctio *annona Urbis, ac stip.* ex emendatione Sylburgii. Arntz. Schott. et alii *annona, Urbis ac stip.* Delph. *annona, Urbis, ac stip.* Mox '*Novis adhuc altisque* laudat Spanh. ad Julian. Orat. I. p. 57. fortasse calami vitio, non enim rationem addit, neque ea mutatio magnopere videtur requiri.' *Arntz.* Vide Not. Delph.—47 '*Vulgus in armis* est 'vulgus armatus;' et h. l. intelligi possunt cohortes urbanæ, quæ eo tempore ex vulgo sumtæ videntur. Hanc quidem Cuperi interpretationem, (licet non omnes superet scrupulos, omnemque tollat obscuritatem,) ad Lactant. de Mort. Persec. c. 26. allatam et ab Arntzenio, quanquam non omnino consentiente, ornatam, alteri conjecturæ *inermis* [Schotti] præfero.' *Harl.*—

NOTÆ

nominabant.' De 'agentibus in rebus,' vide jurisconsultos.

[e] *Stipendiariorum*] Eorum qui stipendia tributa pendebant.

[f] *Anxie soliciteque habita*] Hoc est, multa cum cura tractata: per Imperatorum scilicet modestiam.

[g] *Ac mirum in modum novis adhuc*] Distinguo: 'Ac mirum in modum, novis adhuc cultisque mœnibus, Romana culmina,' &c. Romana, inquit, culmina; hoc est, Roma ceteræque urbes mirum in modum ornatæ; thermis, scilicet, vel aliis quibuslibet operibus; ad hoc novis cultisque mœnibus.

[h] *Enuntiationibus*] *Par des rapports.*

[i] *Atque in armis vulgi numero*] Legebat Schott. *Atque inermis vulgi numero:* sed utrumque mihi ignotum est, neque possum cogitare quam hic historiam tangat Victor.

[k] *Quo*] Id est, 'quare.'

[l] *Imperium posuisse*] Diocletianum scilicet.

que imminentium scrutator[m] ubi fato intestinas clades,[n] et quasi fragorem quendam impendere comperit status Romani; celebrato regni vicesimo anno valentior curam reipublicæ[o] abjecit; cum in sententiam Herculium[p] ægerrime traduxisset; cui anno minus potentia fuerat.[q] 49. Et quanquam aliis alia æstimantibus veri gratia corrupta sit, nobis tamen excellenti natura[r] videtur ad communem vitam spreto ambitu descendisse.

48 *Curam R. P.* Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. Arntz. Mox ad verba *cui anno*, vide Not. Delph.—49 *Excellentis naturæ* conj. Schott. improb. Anna.

NOTÆ

[m] *Imminentium scrutator*] Zosim. ἴσως γὰρ δὲ προῄδει τὴν κατέξουσαν τὰ πράγματα σύγχυσιν, οἷα καὶ τῇ περὶ τὸ θεῖον ἀεὶ προσκείμενος ἀγχιστείᾳ· id est, *Nam fortassis etiam rerum futurum perturbationem prospiciebat, ut qui semper circa sacra versabatur.*

[n] *Intestinas clades*] Bella civilia a Constantino, Maxentio, Severo, &c. de quibus infra.

[o] *Curam reipublicæ* [*R. P.*] Id est, Romani populi; forsan *reipub.*

[p] *Cum in sententiam Hercul.*] Cum in sententiam suam Herculium difficillime traxisset, ut pariter imperium deponeret. Eutrop. 'Cui ægre collega obtemperavit.'

[q] *Cui anno minus potentia fuerat*] Certe legendum *anno minor potentia fuerat:* vel *anno minus æque potentia fuerat.* Quanquam alii duobus annis minorem Herculio potentiam fuisse scribunt. Sed supra Victor eum a Diocletiano Imperatorem factum dicit, cum tantum Cæsar factus est. Vide quæ ibi dicta sunt.

[r] *Excellenti natura*] Male Schottus, *excellenti naturæ.*

CAP. XL.

CONSTANTIUS ET ARMENTARIUS; SEVERUS ET MAXIMINUS; ITEM CONSTANTINUS ET MAXENTIUS.

1. IGITUR Constantio Armentarioque his[a] succedentibus,[b] Severus Maximinusque, Illyricorum indigenæ, Cæsares, prior Italiam,[c] posterior in quæ Jovius obtinuerat,

CAP. XL. 1 *Prior Italiam.* Vid. Not. Delph. 'Et pro sua facilitate in ea, quæ video expressisse Junckerum, emendatio quæ clariorem hanc sed

NOTÆ

[a] *His*] Diocletiano et Herculio.

[b] *Succedentibus*] A. U. 1056. post C. 304.

[c] *Prior Italiam*] Schottus legebat *Priori Italia, posteriori, quæ Jovius obtinuerat, destinantur:* sed nil necesse.

destinantur. 2. Quod tolerare nequiens Constantinus,[d] cujus jam tum a puero ingens potensque animus ardore imperitandi agitabatur, fugæ commento, cum ad frustrandos insequentes publica jumenta, quaqua iter egerat,[e] interficeret, in Britanniam pervenit; nam is a Galerio religionis specie,[f] ad vicem obsidis[g] tenebatur. 3. Et forte iisdem diebus ibidem[h] Constantium patrem vitæ ultima agebant.[i] 4. Quo mortuo, cunctis, qui aderant, annitentibus, imperium capit. 5. Interim Romæ vulgus, turmæque prætoriæ Maxentium, retractante diu patre Herculio,[k] Imperatorem confirmant. 6. Quod ubi Armentarius accepit, Severum Cæsarem, qui casu ad Urbem erat, arma in hostem[l] ferre propere jubet. 7. Is circum muros[m] cum ageret, desertus a suis, quos præmiorum illecebris Maxentius traduxerat, fugiens, obsessusque Ravennæ obiit.[n] 8. Hoc

non veriorem efficit lectionem. Laudabiliter primam auctoris manum tuetur post Sylburgium comtissimi ingenii fœmina.' *Arntz.*—2 *Constantius* legebatur ante Schott. In fine '*ad vicem obs dis.* Pro obsidis loco. Sic enim legendum censui; non *ad ducem;* quamvis in Ms. compareat, ex quo nihil fuit elicere. Sic sup. Hadriano, 'cum voluntarium ad vicem Magi poposcissent.'' *Schott.*—3 '*Vitæ ultima agebant.* Pro *urgebant*, codex Ms. vulgata editio, *iisdem diebus Constantinum parentem fata ultima perurgebant.*' Schott.

NOTÆ

Prior Italiam, posterior in ea quæ Diocletianus obtinuerat, destinantur; id est, mittuntur. Severo Italia, Maximino quæ ad Orientem sita sunt, contigerunt. Zosim.

[d] *Constantinus*] Constantii filius.

[e] *Publica jumenta, quaqua iter egerat*] Jumenta quæ publice alebat respub. ad usum publici cursus. Idem Zosim.

[f] *Religionis specie*] Ait Galerium sub specie religionis Constantinum retinuisse, qui tamen eum loco obsidis retinebat.

[g] *Ad vicem obsidis*] Id est, 'vice obsidis,' pro 'obside,' &c.

[h] *Ibidem*] In Britannia.

[i] *Vitæ ultima agebant*] Nota locutionem; pro 'vitæ ultima agebat Constantius.'

[k] *Retractante diu patre Herculio*] Qui et ipse 'in concione exercitus filium Maxentium denudare conatus, seditionem et convicia militum tulit.' Eutrop. *Retractante* vero pro 'detractante' auctori nostro familiare.

[l] *In hostem*] Maxentium.

[m] *Circum muros*] Romæ. Zosimus ait Severum Mediolani profectum.

[n] *Ravennæ obiit*] Idem Eutrop. at Zosimus ait Severum fuga Ravennam elapsum. Quo intellecto, Maxentius Herculius, Lucania relicta, Ravennam contendit. Cumque perspexisset Severum hac invitum ejici non posse, quod munita foret, et commeatu abundaret, sacramentis suis eum deludens, persuasit ut Romam veniret; quo pergens Severus, ubi ad locum venit quem tres tabernas vocant, ab

acrior Galerius, ascito in consilium Jovio, Licinium[o] vetere cognitum amicitia Cæsarem, creat Augustum; eoque ad munimentum Illyrici ac Thraciæ relicto, Romam contendit. 9. Ibi cum obsidione distineretur, militibus eadem, qua superiores,[p] via attentatis, metu, ne desereretur, Italia decessit; pauloque post vulnere pestilenti[q] consumtus est, cum agrum satis reip. commodantem, cæsis immanibus sylvis, atque emisso in Danubium lacu Pelsone[r] apud Pannonios fecisset. 10. Cujus gratia provinciam[s] uxoris nomine Valeriam appellavit. 11. Huic quinquennii imperium;[t] Constantio annuum[u] fuit: cum sane uterque potentiam Cæsarum annos tredecim gessissent. 12. Adeo miri naturæ officiis,[x] ut ea, si a doctis pectoribus proficiscerentur, neque insulsitate offenderent, haud dubie præcipua haberentur. 13. Quare compertum est, eruditionem, elegantiam, comitatem præsertim, principibus necessarias esse; cum sine his naturæ bona quasi incomta, aut etiam horrida despectui sint, contraque ea Persarum regi Cyro[y] æternam gloriam paraverint. 14. At memoria mea Constantinum,[z] quanquam ceteris promtum virtutibus, ad us-

—14 *Constantium* pro *Constantinum* reponendum censet Nic. Faber. Mox

NOTÆ

insidiis, quas ibidem Maxentius posuerat, apprehensus necatus cervicibus laqueo fractis. Hæc Zosim.

[o] *Licinium*] 'Dacia oriundum Galerio notum antiqua consuetudine.' Eutrop.

[p] *Qua superiores*] Attentati fuerant scilicet a Maxentio. Supra.

[q] *Vulnere pestilenti*] Ulcere, unde vermes enati, uterque oculus putredine evulsus: carnes etiam ossibus suis deciderunt.

[r] *Lacu Pelsone*] Qui in Norico. 'Perso' vocatur a Plinio.

[s] *Provinciam*] Pannoniæ partem quæ inter Dravum et Danubium.

[t] *Quinquennii Imperium*] In annalibus tamen eum plus annis septem regnasse invenies.

[u] *Constantio annuum*] Immo biennii.

[x] *Naturæ officiis*] 'Naturæ officia' vocat quæ mox 'naturæ bona:' dona naturæ.

[y] *Ea Persarum regi Cyro*] Xenophon. *Φῦναι δὲ Κῦρος λέγεται, καὶ ᾄδεται ἔτι καὶ νῦν ὑπὸ τῶν βαρβάρων, εἶδος μὲν κάλλιστος, ψυχὴν δὲ φιλανθρωπότατος καὶ φιλομαθέστατος, ὥστε πάντα μὲν πόνον ἀνατλῆναι, πάντα δὲ κίνδυνον ὑπομεῖναι, τοῦ ἐπαινεῖσθαι ἕνεκα.* Id est, *dicitur Cyrus, hodieque a barbaris prædicatur, forma quidem pulcherrimum fuisse, animo vero humanissimum, dicendi etiam cupidissimum, ità ut, amore laudis, nullum non laborem exantlaret, omnibusque sese periculis objiceret.*

[z] *Constantinum*] *Constantium* legi

que astra votis omnium subvexere. 15. Qui profecto si munificentiæ atque ambitioni modum, hisque artibus statuisset, quis præcipue adulta ingenia gloriæ studio progressa longius in contrarium labuntur, haud multum abesset Deo. 16. Is[a] ubi vastari Urbem, atque Italiam comperit, pulsosque seu redemtos exercitus,[b] et Imperatores duos,[c] composita pace per Gallias, Maxentium petit. 17. Ea tempestate apud Pœnos Alexander[d] pro præfecto gerens, dominatui stolide incubuerat: cum ipse[e] debili ætate, agrestibus ac Pannonicis parentibus vecordior, milites, tumultuarieque quæsiti, armorum[f] vix medium haberetur. 18. Denique eum a tyranno[g] missi paucissimis cohortibus[h] Rufius Volusianus[i] præfectus prætorio, ac militares duces levi certamine confecere. 19. Quo victo, Maxentius Carthaginem, terrarum decus,[k] simul Africæ pulchriora vastari, diripi, incendique jusserat; ferus inhumanusque ac libidine multo tetrior. 20. Adhuc pavidus et imbellis, atque in desidiam fœde pronus, usque eo, ut, flagrante per Italiam bello, fusisque apud Veronam suis, nihilo segnius[l] solita curaret, neque patris exitio moveretur. 21. Namque Herculius natura impotentior, simul filii segnitiæ metuens, in-

comptum virtutibus malit Arntz.—15 '*Gloriæ studio*. Repono. Nam Ms. *gloriam*, corrupte; nisi *gloriarum* quis malit. Et mox *Rufius Volusianus* idem mendose.' *Schott*.—17 *Armorumque* malit Anna.—18 *Rufus* pro *Rufius* Schott. Gaesb. Delph. Pitisc.—20 *Nihilo sequius* legendum conj. Schott. probb.

NOTÆ

debere contendunt viri doctissimi Nicol. Faber, et Schottus; quod verum est; lege modo.

[a] *Is*] Constantius; sed ego aliquid turbatum esse arbitror; neque unquam apud ullum auctorem legi Constantium adversus Maxentium bellum gessisse.

[b] *Pulsosque seu redemtos exercitus*] Severi et Galerii.

[c] *Imperatores duos*] Pulsos seu redemtos, Severum et Galerium.

[d] *Alexander*] Natione Phryx. Zosim.

[e] *Ipse*] Maxentius.

[f] *Armorum*] Melius, si legas *armorumque*.

[g] *A tyranno*] Maxentio.

[h] *Paucissimis cohortibus*] Subauditur 'cum.'

[i] *Rufius* [*Rufus*] *Volusianus*] 'Ρούφιον Βολουσιανὸν vocat Zosim. *Rufium Volusianum*.

[k] *Carthaginem, terrarum decus*] Non mirum si scriptor Afer Carthaginem vocet 'decus terrarum.'

[l] *Nihilo segnius*] Optime Schottus *nihilo sequius*.

consulte imperium repetiverat. 22. Cumque specie officii [m] dolis compositis, Constantinum generum tentaret acerbe, jure tandem [n] interierat. 23. Sed Maxentius atrocior in dies, tandem Urbe in Saxa Rubra [o] millia ferme novem ægerrime progressus, cum cæsa acie fugiens semet Romam reciperet, insidiis, quas hosti apud pontem Milvium locaverat, in transgressu Tiberi interceptus est,[p] tyrannidis anno sexto. 24. Hujus nece incredibile quantum lætitia gaudioque senatus ac plebes exultaverint; quos in tantum afflictaverat, uti prætorianis cædem vulgi quondam annuerit, primusque instituto pessimo munerum specie [q] Patres aratoresque pecuniam conferre prodigenti sibi cogeret. 25. Quorum odio prætoriæ legiones ac subsidia [r] factionibus aptiora,[s] quam urbi Romæ, sublata penitus,[t] simul

Sylburg. Gruter. et Anna; improb. Arntz. *Segnius solito* Delph.—22 *Tamen* pro *tandem* malit Schott. Vide Not. Delph.—23 *Dum cæsa* Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. et mox eæd. *Milvium*. Tum *in transgressu Tiberis* conj. Sylburg.—24 *Numinum* pro *munerum* Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. '*munerum* ex conjectura Schotti, pro altero *numerum* vel *numinum*, rescripserunt Arntzen. et Grunerus.' *Harl.*—25 *Optiora* pro *aptiora* male in vet. lib. teste

NOTÆ

[m] *Specie officii*] Tanquam ipse se Constantino vellet conjungere, sic eum interficere conabatur.

[n] *Jure tandem*] Distingue, et lege, *tentaret, acerbe, jure tamen interierat.* Eutrop. 'Pœnas dedit justissimo exitu.'

[o] *Saxa Rubra*] Locus circa Tibur, novem mill. pass. ab Urbe distans. Hodie *Grotta Rossa*, ut aiunt.

[p] *Tiberi interceptus est*] Rupto ponte propter vim oneris. Zosim. Infra tamen Epitom. ait lapsu equi in profundum demersum.

[q] *Munerum* [*numinum*] *specie*] Vetus scriptura *numerum*: unde Schottus legebat *munerum specie*; quanquam dubitat. Neque enim primus Maxentius edixit, ut sibi munera omnes ordines conferrent. Jussere multis retro sæculis Augustus et Caligula, et alii, ut strenæ calendis Januariis sibi offerrentur. Sueton. Octav. cap. 57. Caligul. cap. 42. Hæc Schottus. Sed si *munerum* scripsisset Victor, non video cur institutum pessimum vocasset; retineo igitur *numinum*. Aliquando enim veteres numina solebant stipe venerari.

[r] *Ac subsidia*] Milites qui pro subsidio erant; urbanas cohortes, puto, intelligit.

[s] *Aptiora*] In al. *optiora*. Melius.

[t] *Sublata penitus*] Zosim. *ὁ Κωνσταντῖνος ὀλίγοις μέν τισι τῶν ἐπιτηδειοτάτων Μαξεντίῳ δίκην ἐπέθηκε· τοὺς δὲ πραιτοριανοὺς στρατιώτας ἐκτρίψας, καὶ τὰ φρούρια τὰ τούτους ἔχοντα καθέλων*, κ. τ. λ. id est, *Constantinus de paucis quibusdam Maxentio familiarissimis pœnas exegit; prætorianis militibus e medio sublatis, et castellis dirutis in quibus esse consueverant.*

arma atque usus indumenti militaris. 26. Adhuc cuncta opera, quæ magnifice construxerat, Urbis fanum atque Basilicam,[u] Flavii[x] meritis Patres sacravere. 27. A quo etiam post Circus Maximus excultus mirifice, atque ad lavandum institutum opus[y] ceteris haud multo dispar. 28. Statuæ locis quam celeberrimis, quarum plures ex auro, aut argenteæ sunt: tum per Africam sacerdotium decretum Flaviæ genti; Cirtæque oppido,[z] quod obsidione Alexandri ceciderat, reposito exornatoque, nomen Constantina inditum. 29. Adeo acceptius præstantiusque tyrannorum depulsoribus nihil est; quorum gratia eo demum auctior erit, si modesti atque abstinentes sint. 30. Quippe humanæ mentes, frustratæ boni spe, asperius offenduntur, cum, mutato rectore flagitioso, ærumnarum vis manet.

Schott.—28 *Constantiam* pro *Constantina* alii.—30 In fine *vi manet* vet. lib.

NOTÆ

[u] *Urbis fanum atque Basilicam*] De Urbis fano atque basilica a Maxentio constructis, nihil quicquam comperi: nisi Urbis fanum idem sit quod Veneris et Romæ templum dicebatur, in via sacra, de quo Prudentius contra Symmachum: inter singularia certe et digna admiratione loca, Urbis templum numerat Marcellinus.

[x] *Flavii*] Constantini.

[y] *Ad lavandum institutum opus*] Thermæ Constantini in Quirinalis descensu, septemtrionem versus, ex sententia Læti et Martiani. Eorum magnæ ruinæ, ædificia quædam quadrata, quædam rotunda, altissimis fornicibus extant: quorum unum per centum fere gradus ascendimus. *Fabricius.*

[z] *Cirtæque oppido*] Cirta Numidiæ urbs, ad Pagydam fluvium.

CAP. XLI.

CONSTANTINUS, LICINIUS, CRISPUS, CONSTANTINUS, LICINIANUS, CONSTANS, DALMATIUS, MAGNENTIUS, VETRANIO.

1. DUM hæc in Italiam geruntur, Maximinus ad Orientem, post biennii[a] augustum imperium fusus fugatusque a

NOTÆ

[a] *Post biennii*] Immo *post triennii.*

Licinio, apud Tarsum perit. 2. Ita potestas orbis Romani duobus[b] quæsita; qui quamvis per Flavii sororem[c] nuptam Licinio, connexi inter se erant, ob diversos mores tamen anxie triennium congruere quivere. 3. Namque illi[d] præter admodum magna cetera,[e] huic parsimonia, et ea quidem agrestis, tantummodo inerat. 4. Denique Constantinus cunctos hostes honore ac fortunis manentibus texit, recepitque; eo pius, ut etiam vetus veterrimumque[f] supplicium patibulorum et cruribus suffrigendis primus removerit. 5. Hinc pro conditore, seu Deo habitus. Licinio ne insontium quidem ac nobilium philosophorum servili more cruciatus adhibiti modum fecere. 6. Quo sane variis præliis pulso, cum eum prorsus opprimere arduum videretur, simul affinitatis gratia recepti consortio, ascitique imperio Cæsarum[g] communes liberi Crispus Constantinusque Flavio geniti; Licinianus Licinio. 7. Quod equidem vix diuturnum, neque his, qui assumebantur, felix fore, defectu solis fœdato iisdem mensibus die,[h] patefactum. 8. Itaque sexennio post rupta pace apud Thracas Licinius pulsus Chalcedona[i] concessit. 9. Ibi ad auxilium sui Martiniano[k] in imperium cooptato, una oppressus est.[l] 10.

CAP. XLI. 1 *In Italia* Schott. Gaesb. Delph. Pitisc.—3 Ad verba *præter admodum*, vide Not. Delph.—4 *Teterrimumque* conj. Schott. pro *veterrimumque*.

NOTÆ

[b] *Duobus*] Constantino et Licinio.

[c] *Flavii sororem*] Constantiam.

[d] *Illi*] Constantino.

[e] *Præter admodum magna cetera*] Fœdatus locus. Legebat Schottus, *Præter modum magna cetera:* vel *præter modum magnificentia*. Sed non placet. Melius ut Sylburgius, *Præter admodum pauca magna cetera*.

[f] *Vetus veterrimumque*] Dubitabat Schottus an *teterrimumque:* 'sed non est insolens,' inquit, 'id ætatis auctoribus quasi per correctionem rem repetendo intendere, pro *etiam veterrimum*.' Constat autem ex sacris literis patibulorum supplicium veterrimum esse: de quo a Constantino sublato, vide Zozomenum Ecclesiast. Historiæ lib. I. cap. 8. Nicephorum lib. VII. c. 46. De crucifragio, quod etiam vetustissimum fuit, in literis sacris, et alibi sæpe.

[g] *Ascitique imperio Cæsarum*] Crispus, Constantinus, et Licinianus Cæsares facti A. U. 1067. post C. 315.

[h] *Defectu solis fœdato iisdem mensibus die*] Atqui eclipsis solis sequenti anno facta est, die sexta Julii.

[i] *Chalcedona*] In Bithynia ad Bosphorum.

[k] *Martiniano*] Qui ordinum palatinorum dux erat; Romani magis-

Eo modo respub. unius arbitrio geri cœpit, liberis Cæsarum nomina diversa[m] retentantibus: namque ea tempestate Imperatori nostro Constantio insigne Cæsaris datum. 11. Quorum cum natu grandior,[n] incertum qua causa,[o] patris judicio occidisset; repente Calocerus magister pecoris camelorum Cyprum insulam specie regni demens capessiverat. 12. Quo excruciato, ut fas erat, servili aut latronum more,[p] condenda urbe formidandisque[q] religionibus[r] ingentem animum avocavit, simul novando militiæ ordine.[s] 13. Et interea Gothorum Sarmatarumque[t] stratæ gentes; filiusque cunctorum minor, Constans nomine, Cæsar fit. 14. Cujus gratia reipublicæ permixtionem[u] fore ostentorum mira prodidere: quippe ea nocte, quæ commissi imperii diem sequebatur, igni continuo cœli facies conflagravit.

—9 *Ad imperium* Delph.—10 *Diverse* pro *diversa* conj. Anna.—11 '*Demens capessiverat.* Vetus lectio *compesciverat*, mendose: post paulo forte legendum, *formandisque religionibus*.' Schott.—12 *Formandisque* pro *formidandisque* prob. Harl. Vide Not. Delph. Mox *novandæ* omnes præter Gruner. et Bip.—

NOTÆ

trum officiorum vocant. Vide Zosim.

[l] *Una oppressus est*] Zosimus scribit Licinium et Martinianum Chalcedone fugatos Nicomediam petiisse, ibique obsessos Constantino se dedidisse: ubi Martinianus occisus, Licinius Thessalonicam ablegatus; sed ei paulo post contra fidem laqueo vita ademta.

[m] *Cæsarum nomina diversa*] Forsan, *Liberis Cæsarum nomina diverse retentantibus*.

[n] *Natu grandior*] Crispus nomine.

[o] *Incertum qua causa*] Vide Zosim. lib. II.

[p] *Servili aut latronum more*] Cruci suffixum fuisse videtur innuere quod servorum et latronum supplicium fuit: Hieronymus tamen scribit vivum combustum.

[q] *Condenda urbe formidandisque*] Legerem, *Condendæ urbi, formidandisque religionibus ingentem animum avocavit, simul novando militiæ ordini*: hoc est, animum applicuit urbi condendæ, &c. Locum autem huic urbi inter Troadem et vetus Ilium elegit, fundamenta jecit, et muri partem aliquam in altum egit; sed cum eum facti pœnituisset, Byzantium concessit; eam amplificavit. Vide Zosim.

[r] *Formidandisque religionibus*] Adulatorie hæc dicit Victor, ut alia bene multa: produnt enim historici Constantinum res divinas proculcasse; vide Zosim. Ceterum *formidandis* dixit vocabulo religionibus accommodato.

[s] *Novando* [*novandæ*] *militiæ ordine*] Lege *Novando*. Zosimum vide, qui militiam a Constantino corruptam scribit.

[t] *Gothorum Sarmatarumque*] Vide Zosim. et Cedrenum.

[u] *Permixtionem*] Σύγχυσιν, *confusionem*.

15. Abhinc consumto fere biennio, fratris filium, cui ex patre Dalmatio nomen fuit,[x] Cæsarem jussit, assistentibus valide militaribus. 16. Ita anno imperii tricesimo secundoque,[y] cum totum orbem tredecim tenuisset,[z] sexaginta natus atque amplius duo,[a] in Persas tendens, a quis bellum irrumpere acceperat, rure proximo Nicomediæ, Achyronam[b] vocant, excessit: cum ad id tetrum sidus regnis, quod crinitum vocant, portendisset. 17. Funus relatum in urbem sui nominis:[c] quod sane P. R. ægerrime tulit; quippe cujus[d] armis, legibus, clementi imperio, quasi novatam urbem Romanam arbitraretur. 18. Pons per Danubium ductus; castra castellaque[e] pluribus locis commode posita. 19. Remotæ olei frumentique adventitiæ præbitiones, quibus Tripolis ac Nicæa[f] acerbius angebantur. 20. Quas res[g] superiores,[h] Severi imperio gratantes, civi[i]

16 '*Acceperat:* hoc est 'audierat:' quare non admittenda est conjectura Schotti *occœperat.*' Harl. Mox delendam præpositionem *ad* ante *id tetrum*, judicat Schott. et cum Gaesb. Delph. Pitisc. in uncis includit.—20 '*Quæ res.* Locus spurce contaminatus. Ita scripsit Victor, *quas res;* scilicet præbitiones: superiores Tripolitani civi Severo obtulerant: erat enim Lepti oriundus sup. nisi forte mavis *quorum superiores;* Tripolitani videlicet.' *Schott.* *Quæ res* etiam Gaesb. Delph. Pitisc. Arntz. Mox '*Alteros M. Boi-*

NOTÆ

[x] *Cui ex patre Dalmatio nomen fuit*] Vocabatur tamen pater ejus *Anabalianus.* Forsan *Dalmatius Anabalianus.*

[y] *Tricesimo secundoque*] Atqui imperavit tantum annis 30. mensibus novem, diebus 27. mortuus A. U. 1089. post C. 337. die Maii 22.

[z] *Cum totum orbem tredecim tenuisset*] Id est, cum solus imperasset annis tredecim; et verum est.

[a] *Sexaginta natus atque amplius duo*] Alii dicunt annis natum 66. Verius.

[b] *Achyronam*] Villam publicam vocat Victor. Nicomediæ enim positam villam suam publicam habebat Constantinopolis, ut Roma suam extra Urbem.

[c] *In urbem sui nominis*] Constantinopolim.

[d] *Quippe cujus*] Adulatorie hæc omnia.

[e] *Castra castellaque*] His plane contraria scribit Zosim. qui ait oppida et castella quæ a Diocletiano in limitibus ubique posita fuerant, a Constantino sublata; præsidiaque in oppidis minime eorum egentibus collocasse.

[f] *Tripolis ac Nicæa*] Tripolis in Africa, Nicæa in Bithynia.

[g] *Quas* [*quæ*] *res*] Lege cum Schotto et Casaubono *quas res:* frumentum scilicet et oleum.

[h] *Superiores*] Tripolitani.

[i] *Civi*] Severo: qui Lepti Tripolitana oriundus, ut supra. Inde Severus in epistola quæ apud Capitolinum extat: 'Ego,' inquit, 'populo

obtulerant, verteratque gratiam muneris [k] in perniciem posterorum dissimulatio. Alteros [l] Marcus Boionius [m] affixerat mulcta, quod Hipparchum præstanti ingenio indigenam fuisse ignoravissent.[n] Fiscales molestiæ [o] severius pressæ; cunctaque divino ritui paria viderentur, ni parum dignis ad publica [p] aditum concessisset. 21. Quæ quanquam sæpius accidere,[q] tamen in summo ingenio atque optimis reipublicæ moribus, quamvis parva vitia, elucent magis, eoque notantur facile; quin etiam acrius sæpe officiunt, cum ob auctoris decus in virtutes potissimum [r] acci-

onius. Ubi *Ceionius* quidam malunt; non sequor. Deinceps *gratiam muneris* germana lectio, ut opinor, non *muneribus*. [ut Schott. Gaesb. Delph. Pitisc.] Et mox *severius repressæ*, repugnante libro, excudi jusseram; si operæ imperium accepissent.' *Schott.* Præterea pro *fuisse ignoravissent* Gruter. conj. *fuste ignominiavissent*. Vide inf. Casauboni conjecturas.—21 *Quæ quanquam.*

NOTÆ

Rom. tantum olei detuli, quantum rerum natura vix habuit.'

k *Verteratque gratiam muneris* [*muneribus*] Lege cum Casaubono, *Verteratque gratiam muneris hujus in perniciem post. diss.* Ait posteriorum dissimulationem vertisse gratiam muneris illius in perniciem; nam posteri, hoc est Imperatores qui Severum secuti sunt, dissimulantes hanc præbitionem a Tripolitanis gratuito Severo fuisse oblatam, quasi debitam posthac exegerunt, multumque etiam adauxerunt.

l *Alteros*] Nicææ cives.

m *Marcus Boionius*] Marcus Antoninus Philosophus.

n *Quod Hipparchum præstanti ingenio ind. f. ig.*] Quis credat sævum adeo fuisse sapientissimum principum, ne dicam virorum, ut rei tam levis ignorantiam tam gravi pœna castigaret? An M. Tullium quisquam laudasset, si reperto Syracusis monumento Archimedis, quod indigenæ pridem ignorabant, publice in eos propterea postulasset animadverti? Id vero non minus dictu ineptum, quam factu futurum fuisset iniquum. Censeo scribendum *fustibus necavissent*; vel *fustigatum necavissent*; ut vestigia literarum propius sequamur. *Casaub.* Hipparchus autem Nicæus astrologus fuit; scripsit in Arati et Eudoxi phænomena, et de syntaxi stellarum fixarum: floruit sub Ptolemæo Philadelpho.

o *Fiscales molestiæ*] Sic vocat exactiones, quibus fiscus principis augebatur; sed vide Zosim. qui contraria plane scribit.

p *Ni parum dignis ad publica*] Hoc de Constante Constantini filio infra Epitomista: sed in Constantinum competere patet ex Zosim.

q *Quæ quanquam sæpius accidere*] Mihi hic aliquid deesse videtur, et sensus ridiculus efficitur. Lego, *Quæ quanquam haud sæpius accidere.* Sed forsan intelligit; quæ, quanquam sub aliis principibus sæpius accidere, tamen magis elucent in principe summo ingenio et optimis moribus.

r *Cum ob auctoris decus in virt. pot.*] Ita est: vitia eorum quos extra peccandi aleam positos putamus, gravius

piuntur, atque ad imitandum invitamento sunt. 22. Igitur confestim Dalmatius, incertum quo suasore,[s] interficitur; statimque triennio post[t] minimum maximumque, fatali bello Constantinus cadit.[u] 23. Qua Constans victoria tumidior, simul per ætatem cautus parum, atque animi vehemens, adhuc ministrorum pravitate execrabilis, atque præceps in avaritiam despectumque militarium, anno post triumphum decimo,[x] Magnentii scelere[y] circumventus est, externarum sane gentium compressis motibus. 24. Quarum obsides pretio quæsitos pueros venustiores quod cultius habuerat,[z] libidine hujusmodi arsisse pro certo habetur. 25. Quæ tamen vitia utinam mansissent: namque Magnentii, utpote gentis barbaræ,[a] diro atroque ingenio, simul his, quæ post accidere,[b] adeo extincta omnia sunt; ut illud imperium[c] haud injuria desideraretur. 26. Tum quia Vetranio[d] literarum prorsus expers,[e] et ingenio stolidior,

Vide Not. Delph.—25 '*Atroque*. Arntz. *tetroque*; Spanhem. *atrocique*; uterque præter rem conjecit.' *Harl.*—26 *Veteranio* est Eutropio et Ammiano: et vocalem intermediam esse ponendam censebat H. Vales. ad Ammian. xv. 1.

NOTÆ.

offendunt, dum virtutes putamus, eaque etiam quasi virtutes amplectimur.

[s] *Incertum quo suasore*] Immo suasore Eusebio Nicomediensi, qui Dalmatium ejusque patrem Anabalianum, quasi Constantinum interfecissent, criminatus est.

[t] *Triennio post*] Post mortem Constantini patris et cædem Dalmatii.

[u] *Cadit*] Non longe ab Aquileia, et in fluvium Alsam projectus.

[x] *Anno post triumph. dec.*] Post triumphum de fratre Constantino relatum.

[y] *Magnentii scelere*] Vide Zosim.

[z] *Quarum obsides pretio quæsitos pueros venustiores quod cultius habuerat*] Obsides electos forma eleganti palam fecimus ad Livii lib. II. cap. 18. *Turneb.*

[a] *Utpote gentis barbaræ*] Utpote qui esset e gente barbara: *γένος μὲν ἕλκων ἀπὸ βαρβάρων*. Zosim. 'Genus a barbaris ducens. Vide Epitom.

[b] *Simul his, quæ post accidere*] Magnentianorum cum Potentiano pugnas intellige; de quibus infra.

[c] *Illud imperium*] Constantis scilicet. Ait diro atroque ingenio Magnentii utpote barbari, atque iis quæ post evenere, ita corrupta atque extincta omnia fuisse, ut non immerito Constantis imperium, quamvis fœdum, desideraretur.

[d] *Vetranio*] Βετρανίων. Zosim. 'Vetrarionem' Eutrop.

[e] *Literarum prorsus expers*] Eutrop. 'Virum probum ac morum veterum, ac jucundæ civilitatis; sed omnium liberalium artium expertem adeo, ut ne elementa quidem prima literarum, nisi grandævus, et jam Imperator acceperit.'

idcircoque agresti vecordia pessimus, cum per Illyrios peditum magisterio [f] milites curaret, dominationem, ortus Mœsiæ superioris locis squalidioribus, improbe occupaverat.

NOTÆ

[f] *Cum per Illyrios peditum magisterio*] Pannoniorum exercituum ducem vocat Zosim. peditum magister qualis erat magister equitum.

CAP. XLII.

CONSTANTIUS, NEPOTIANUS, DECENTIUS, PATRICIUS, SILVANUS, JULIANUS.

1. Eum Constantius cis mensem decimum, facundiæ vi dejectum imperio [g] in privatum otium removit. 2. Quæ gloria post natum imperium, soli processit eloquio, clementiaque. 3. Nam cum magna parte utrimque exercitus convenissent, habita ad speciem judicii concione, quod fere vix aut multo sanguine obtinendum erat, eloquentia patravit. 4. Quæ res satis edocuit non modo domi, verum militiæ quoque dicendi copiam præstare; [h] qua demum vel ardua proclivius eo conficiuntur, si modestia atque integritate superet. 5. Quod maxime cognitum e nostro principe: [i] quem tamen, quo minus statim in hostes alios

Cap. xlii. 1 '*Facundiæ vi.* Ita scribendum. Vetus male *facundi avi.*' Schott.—3 *Vi* pro *vix*, et mox *paravit* pro *patravit* conj. Arntz.—4 *Restare* pro

NOTÆ

[g] *Facundiæ vi dejectum imperio*] Hæc aliter paulo Zosim. qui ait Constantium, ne cum duobus ei dimicandum foret, ad Vetranionem legatos misisse amicitiam petentes, simulque ut in unum copiæ cogerentur, et publicum de gerendo adversus Magnentium bello consilium caperent. His deceptus Vetranio ad Constantium venit; una in solium ad hoc paratum ascendit. Constantius milites prior alloquitur, qui confestim exutum purpura Vetranionem solio deturbant, ut privatus viveret; eique Constantius in Bithynia viventi victum assignavit.

[h] *Præstare* [*restare*] Pro 'resistere,' ut puto. Immo legendum *præstare*, ut in al.

[i] *Quod maxime cognitum e nostro principe*] A quo tamen modestiam et integritatem longe abfuisse testatur Zosim.

ad Italiam contenderet, hyems aspera, clausæque Alpes[k] tardavere. 6. Interim Romæ corrupto vulgo, simul Magnentii odio, Potentianus,[l] materna stirpe Flavio propinquus, cæso Urbi præfecto, armataque gladiatorum manu, Imperator fit. 7. Cujus stolidum ingenium adeo plebi Romanæ Patribusque exitio fuit, uti passim domus, fora, viæ, templaque cruore ac cadaveribus opplerentur, bustorum modo.[m] 8. Neque per eum tantum, verum etiam, advolantibus Magnentianis;[n] qui tricesimo die, triduo minus, hostem perculerant. 9. Sed jam antea, cum externi motus suspectarentur, Magnentius fratri Decentio Gallias, Constantius Gallo,[o] cujus nomen suo mutaverat, Orientem, Cæsaribus commiserant. 10. Ipsi[p] inter se acrioribus præliis per triennium congressi, ad extremum Constantius fugientem in Galliam persecutus vario ambos[q] supplicio semet adegit interficere. 11. Et interea Judæorum seditio, qui Patricium nefarie in regni specie[r] sustulerant, oppressa.[s] 12. Neque multo post ob sævitiam atque animum trucem,[t] Gallus Augusti jussu interiit. 13. Ita longo intervallo annum fere post septuagesimum,[u] relata ad unum cura reipublicæ. 14. Quæ recens[x] quieta a civili trepidatione,

præstare Schott. G. D. P.—6 'Pro *Potentianus* scribendum esse *Nepotianus*, cujus mater fuit Eutropia, Constantini M. soror, cognoscimus ex Zosimo II. 43. et Eutrop. X. 6.' *Harl.* Mox *cæso Urbis* Delph.—8 *Magnianis* pro *Magnenti-*

NOTÆ

[k] *Clausæque Alpes*] Nivibus scilicet.

[l] *Potentianus*] Aliis vocatur 'Nepotianus:' Constantini ex sorore Eutropia nepos fuit. Zosim.

[m] *Bustorum modo*] Ad busta enim virorum principum, gladiatorum paria ad mutuam necem depugnabant.

[n] *Magnentianis* [*Magnianis*] Lege *Magnentianis:* id est, qui Magnentii partes sequebantur. *Schott.*

[o] *Gallo*] Patrueli suo.

[p] *Ipsi*] Constantius et Magnentius.

[q] *Ambos*] Magnentium et Decentium. Vide infra in Epitom.

[r] *In regni specie*] Melius *in regni speciem.*

[s] *Oppressa*] Per Gallum Cæsarem.

[t] *Ob sævitiam atque animum trucem*] Eutrop. de Gallo: 'Vir natura ferus, et ad tyrannidem pronior, si suo jure imperare licuisset.'

[u] *Annum fere post septuagesimum*] Ab excessu Cari Imperatoris usque ad mortem Magnentii, hoc est per annos 69. fere semper penes duos Imperatores potestas fuit.

Silvano[y] in imperium coacto, tentari rursus occœperat. 15. Is namque Silvanus in Gallia ortus, barbaris parentibus, ordine militiæ, simul a Magnentio ad Constantium transgressu, pedestre ad magisterium adolescentior[z] meruerat. 16. E quo dum altius per metum seu dementiam conscendisset, legionum, a quis præsidium speraverat, tumultu, octavum circa ac vicesimum diem trucidatus est. 17. Qua causa ne quid apud Gallos natura præcipites[a] novaretur, præsertim Germanis pleraque earum partium populantibus; Julianum[b] Cæsarem, cognatione acceptum sibi, Transalpinis præfecit;[c] isque nationes feras brevi subegit,[d] captis famosis[e] regibus. 18. Quæ quanquam vi ejus, fortuna principis tamen et consilio[f] accidere. 19. Quod[g]

anis Schott. G. D. P.—10 *Varie ambos* eæd.—15 '*Ad magisterium. Ad* offendit: an loco *meruerat* scriptum erat *pervenerat*; aut *ordine militiæ meruerat...pedestre ad mag. adol. pervenerat?*' Harl. Paulo supra *transgressus* Delph.—18 '*Quæ quanquam, &c.* Veram Freinshemii conjecturam ad Curtium v. 9. 4. rescripsit Grunerus, quem secutus sum. 'Vis' est efficacia in bello, virtus, et opponitur 'consilio:' fortuna vero tribuitur illi, penes quem sunt auspicia, Imperatori. Vulgo legebatur, *quæ quanquam in ejus fortuna, principis tamen et consilio accidere:* [ut Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. Arntz.] de formula 'suo ductu atque auspicio' vide Perizonii Animadverss. Histor. cap. VII. p. 270.

NOTÆ

[x] *Recens*] Adverbialiter.

[y] *Silvano*] Vide Ammianum lib. XV.

[z] *Pedestre ad magisterium adolescentior*] Vel abundat præpositio *ad*; vel subintelligendum 'admoveri,' vel simile quid. Pedestre autem magisterium est magisterium peditum; de quo supra.

[a] *Apud Gallos natura præcipites*] Vopisc. initio Saturnini Gallos vocat 'gentem hominum inquietissimam, et avidam semper, vel faciendi principis, vel imperii.'

[b] *Julianum*] Galli fratrem, patruelem suum.

[c] *Præfecit*] A. U. 1108. post C. 356.

[d] *Nationes feras brevi subegit*] Eutrop. 'A quo modicis copiis apud Argentoratum Galliæ urbem, ingentes Alamannorum copiæ extinctæ sunt, rex nobilissimus captus.'

[e] *Famosis*] Nobilibus, inclytis. Chonodamarium et Vadomarium intelligit. Vide Ammianum.

[f] *Quæ quanquam vi ejus, fortuna principis* [*in ejus fortuna, principis*] *tamen et consilio*] Nihil mutandum. Ait hæc omnia, etsi in fortuna Juliani acciderint, tamen et consilio principis Constantii accidisse.

[g] *Quod*] Consilium. Ut ostendat consilium fortunam antecellere, Tiberii et Galerii exempla proponit, qui, dum aliorum consiliis paruerunt, egregia pleraque moliti sunt; suo autem ductu multo minora. Tiberius quidem privatus Augusti auspiciis Rhæticum Vindelicumque bellum, Pannonicum, Germanicumque, aliaque felicissime gessit: Galerius au-

adeo præstat, ut Tiberius Galeriusque subjecti aliis egregia pleraque, suo autem ductu atque auspicio minus paria experti sint. 20. At Julius Constantius annos tres atque viginti [h] Augustum imperium regens, dum externis motibus, modo civilibus exercetur, ægre [i] ab armis abest. 21. Quis tyrannide tantorum depulsa, sustentoque interim Persarum impetu, genti Sarmatarum magno decore,[k] considens apud eos, regem dedit. 22. Quod Cnæum Pompeium in Tigrane [l] restituisse,[m] vixque paucos majorum [n] fecisse, comperimus. 23. Placidus clemensque pro negotio; literarum ad elegantiam prudens; atque orandi genere leni jucundoque; laboris patiens, ac destinandi sagittas mire promtus; cibi omnis, libidinis, atque omnium cupidinum victor; cultu genitoris satis pius, suique nimis custos: gnarus vita bonorum principum reipublicæ quietem regi. 24. Hæc tanta, tamque inclyta, tenue studium probandis provinciarum ac militiæ rectoribus, simul ministrorum parte maxima absurdi mores, adhuc neglectus boni cujusque fœdavere. 25. Atque uti verum absolvam brevi, ut Imperatore

sqq. ed. Altenburg.' *Harl.*—20 *Cum externis* Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. Plenius et dilucidius legendum putat Sylburg. probb. Gruter. et Harl. *modo extern. mot. modo civil.*—21 Schott. malit *dedecore* improbb. omnibus.—22 '*Tig. restituisse.* Placet auspicio Freinshemii ad Florum IV. 12. 43. *instituisse.* Schottus malebat *præstitisse* vel potius *restituendo.*' Harl. Magis in-

NOTÆ

tem Cæsar Diocletiani auspiciis Achilleum vicit, Alexandriam cepit, Narsen fugavit, bellum Persicum confecit.

[h] *Annos tres atque viginti*] Post mortem patris; nam duodecim cum patre imperaverat.

[i] *Ægre*] Vix: et revera nunquam ab armis quietus fuit Constantius.

[k] *Magno decore*] Nescio quomodo doctissimo Schotto venire in mentem potuit, legendum esse *magno dedecore;* aperte contra mentem auctoris, qui ait magno decore a Constantio regem Sarmatis impositum.

[l] *Quod Cnæum Pompeium in Tigrane*] Florus, lib. III. c. 5. 'Cnæus interim Magnus rebelles Asiæ reliquias sequens, per diversa gentium terrarumque volitabat. Nam sub Orientem secutus Armenios, captis ipso capite gentis Artaxatis, supplicem jussit regnare Tigranem.'

[m] *Restituisse*] Malim cum Schotto *præstitisse.*

[n] *Vixque paucos majorum*] De Augusto vide Sueton. c. 21. et Tiberio idem c. 9. 'Ducto ad Orientem exercitu, regnum Armeniæ Tigrani restituit, ac pro tribunali diadema imposuit.' De Nerone qui Tiridati diadema imposuit Sueton. c. 13.

ipso clarius, ita apparitorum [o] plerisque magis atrox nihil.

clinat Gruter. ut putet totam vocem manasse ab ingenio librarii.—25 '*Clarius.* Ita vetus liber: quid si *præclarius*, quod τῷ *atrox* opponi queat? sed illa non inusitata id ætatis scriptoribus loquendi forma, pro 'melius,' 'humanius.'' *Schott.*

NOTÆ

[o] *Apparitorum*] Hic apparitores dicit quos supra ministros vocavit.

DE

VITA ET MORIBUS[a]

IMPERATORUM ROMANORUM,

EXCERPTA EX LIBRIS

SEXTI AURELII VICTORIS

A CÆSARE AUGUSTO USQUE AD THEODOSIUM IMPERATOREM.

CAP. I.

OCTAVIANUS AUGUSTUS.

1. ANNO Urbis conditæ septingentesimo vicesimo secundo,[b] ab exactis vero regibus quadringentesimo octogesimoque,[c] mos Romæ repetitus uni prorsus parendi, pro rege Imperatori, vel sanctiori nomine Augusto appellato. 2. Octavianus igitur patre Octavio senatore genitus, maternum genus ab Ænea per Juliam familiam[d] sortitus,

CAP. I. 1 '*Anno Urbis . . . Augusto appellato.* Hæc non sunt in Cassiani vetusto codice, qui sic incipit: *Octavianus patre Octavio senatore, &c.*' Vinetus. Neque apparent illa verba in Leid. 2. teste Arntz. Præterea pro *sanctiori* habet ed. Laurentii Abstemii quæ est Augustæ edita, *severiori*; improb. Schott.—2 *Per Julianam* legebatur ante Vinet. ap. quem vet. lib.

NOTÆ

[a] *De vita et moribus*] In Ms. codice scriptum erat, ut testatur doctissimus Schottus, *Incipit libellus de vita et moribus Imperatorum breviatus ex libris Sex. Aur. Victor. a Cæsare Augusto usque ad Theodosium.*

[b] *Septing. vic. sec.*] Vide in Cæsar.

[c] *Quadringentesimo octogesimoque*] Desunt circiter anni duo. Reges exacti anno mundi 3442. Augustus pugnavit ad Actium an. 3919. et ab Actiaca victoria Augusti imperium orditur Epitomista Victorem secutus.

[d] *Ab Ænea per Juliam familiam*] Nam Augustus matrem habuit Attiam filiam Juliæ, sororis C. Cæsaris, et sic maternum genus ad Æneam referebat.

adoptione vero Caii Cæsaris majoris avunculi,[e] Caius Cæsar dictus, deinde ob victoriam Augustus cognominatus est. 3. Iste in imperio positus, tribunitiam potestatem per se[f] exercuit. 4. Regionem Ægypti, inundatione Nili accessu difficilem, inviamque paludibus, in provinciæ formam redegit. 5. Quam ut annonæ Urbis[g] copiosam efficeret, fossas, incuria vetustatis limo clausas, labore militum patefecit. 6. Hujus tempore ex Ægypto Urbi annua ducenties centena millia[h] frumenti inferebantur. 7. Iste Cantabros[i] et Aquitanos,[k] Rhætos, Vindelicos, Dalmatas[l] numero provinciarum populo Romano adjunxit: Suevos

habet *Julam;* ut Leid. 2.—3 'In Leid. 1. est *iste inperio positus;* unde facile fieret *iste imperio potitus:* sed potest defendi altera lectio a Curtio lib. VI. cap. 10. § 25.' *Arntz.*—4 '*Regionem Ægypti.* Perturbatus locus; quem si libri Mss. paterentur, sic reponerem ex Suetonii cap. 18. unde, ut plerique, transcriptus est, *in provinciæ formam redactam, ut annonæ, &c.* vel illa, *inundatione Nili accessu difficilem inviamque paludibus,* sic collocanda: *quam inundatione Nili accessu difficilem inviamque paludibus ut annonæ.* De Ægypto Romanorum horreo multa geographi.' *Schott.* improb. Arntz.—6 '*Millia frumenti.* Et hic locus offendit viros etiam eruditissimos. Etenim Lipsius ad Tacitum Ann. VI. cap. 13. ita supplet, *millia modium frumenti.* Paulo aliter Gruterus in margine sui libri, *millia modia frumenti;* de qua tamen constructione vide Gland. ad Hirtii Bell. Afric. cap. 36. § 2. et summum Gronovium de Pecun. Vet. lib. I. cap. 7. Sed tales conjecturæ hoc loco non requiruntur. Aliam etiam medicinam adhibet Lipsius de Magn. Rom. II. 10. Cum credat hanc frumenti copiam fidem veri superare, rescribit *ad centies centena millia.*' Arntz.—7 '*Rætos.* Alii *Rhætos;* Pithœi codex [et Ald.] *Rethos* scribit; Floriacensis *Rhetos:* et mox, *provinciarum numero populo Romano conjunxit.* Lege Suetonium cap. 21.' *Schott.* *Conjunxit* omnes præter Gruner. Mox

NOTÆ

[e] *Majoris avunculi*] Melius Victor supra in Cæsar. 'Magni avunculi.' Et revera sic est: Augustus enim matrem habuit Attiam filiam Juliæ, sororis Julii Cæsaris. Avunculus autem, matris frater avunculi avunculus, magnus avunculus; et magni avunculi avunculus, major avunculus dicebatur. Eundem errorem erravit Sueton. c. 7.

[f] *Per se*] Collegam tamen semel atque iterum sumsit. Supra in Cæsar.

[g] *Annonæ Urbis*] *Annonæ* in dandi casu; id est, 'ad annonam.' De hoc Sueton. c. 18. 'Ægyptum in provinciæ formam redactam, ut feraciorem habilioremque annonæ urbicæ redderet; fossas omnes in quas Nilus exæstuat, oblimatas longa vetustate, militari opere detersit.'

[h] *Ducenties centena millia*] 'Modiorum' scilicet. Modius autem paulo plus minusve Romanis pendit 25. libras.

[i] *Cantabros*] In Hispania.

[k] *Aquitanos*] Aquitania Galliæ pars; *Guyenne.*

[l] *Rhætos, Vindelicos, Dalmatas*] Rhæti et Vindelici vicini populi ad Alpes degunt: Dalmatæ, in Illyrico ad mare Adriaticum.

Cattosque delevit;[m] Sicambros[n] in Galliam transtulit. Pannonios stipendiarios[o] adjecit. Getarum populos,[p] Basternasque,[q] lacessitos bellis, ad concordiam compulit. 8. Huic Persæ obsides obtulerunt,[r] creandique regis[s] arbitrium permiserunt. 9. Ad hunc Indi, Scythæ, Garamantes, Æthiopes legatos cum donis miserunt. 10. Adeo denique[t] turbas, bella, simultates execratus est, ut, nisi justis de causis,[u] nunquam genti cuiquam bellum indixerit. 11. Jactantisque esse ingenii et levissimi dicebat, ardore triumphandi, et ob lauream coronam, id est, folia infructuosa, in discrimen per incertos eventus certaminum securitatem civium præcipitare: 12. neque imperatori bono[x] quic-

Augustana ed. del. *delevit* prob. Schott. Vide Not. Delph. 'Neque ulla est in nostris Mss. vel editis variatio. Sed *Sygambros* habet Guelf. *Frigambros* Leid. 1. *Sigambros* Leid. 2. et simili modo solet fere ubique variari. Torrent. ad Horat. Od. IV. 11. vs. 36. et Duk. ad Flor. IV. 12. § 25.' *Arntz.* Infra '*stipendiarios* pro olim vulgato *stipendiariis* [quod Ald. Schott. Gaesb. Delph. Pitisc.] bene defendunt Arntzen. et Gruner. Ceterum in Guelf. 2. legitur *Pannonias stipendiarias*: non inepte.' *Harl.*—8 *Creandique reges* edidit Arntz. e consensu Mss. ap. Schott. et e Veronensi ed.—10 *Adeo namque turbas* edd. ante Schott. et mox *intulerit* pro *indixerit* olim legebatur.—11 *Jactantis ingenii et levis esse dicebat* Leid. 2.—12 '*Quicquid*

NOTÆ

[m] *Suevos Cattosque delevit*] Per privignum suum Claudium Drusum. Vide Florum lib. IV. cap. 7. Suevi et Catti Germaniæ populi.

[n] *Sicambros*] Sueton. c. 21. 'Suevos et Sicambros dedentes se traduxit in Galliam, atque in proximis Rheno agris collocavit.' Quo loco deceptus vir doctissimus putavit delendam superiorem vocem *delevit*, et *Suevos* ad *transtulit* referendam: sed apud Suetonium pro *Suevos* legendum esse *Ubios*, jam diu est cum probavit doctissimus Casaub.; neque Suevos in Galliam translatos apud ullum veterum vel geographorum vel historicorum leges. Sed Sicambros et Ubios, qui ambo ad latus Rheni Teutonicum olim siti, perpetuisque Suevorum incursionibus vexati, transduci faciles fuere.

[o] *Pannonios stipendiarios* [*stipendiariis*] Melius *stipendiarios*; ut Mss. Pannonii in Illyria. Eos Augustus per Tiberium subegit.

[p] *Getarum populos*] Supra Dalmatiam; in his Daci.

[q] *Basternasque*] Supra Dacos degunt.

[r] *Persæ obsides obtulerunt*] De Parthis Sueton. c. 21. 'Obsidesque insuper obtulerunt: denique pluribus quondam de regno concertantibus, non nisi ab ipso electum comprobaverunt.'

[s] *Creandique regis*] Tacit. Annal. XII. 'Experimento cognitum est barbaros malle Roma petere reges quam habere.'

[t] *Adeo denique* [*namque*] Lege *Adeo denique*; ut in Mss.

[u] *Ut, nisi justis de causis*] Sueton.

quam minus quam temeritatem congruere: satis celeriter fieri, quicquid commode gereretur: 13. armaque,[y] nisi majoris emolumenti spe, nequaquam movenda esse: ne compendio tenui, jactura gravi petita victoria similis sit hamo aureo piscantibus; cujus abrupti amissique detrimentum nullo capturæ lucro pensari potest. 14. Hujus tempore[z] trans Rhenum[a] vastatus est Romanus exercitus,[b] atque tribuni et proprætor. Quod in tantum accidisse perdoluit,[c] ut cerebri valido incursu parietem pulsaret, veste capilloque, ac reliquis lugentium indiciis deformis. 15. Avunculi[d] quoque inventum vehementer arguebat, qui milites commilitones,[e] novo blandoque more appellans, dum

commodo geritur. Mss. *gereretur;* et Augustana ed. *quod*. Iidem scribunt, ut et Veron. *Majoris æmolomenti spe.*' Schott.—13 ' Veronensis lib. *emolomenti spe*. Sunt, qui putant etiam legi posse, *Majoris molimenti causa*, ut apud Just.' *Sylburg*. *Causa* etiam pro *spe* Ald. Schott. Gaesb. Delph. Pitisc.—14 Post *proprætor* add. *cæsus* Ald. Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. quæ tamen vox abfuit ab omnibus Mss. ap. Schott. et Arntz. *Exercitus, tribuni, et prætores* Leid. 2. Mox '*accidisse* (quod edd. Schotti aliæque omittunt,) et *incursu* (quod voc. dicitur de omnibus, in quibus impetus vehementior et aliquis furor est,) bene vindicarunt atque copiose illustrarunt Arntz. ac Gruner. *incussu* [ut Schott. Gaesb. Delph. Pitisc.] alii libb.' *Harl*. *Accidisse* et *incursu* Mss. ap. Schott. et fere omnes ap. Arntz. Basilienses edd. Frobenii et Andr. Cra-

NOTÆ

c. 21. ' Nec ulli genti sine justis et necessariis causis bellum intulit.'

[x] *Neque imperatori bono*] Sueton. cap. 25. ' Nihil autem minus in perfecto duce quam festinationem, temeritatemque convenire, arbitrabatur; crebro itaque illa jactabat, *σπεῦδε βραδέως*; 'Ασφαλὴς γὰρ ἐστ' ἀμείνων, ἢ θρασὺς στρατηλάτης· et, sat celeriter fieri, quicquid fiat satis bene.'

[y] *Armaque*] Sueton. ibid. ' Prælium quidem aut bellum suscipiendum omnino negabat, nisi cum major emolumenti spes, quam damni metus ostenderetur. Nam minima commoda non minimo sectantes discrimine, similes aiebat esse aureo hamo piscantibus; cujus abrupti damnum nulla captura pensari posset.'

[z] *Hujus tempore*] A. U. 762. imperii sui 40.

[a] *Trans Rhenum*] In Germania.

[b] *Romanus exercitus*] Cui præerat Quintilius Varus.

[c] *Quod in tantum accidisse perdoluit* [*in tantum perdoluit*] Nota Latinitatem: *in tantum* pro ' adeo.' Sueton. XXIII. ' Adeo namque consternatum ferunt, ut per continuos menses barba capilloque summisso, caput interdum foribus illideret, vociferans, Quintili Vare! redde legiones: diemque cladis quotannis mœstum habuerit ac lugubrem.'

[d] *Avunculi*] Cæsaris.

[e] *Milites commilitones*] Sueton. Cæsar. cap. 67. ' Nec milites eos pro concione, sed blandiori nomine commilitones appellabat.' Id Augustus

affectat carior fieri, auctoritatem principis emolliverat. 16. Denique erga cives clementissime versatus est. 17. In amicos fidus extitit: quorum præcipui erant ob taciturnitatem Mæcenas, ob patientiam[f] laboris modestiamque Agrippa. Diligebat præterea Virgilium. 18. Rarus quidem[g] ad recipiendas amicitias, ad retinendas constantissimus. 19. Liberalibus studiis, præsertim eloquentiæ, in tantum incumbens, ut nullus, ne in procinctu quidem,[h] laberetur dies, quin legeret, scriberet, declamaret. 20. Leges alias novas, alias correctas[i] protulit suo nomine. 21. Auxit ornavitque Romam ædificiis multis,[k] isto glorians dicto, Urbem lateritiam[l] reperi, relinquo marmoream. 22. Fuit mitis, gratus, civilis[m] animi et lepidi, corpore toto pulcher, sed oculis magis. 23. Quorum aciem clarissi-

tandri. Præterea *veste, capillo ac reliquis* Leid. 2.—19 *Nullus* non habet vet. cod. ap. Vinet. nec Leid. 2. ap. Arntz. Tum *dictaret* pro *declamaret* vet. cod. ap. Vinet. cum Leid. 2.—20 '*Suo nomine* ut glossema expungere malebat Boecler. ad Vell. Paterc. lib. II. cap. 89. § 4. Sed vult eas leges 'Julias' esse dictas, ut norunt tirones. *Leges alias aliis correctis prot.* volebat Lugd. 1.' *Arntz.*—22 '*Civilis animi, lepidi.* Male vulgo distinguunt *Civilis, animi lepidi:* [ut Delph. qui cum Schott. Gaesb. Pitisc. *τὸ et* omittit.] *Civilis animi, et lepidi* libri veteres.' *Schott.* 'Et omnes editi et scripti præter Leid. 2. Mox *magnis* pro *magis* editio altera Gryphii.' *Arntz.*—23

NOTÆ

imitari noluit. Suet. cap. XXV.

[f] *Ob taciturnitatem M. ob patient. &c.*] Tacit. lib. III. Mæcenatem præcipuum olim fuisse dicit cui secreta imperatoris inniterentur. Agrippam vero virtute, labore, vigilia, periculo invictum vocat Patercul. ambobus tamen aliquando virtutes suæ defuere. Sueton. cap. 66. 'Desideravit enim' (Augustus) 'nonnunquam, ne de pluribus referam, et M. Agrippæ patientiam, et Mæcenatis taciturnitatem,' &c.

[g] *Rarus quidem*] Sueton. cap. 66. 'Amicitias neque facile admisit, et constantissime retinuit.'

[h] *Ne in procinctu quidem*] Hoc est, cum militaribus negotiis intentus. In procinctu esse dicuntur qui ad pugnam parati, et cincti sunt. Sueton. cap. 84. 'Mutinensi bello, in tanta mole rerum, et legisse, et scripsisse, et declamasse quotidie traditur.'

[i] *Leges alias novas, alias correctas*] Ut Juliam sumtuariam, de adulteriis, de ambitu, de maritandis ordinibus. Vide Sueton. cap. 29.

[k] *Ædificiis multis*] Præcipua; Forum cum æde Martis ultoris; templum Apollinis in Palatio; ædes tonantis Jovis in Capitolio. Vid. Sueton. cap. 29.

[l] *Urbem lateritiam*] Vide Sueton. cap. 29. Allusit Augustus ad antiquissima Romanorum ædificia, de quibus Varro *ταφῇ Μενίππου.* 'Antiqui nostri domibus lateritiis paulum modo lapidibus suffundatis, ut humorem effugerent, habitabant.' Et hoc Augusti dictum Dio non ad Urbis ornatum, sed ad imperii firmitatem trahit.

morum siderum modo vibrans, libenter accipiebat cedi ab intendentibus[n] tanquam solis radiis aspectu suo. A cujus facie dum quidam miles oculos averteret, et interrogaretur ab eo, cur ita faceret, respondit, Quia fulmen oculorum tuorum ferre non possum. 24. Nec tamen vir tantus vitiis caruit: fuit enim paululum impatiens, leniter iracundus,[o] occulte invidus, palam factiosus: porro autem dominandi, supra quam æstimari potest, avidissimus,[p] studiosus aleæ lusor.[q] 25. Cumque esset cibi ac vini multum, aliquatenus vero somni abstinens, serviebat tamen libidini usque ad probrum vulgaris famæ:[r] nam inter duodecim[s] catamitos,[t] totidemque puellas accubare so-

Ab intuentibus Veronensis cod. Præterea *aspectui*, et *cum quidam* omnes præter Gruner. et Bip. *dum quidem* Guelf. Leid. 1. et edd. male, judice Arntz. Mox 'Τὸ *oculos* abfuit ab [Ald. et] omnibus impressis; pro quo Gryphii ed. *se* habet. Infra pro *vir tantus* Augustanus cod. habet *nec tamen virtus vitiis caruit.*' Schott.—24 *Leviter iracundus* omnes præter Gruner. et Bip. probb. Anna Fabri et Arntz. Mox *studiosissimus* Pithœi cod. et quatuor vulgati quibus usus est Schottus, Augustanus, Basilienses duo, et Gryphii. 'Mitigant vitii reprehensionem Guelf. et editi per positivum *studiosus*. Sup. *cupidissimus* pro *avidissimus* Leid. 1. [Ald.] Frobeniana editio et altera Gryphii.' *Arntz.*—25 *Vini multi* Ald. sed *multum* tuentur Mss. ap. Arntz. Tum *somno* Leid. 1. In seqq. *sex* pro *duodecim* malit Schott. et pro *catamitis* sunt, teste Sylburg. qui malint *catamisthis*; ut sint qui mercede

NOTÆ

[m] *Civilis*] Supra in Cæsar.

[n] *Cedi ab intendentibus*] 'Gaudebatque, si quis sibi acrius contuenti, quasi ad fulgorem solis vultum summitteret.' Sueton. cap. 79. Pro *intendentibus* quidam *intuentibus* melius.

[o] *Leviter* [*leniter*] *iracundus*] In Mss. *leniter iracundus*: quod probat vir doctissimus. Sed ego malim *leviter*: 'leviter' enim irascitur, qui cito placabilis; neque tamen 'leniter.'

[p] *Dominandi . . . avidissimus*] Hæc non pugnant cum superioribus, ubi Augustum ambitione vacuum innuit; et de Augusto quasi privato intelligenda sunt, qui sic regnandi avidissimus fuit, idemque imperio parto ab omni ambitione alienus. Et huc referenda ista Sueton. cap. 21. 'Tantum abfuit a cupiditate quoquomodo imperium vel bellicam gloriam augendi, ut quorundam barbarorum principes in æde Martis Ultoris jurare coëgerit, mansuros se in fide ac pace quam peterent.'

[q] *Studiosus* [*studiosissimus*] *aleæ lusor*] Et hoc nomine male audiebat: sed hunc rumorem nullo modo expavit, lusitque simpliciter, et palam oblectamenti causa, etiam senex. Sueton. cap. 71.

[r] *Vulgaris famæ*] In Veron. edit. abest vox *vulgaris*; quæ tamen non temere rejicienda.

[s] *Inter duodecim*] Immo inter sex catamitos totidemque puellas, ut optime corrigendum monuit Schott. Inde cœna illa vulgo δωδεκάθεος vocaba-

litus erat. 26. Abjecta quoque uxore Scribonia, amore alienæ conjugis[u] possessus, Liviam, quasi marito concedente,[x] sibi conjunxit: cujus Liviæ[y] jam erant filii Tiberius et Drusus. 27. Cumque esset luxuriæ serviens,[z] erat tamen ejusdem vitii severissimus ultor; more hominum, qui[a] in ulciscendis vitiis, quibus ipsi vehementer indulgent, acres sunt. Nam poëtam Ovidium, qui et Naso, pro eo, quod tres libellos[b] amatoriæ artis conscripsit, exilio damnavit. 28. Quodque est læti animi vel amœni, oblectabatur omni genere[c] spectaculorum, præcipue ferarum incognita specie, et infinito numero. 29. Annos septem et septuaginta[d] ingressus, Nolæ morbo interiit. Quanquam alii scribant, dolo Liviæ[e] extinctum, metuentis, ne, quia privignæ[f] filium Agrippam, quem odio novercali in insulam rele-

pudicitiam prosternunt. Denique *accumbere* Schott. Gaesb. Delph. Pitisc.—27 *Nam et poëtam* eæd. cum Ald. Mox *amatoriæ artis conscripserat, exilio damnavit* Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. 'Hæc absunt a tribus Mss. et lacunam reliquerant librarii. Veronensis ed. *quod tres libellos de arte amandi ediderat: quodque esset læti animi vel amœni, in exilium misit. Oblectabatur omnium generum spectaculis, præcipue, &c.* Nihil tamen demuto.' *Schott.* Vide

NOTÆ

tur, in qua Deorum Dearumque habitu convivæ, et ipse pro Apolline ornatus discumbebat. Vid. Sueton. cap. 70.

[t] *Catamitos*] *Catamitus* pro 'Ganymedes' veteres dicebant: et inde *catamiti* similes Ganymedi pueri dicti sunt.

[u] *Amore alienæ conjugis*] Idem Dio. Sueton. refert Augustum scripsisse se cum Scribonia divortium fecisse, morum ejus perversitatem pertæsum.

[x] *Quasi marito concedente*] Bene *quasi;* nam invito marito eam abduxit. Sueton. cap. 62. 'Ac statim Liviam Drusillam matrimonio Tiberii Neronis, et quidem prægnantem abduxit:' ubi *abduxit* proprie vim notat.

[y] *Cujus Liviæ*] Ex Tiberio Nerone scilicet. Vid. Sueton. cap. 62.

[z] *Luxuriæ serviens*] Hæc probant quæ supra Cæsaribus dicta sunt in Augusto: 'Flagrante haud modice luxuria.'

[a] *More hominum, qui*] Plin. Epist. VIII. 22. 'Nostine hos, qui omnium libidinum servi, sic aliorum vitiis irascuntur? quasi invideant, et gravissime puniunt quos maxime imitantur.'

[b] *Pro eo, quod tres libellos*] Nec ea sola exilii causa fuit, sed error quidam quem ipse supprimit Trist. II. 'Perdiderint cum me duo crimina, carmen et error, Alterius facti culpa silenda mihi est.'

[c] *Oblectabatur omni genere*] Vide Sueton. capp. 43. et 45.

[d] *Annos septem et sept.*] 'Septuagesimo et sexto ætatis anno, diebus quinque et triginta minus.' Sueton.

[e] *Dolo Liviæ*] Ficu veneno infecta. Dio.

[f] *Privignæ*] Juliæ, Scriboniæ et Au-

gaverat,[g] reduci compererat, eo summam rerum adepto, pœnas daret. 30. Igitur mortuum, seu necatum, multis novisque honoribus senatus censuit decorandum. Nam præter id, quod antea Patrem Patriæ[h] dixerat, templa tam Romæ, quam per urbes celeberrimas ei consecravit, cunctis vulgo jactantibus, Utinam[i] aut non nasceretur,[k] aut non moreretur. 31. Alterum pessimi incepti, exitus præclari alterum. Nam et in adipiscendo principatu oppressor libertatis est habitus, et in gerendo, cives sic amavit, ut tridui frumento in horreis quondam viso, statuisset veneno mori, si e provinciis classes interea non venirent. 32. Quibus advectis felicitati ejus[l] salus patriæ est attributa. 33. Imperavit annos[m] quinquaginta et sex, duodecim cum Antonio, quadraginta et quatuor solus. 34. Qui certe nunquam aut reipublicæ ad se potentiam traxisset,

Nott. Varr.—29 In fine *adempto* pro *adepto* Ald.—30 *Honorandum* pro *decorandum* cod. Augustanus, teste Schott.—31 Post *alterum* habent *enim* in uncis (signo eam vocem in Mss. desiderari) Schott. Gaesb. Delph. Pitisc.—32 'Rectius Mss. et Veronensis, auferendi casu, *felicitate ejus*.' Schott. 'Quamvis Guelf. et Leid. 1. Schotti lectionem amplectantur, malim tamen sequi Leid. 2. et edd. ut dicat, populum R. fortunæ et felicitati Augustæ debere, in tempore advectum esse frumentum.' *Arntz*.—33 *Quinquaginta et sex*. Conjunctionem omittunt Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. 'Conjunctionem addunt præter Leid. 2. scripti et omnes edd. Per edd. autem eas intelligo, quæ ante Schottum prodiere, quod semel monuisse sufficiat. Leid. 2. ut solet esse nugax, VII. scribit. Vide tamen Spanhem. de Numism. Diss. XII. p. 426. Porro pro *annos*, quod est apud Schottum, eædem edd. et Guelf. cum Leid. 1. malunt *annis*.' Arntz. qui etiam *annis* in contextu exhibet: et mox ductus consensu Guelf. Leid. 2. et editorum, *quadraginta vero et* legit.

NOTÆ

gusti filiæ. Sueton. cap. 63.

[g] *In insulam relegaverat*] Sueton. tamen eum ab Augusto, non a Livia in insulam transportatum dicit cap. 65.

[h] *Patrem Patriæ*] Vide Sueton. c. 58. et Flor. lib. IV. cap. 12.

[i] *Utinam*] Hæc non extant in Sueton. hoc tantum: 'Fuit et qui suaderet appellationem mensis Augusti in Septembrem transferendam, quod hoc genitus Augustus, illo defunctus esset.'

[k] *Nasceretur*] Pro 'natus esset;' *moreretur* pro 'mortuus esset.'

[l] *Felicitati ejus*] Mss. *Felicitate*: mihi magis placet vulgata lectio. Innuit Romanos salutem patriæ Augusti fato acceptam retulisse; salutem patriæ debitam felicitati Augusti, ob tam tempestivum frumenti adventum scilicet.

[m] *Imperavit annos*] 'Ex eo rempub. per XLIV. annos solus obtinuit; ante enim XII. annis cum Antonio et Lepido tenuerat. Ita ab initio principatus ejus usque ad finem LVI. anni fuerunt.' Eutrop.

aut tamdiu ea potiretur,[n] nisi magnis naturæ et studiorum[o] bonis abundasset.

NOTÆ

[n] *Potiretur*] Pro 'potitus esset.'

[o] *Naturæ et studiorum*] Nam et naturæ bona etiam promovet doctrina. Horat. lib. IV. 'Doctrina sed vim promovet insitam: Rectique cultus pectora roborant.'

CAP. II.

CLAUDIUS TIBERIUS.

1. CLAUDIUS TIBERIUS, Liviæ filius, Cæsaris Octaviani privignus, imperavit annis viginti tribus.[a] 2. Iste, quia Claudius Tiberius Nero dicebatur, eleganter a jocularibus, Caldius Biberius Mero[b] ob vinolentiam nominatus est. 3. Satis prudens in armis,[c] satisque fortunatus ante sumtum imperium sub Augusto fuit; ut non immerito reipublicæ dominatus ei committeretur. 4. Inerat ei[d] scientia literarum multa. Eloquio clarior, sed ingenio pessimo, truci, avaro, insidioso, simulans ea se velle, quæ nollet:[e] his

CAP. II. 1 *Annos viginti tres* Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. *Annis vig. quatuor* Ald. 'Consentiunt in *annis viginti quatuor* omnes edd. contra Mss. ex quibus Leid. 2. more suo negligenter *XXXIII.*' Arntz.—2 *Qui Claud.* Ald. qui mox cum excusis omn. omittit *Tiberius;* sed ex Mss. et Veron. reposuit Schott.—3 'Nescio quid velit sibi Leid. 1. cum scribat *ante susciperet imperium;* nisi fuerit, *ante, quam susciperet:* sed potius videntur talia ex glossemate esse nata.' *Arntz.*—4 Tò *multa* abfuit ab Ald. ut ab editis libb. omnibus, demto Veronensi, teste Schott. Mox 'Leid. 2. *insidiose simulans;* qui mox

NOTÆ

[a] *Annis viginti tribus* [*annos viginti tres*] Mortuus est anno imperii vigesimo tertio nondum exacto; deerant menses sex et dies XXVI.

[b] *Caldius Biberius Mero*] Sueton. cap. 42. 'In castris tiro etiam tum, propter nimiam vini aviditatem pro Tiberio, *Biberius;* pro Claudio, *Caldius;* pro Nerone, *Mero* vocabatur.' In eo autem est joci elegantia, quod per *Caldius* ad potiones calidas, quibus Romani delectabantur, allusum: *Mero,* ad merum: *Biberius,* ad bibere: præterea quod primæ literæ nominis *Tiberius Nero,* T. et N. facile in B. et M. commutantur.

[c] *Satis prudens in armis*] Nam et Rhæticum, Vindelicum, Pannonicum, et Germanicum bellum gessit. Vide Suet. cap. IX.

[d] *Inerat ei*] 'Artes liberales utriusque generis studiosissime coluit.' Suet. 70.

[e] *Simulans ea se velle quæ nollet*] Vide supra in Cæsaribus.

quasi infensus, quibus consultum cupiebat; his vero, quos oderat, quasi benevolus apparens. 5. Repentinis responsionibus [f] aut consiliis melior, quam meditatis. 6. Denique delatum a Patribus principatum (quod quidem astu fecerat) ficte abnuere, quid singuli dicerent vel sentirent, atrociter explorans: quæ res bonos quosque pessum dedit. 7. Æstimantes enim ex animo eum longa oratione imperialis molestiæ magnitudinem declinare, cum sententias ad ejus voluntatem promunt, incidere exitia postrema.[g] 8. Iste Cappadocas in provinciam, remoto Archelao [h] rege eorum, redegit. Gætulorum latrocinia repressit. Maroboduum, Suevorum regem,[i] callide [k] circumvenit. 9. Cum immani furore insontes, noxios,[l] suos pariter externosque puniret, resolutis [m] militiæ artibus, Armenia per Parthos, Mœsia a Dacis, Pannonia a Sarmatis, Gallia a finitimis gentibus [n] direptæ sunt. 10. Ipse post septuagesimum octavum an-

etiam non male pro *infensus* malebat *infestus*.' Arntz.—6 '*Astu fecerat*. Vulgati [cum Ald.] legunt *perfecerat*; et *bonos quoque* Veron. præfert: ut et infra *incidere* pro *incessere*, quæ et scripta lectio est et Augustani codicis [cum Ald. Schott. Gaesb. Delph. Pitisc.].' *Schott.*—7 Pro *incidere* posse etiam legi *arcessere* conj. Anna. '*Incidere exitia* lectio verior est, quam ut eruditissima Anna vel quisquam alius de ea debuisset dubitare. Sic etiam est in Guelf. et Leid. 1. sed alter habet *incidere in exitia*.' Arntz.—8 '*Maroboduum*. Vide Sueton. Tiber. cap. 37. ibique Oudendorp. de scriptura voc. Arntzen. [cum Schott. Gaesb. Delph. Pitisc.] enim dedit *Marabodunm*: alii libri habent hic et alibi *Marabodum*, alii *Marobodum* aut *Morobodum*.' Harl. *Morobodum* Leid. 1. *Arebodum* Leid. alter teste Arntz.—9 *Insontes et noxios* Arntz. e duobus codd. cum Schott. Gaesb. Delph. Pitisc., lectionem tamen Leid. 2. et editorum, *insontes, noxios*, defendit illustratque Gruner. Tum pro *resolutis* ' nova ed. melius *solutis* Augustana *relictis*.' Schott. 'Mox *Armeniæ* numero multitudinis Guelf. sed aliter Sueton. cap. 41. et deinde etiam *Galliæ* Leid. alter.' *Arntz.*—10 '*Octogesimum octavum* solito in numeri errore Guelf. et

NOTÆ

[f] *Repentinis responsionibus*] Supra in Cæsar. 'Ingenio ad repentina longe acriore.'

[g] *Incidere* [*incessere*] *exitia postrema*] Melius in vet. cod. *incidere in exitia post.* Posset etiam legi *arcessere exitia post.* Sed nil temere innovandum.

[h] *Remoto Archelao*] Vide supra in Cæsaribus.

[i] *Maroboduum Suevorum regem*] Inde Maroboduum Germanum vocat Suet. cap. 37. de Suevis alibi dictum.

[k] *Callide*] Per blanditias atque promissa ad se pertractum non dimisit.

[l] *Noxios*] Ejiciendum est, neque apparet in Mss. et nova edit. Vide in Cæsar.

[m] *Resolutis*] In al. *solutis*. Vide supra in Cæsar. Et Sueton. cap. 41.

[n] *Finitimis gentibus*] Germanis.

num, et mensem quartum,[o] insidiis Caligulæ[p] extinctus est.

Leid. 1. Paulo superius pro *iste* [quod Ald. Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. Arntz.] Leid. 2. et prima Gryphiana volebant *ipse*, quod non displicebit ex nota magni Burmanni ad Ovid. Tr. Eleg. v. 1. 45.' *Arntz.*

NOTÆ

[o] *Post septuagesimum octavum an., et m. quartum*] 'Obiit in villa Luculliana octavo et septuagesimo ætatis anno,' Suet. c. 73. Alii aliter; sed ex tabulis et consulum serie colligere est Tiberium vixisse an. 77. mens. 4.

[p] *Insidiis Caligulæ*] 'Sunt qui putent venenum ei a Caio datum lentum atque tabificum. Alii in remissione fortuitæ febris cibum desideranti, negatum: nonnulli pulvinum injectum, cum extractum sibi deficienti annulum mox resipiscens requisisset.' Sueton. cap. 73.

CAP. III.

CAIUS CÆSAR CALIGULA.

1. CALIGULA imperavit annos quatuor.[q] 2. Iste filius fuit Germanici; et quia natus in exercitu fuerat, cognomentum calciamenti militaris, id est, Caligulæ[r] sortitus est. 3. Ante principatum[s] omnibus carus acceptusque fuit: in principatu vero talis, ut non immerito vulgaretur, atrociorem illo dominum non fuisse. 4. Denique tres sorores[t] suas stupro maculavit. 5. Incedebat habitu Deorum suorum.[u] Jovem ob incestum;[x] e choro[y] autem Bac-

CAP. III. 2 *Filius Germanici, quia* Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. '*Filius fuit Germanici, et quia* constanter scripti et edd. Mox Leid. 2. *Cognominatus est Calligula h. est calciamentum militare:* sed male; ipsum enim calceamentum 'caliga' dictum, unde nomen *Caligula*.' Arntz.—5 '*E choro autem.* Vetus cod. *Jovem ob incestum inter matronas, choro autem.*' Vinet. 'In scripto Cujacii præpositio abfuit. Alii codd. *E thoro autem Bacchanali.* Choros

NOTÆ

[q] *Annos quatuor*] Imperavit triennio, mensibus x. diebus VIII. Sueton. Vide supra in Cæsar.

[r] *Caligulæ*] Vide in Cæsarib.

[s] *Ante principatum*] Vide in Cæsarib. et Sueton. cap. 13. 14. et 15.

[t] *Tres sorores*] Agrippinam, Drusillam, Livillam.

[u] *Deorum suorum*] Jovis, Veneris, Neptuni, Mercurii, Bacchi, Herculis.

[x] *Ob incestum*] Sororum.

[y] *E choro*] Vide quæ in Cæsaribus dicta sunt.

chanali Liberum se asserebat. 6. De quo nescio, an decuerit memoriæ prodi, nisi forte, quia juvat de principibus nosse omnia, ut improbi saltem famæ metu talia declinent. 7. In palatio matronas nobiles publicæ libidini subjecit. 8. Primus diademate [l] imposito, Dominum se jussit appellari. 9. In spatio trium millium,[m] quod in sinu Puteolano inter moles jacet, duplici ordine naves contexens, arenæ aggestu ad terræ speciem viam solidatam, phalerato equo, insignis quernea corona, quasi triumphans indutus aureo paludamento curru bijugo decucurrit. 10. Dehinc a militibus [n] confossus interiit.

vocat Sueton. c. 37. Veronensis vero sic totum hunc locum legit, *Induens se habitu Deorum suorum Jovem ob incestum, choro bacchantium Liberum se asseruit.* Porro autem Xiphilinus auctor est finxisse, rem se cum Luna habuisse.' *Schott.* 'Præpositionem *e* omittit Guelf. et Leid. 1. Proxime ad Vinetum accedit Leid. 2. *Inter matronas, choro autem bacchanali Liberum sees se asserebat:* sed vide quæ diximus breviter supra ad Cæsares cap. 3. § 10.' *Arntz.*—8 *Diademate capiti imp.* Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. invitis libb. et ap. Schott. et ap. Arntz.—9 '*In spatio.* A Suetonio est, ex quo locus hic quia laborat, medica manu persanari potest. Natum autem mendum conjicio, quod scripserit racemator *insignis quercea* [quod Schott. Gaesb. Delph. Pitisc.] imperitus librarius fecit *insignisque ærea:* [quod Ald. cum libb. vett.] hic igitur, si meo arbitratu res agatur, legendum hunc locum paucis additis immutatisque censeo, *solidatam, &c.*' Schott. Vide Not. Delph. 'Mira est conspiratio inter omnes Mss. et edd. in voces *insignisque ærea;* unde in eam incidi opinionem, potuisse et ipsum Victorem hoc loco secutum esse corruptum Suetonii codicem.' *Arntz.* Tum *bijugi* Ald. Schott. Gaesb. Delph. Pitisc.

NOTÆ

[l] *Primus diademate*] Sueton. tamen id tantum voluisse Caligulam, sed ab amicis deterritum. Et sic supra Victor.

[m] *In spatio trium millium*] Sueton. cap. 19. 'Baiarum medium intervallum Puteolanas ad moles, trium millium et sexcentorum fere passuum, ponte conjunxit, contractis undique onerariis navibus, et ordine duplici ad anchoras collocatis, superjectoque aggere terreno, ac directo in Appiæ viæ formam: per hunc pontem ultro citroque commeavit, bidno continenti; primo die phalerato equo, insignisque quercina corona, et securi, et cætra, et gladio aureaque chlamyde; postridie quadrigario habitu, curriculoque bijugi famosorum equorum,' &c. unde Schottus voces, quæ apud Nostrum desunt, sic supplet: *Viam solidatam, primo die phalerato equo insignis quercea corona quasi triumphans: postridie indutus aureo paludamento, curru bijugi decucurrit.*

[n] *A militibus*] Duce Chærea.

CAP. IV.

CLAUDIUS TIBERIUS.

1. CLAUDIUS TIBERIUS, Drusi, Tiberii fratris, filius, Caligulæ patruus,[a] imperavit annos quatuordecim.[b] 2. Iste, cum senatus censuisset gentem Cæsarum exterminari, deformi latebra[c] latere repertus a militibus, quia vecors erat, mitissimus[d] videbatur imprudentibus, Imperator effectus est. 3. Hic ventri, vino,[e] libidini fœde obediens, vecors et prope hebes, ignavus ac pavidus, libertorum et conjugis imperiis[f] subjectus fuit. 4. Hujus tempore Scribonianus Camillus[g] intra Dalmatias Imperator creatus, continuo occiditur. 5. Mauri provinciis accessere: cæsa Musulamiorum[h] manus est. 6. Aqua Claudia Romæ introducta.[i]

CAP. IV. 1 '*Claudius Tiberius*. Cujacii, Pithœi, et Danielis Mss. et de vulgatis Veronensis et Augustanus *Claudius Titus* integre præferunt, forte quod *Ti.* compendio scriptum reperissent, quod tamen *Tiberius* valet. Mox *Decimi Tiberii* pro *Drusi* Gryphii et Basil. edd. Neutrum placet, nec me librorum consensus deterret, quod forte ex eodem exscripti sunt.' *Schott.*—2 *Latens* pro *latere* Ald. Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. 'Mss. legunt *gentem Cæsarum exterminare, deformi latebra latere repertus*; non *exterminari* et *latens*. Paullo post *et mitissimus*: conjunctio redundat in iisdem scriptis libris, et sane abesse potest, si commode interpungatur.' *Schott.* '*Latere* quoque Leid. 1. et Guelf. copulam *et* abjiciunt omnes Mss. quare contra eos nihil peccavimus.' *Arntz.* Tò *et* uncinis includunt Schott. Gaesb. Delph. Pitisc.—3 *Libidini fædæ* eæd. cum Ald. Mox vidit Schottus qui *libertorum conjugis* impressit.—4 *Delmatias* Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. contra Mss.—5 '*Mauri provinciis accessere*. Basilienses duo et Gryphii [cum Ald.] *Mauri provinciis a Cæsare pulsi: cæsa Musulamiorum manus est*. Augustanus codex, *Mauri provinciis a Cæsare cæsa insulanorum manus est*: verum corrupte; et Veronensis, *Mauri*

NOTÆ

[a] *Caligulæ patruus*] Quia Caligula filius fuit Germanici, qui Claudii frater fuit. Vide Suet. cap. 7.

[b] *Annos quatuordecim*] Vide supra in Cæsarib.

[c] *Deformi latebra*] Sueton. cap. x. et supra in Cæsaribus.

[d] [*Et*] *mitissimus*] Abundare videtur istud *et*; neque supra apparet in Cæsaribus: tamen retineri potest pro 'etiam.'

[e] *Ventri, vino*] Sueton. capp. 32. et 33.

[f] *Libertorum et conjugis imperiis*] Supra in Cæsarib. 'Ast ubi Messalinæ conjugis, simulque libertorum delinimentis, quibus semet dediderat, in pravum abstractus,' &c. Tacit. Annal. lib. XIII. 'Claudius libertos quos rei familiari præfecerat, sibique et legibus adæquavit.'

[g] *Scribonianus Camillus*] Sueton. cap. 13. 'Bellum civile movit Furius Camillus Scribonianus, Dalmatiæ legatus, verum intra quintum diem oppressus est.'

[h] *Cæsa Musulamiorum*] Vide in Cæsaribus.

[i] *Aqua Claudia Romæ introducta* [*inducta*] Sueton. cap. 20. 'Claudiæ

7. Hujus uxor Messalina primo passim, quasi jure, adulteriis utebatur: ex quo facto plures, metu abstinentes, extincti sunt. Dehinc atrocius accensa, nobiliores quasque nuptas et virgines scortorum modo secum proposuerat; coactique mares, ut adessent: quod si quis talia horruerat, afficto crimine, in ipsum, omnemque familiam sæviebatur: ut magis videretur[l] sub Imperatore, viro, quam Imperatori, nupta esse. 8. Ita liberti ejus potestatem summam adepti, stupris, exilio, cæde, proscriptionibus, omnia fœdabant: ex quibus Felicem[m] legionibus Judææ præfecit: Possidio[n] eunucho post triumphum Britannicum inter militarium fortissimos, arma insignia, tanquam participi victoriæ, dono dedit: Polybium[o] inter consules medium incedere fecit. 9. Hos omnes anteibat Narcissus ab epistolis,[p] dominum

---

provinciis acressere. Cæsa usu laniorum manus. Cujacii scriptus liber *Musulaniorum* per *n* habet, et *accessere*, unde vulgati *a Cæsare.*' Schott.—6 *Inducta* pro *introducta* Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. 'Utrumque rectum est, sed cum hoc probent Guelf. Leid. 1. et edd. tutius eos sequemur, cum necesse non sit, ut idem scriptor iisdem semper utatur verbis, præsertim cum hosce scriptores diversos esse non dubitem.' *Arntz.*—7 *Primo clam, mox passim* Ald. *primo* [*clam, mox*] *passim* Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. Mox *adulteris* pro *adulteriis* Mss. ap. Schott. Tum *Deinde* pro *Dehinc* Delph. In seqq. 'Pro *adessent* nescio cur *adissent* Mss. tres scripserint. Τὸ *talia* abfuit a Veron. Quidam et *sæviebat* excuderunt.' *Schott.* Scripturam *adissent* confirmant Mss. ap. Arntz. excepto Leid. 2. *Fam. ejus sæviebatur* omnes præter Gruner. et Bip. sed *ejus* ignorant Guelf. et omnes edd. ante Schott. teste Arntz.—8 Τὸ *summam* omittunt Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. invitis Mss. et edd. ap. Schott. et Arntz. Mox '*Possidio Eunucho. Possidonio* inflectunt Mss. omnes. *Possidioni* codex Veronensis. *Possidio* Basiliensis. *Possidæ post triumphum* Augustanus, absque *eunucho.*' Schott. '*Possidio* Leid. 1. et edd. *Possidonio* Guelf. et Leid. 2. qui in terminatione licet dissentiant, duplicem tamen consonantem agnoscunt: alienus non essem, si quis *Possidi* vel *Posidi* scriberet, abjecta ultima vocali. Mox male Leid. 1. *armorum insignia.*' Arntz. Denique 'Omnes olim edd. male *Polybum;* magis ridicule Leid. 2. *Plolibum:* laudabilius veram lectionem tuentur Guelf. et Leid. 1.

NOTÆ

aquæ gelidos et uberes fontes, quorum alteri Cæruleo, alteri Curtio et Albudino nomen est, simulque rivum Anienis novi lapideo opere in Urbem perduxit.'

[l] *Ut magis videretur*] Hinc certe aliquid excidit: vide supra in Cæsarib. inde facile supplebis.

[m] *Felicem*] De quo Act. Apostol. cap. XXIV. Sueton. cap. 28.

[n] *Possidio*] Posidem vocat Sueton. cap. 28. 'Libertorum præcipue suspexit Posidem spadonem, quem etiam Britannico triumpho inter militares viros hasta pura donavit.' Hic balneas exstruxit magnificas in littore Baiano, unde 'aquæ Posidianæ' appellatæ.

[o] *Polybium*] Sueton. ibid. 'Ac super hos Polybium a studiis, qui sæpe inter duos consules ambulavit.'

[p] *Narcissus ab epistolis*] Sueton.

se gerens ipsius domini, Pallasque, prætoriis ornamentis [q] sublimatus; [r] adeo divites, ut, causante eo inopiam fisci, lepidissime famoso elogio [s] vulgatum sit, abunde ei pecuniam fore, si a duobus libertis in societatem reciperetur. 10. Hujus temporibus visus est apud Ægyptum phœnix, quam volucrem ferunt anno quingentesimo ex Arabis memoratos locos [t] advolare: atque in Ægæo mari repente insula emersit. 11. Hic Agrippinam, Germanici fratris sui filiam, uxorem duxit: quæ filio [u] imperium procurans, primo privignos [x] insidiis multiformibus, dehinc ipsum conjugem veneno interemit. 12. Vixit annos sexaginta quatuor: [y] cujus funus, ut quondam in Tarquinio

Polybium. Adde Suetonium Claud. cap. 28.' *Arntz.*—9 *Dives* pro *divites* Leid. 1. et edd. ante Schott. audacter, judice Arntz. 'Scriptum forte erat *dites;* unde inepti librarii audacter suo more *dives* fecerunt: sic enim contaminare tanquam Harpyis unguibus optimos libros solent.' *Schott.*—10 *Quam ferunt volucrem* Ald. Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. Arntz. Mox '*Ex Arabis memoratos locos. In Arabia* alii. Pithœanus et Cujacianus codd. *ex Arabis.* Floriacensis vero *ex Arabum memoratis locis.*' Schott. 'Cum sit in omnibus Mss. *Arabis* aut *Arabum*, in uno præterea *memoratis locis;* fere suspicor scribendum *ex Arabum memoratis locis.*' Gruter. 'Gruteri suspicionem confirmat Leid. 1. qui plane ita legit; sed diximus jam supra ad Cæsar. cap. 4. § 14. veram esse lectionem *ex Arabis memoratos locos:* quomodo Guelf. Leid. 2. et Aldina ed.' *Arntz.*—11 '*Hic.* Conjeceram legendum *Hinc:* quam lectionem postea ab Augustano codice confirmatam libenter accepi.' *Schott.*

NOTÆ

ibid. 'Sed ante omnes Narcissum ab epistolis, et Pallantem a rationibus: quos decreto quoque senatus non præmiis modo ingentibus; sed et quæstoriis prætoriisque ornamentis ornari libenter passus est; tantum præterea acquirere et rapere, ut querente eo quondam de fisci exiguitate, non absurde sit dictum ab, undaturum, si a duobus libertis in consortium reciperetur.' De Pallante lege Plin. Epist. lib. VII. ep. 29. et lib. VIII. ep. 6.

[q] *Prætoriis ornamentis*] Prætexta toga, sella curuli, lictoribus, fascibus.

[r] *Sublimatus*] Id est, 'elatus,' 'evectus.' Fest. 'Sublimavit, dixit Cato, id est in altum extulit, Originum lib. II. In maximum decus, atque in excelsissimam claritudinem sublimavit. Id autem dicitur a limine superiori, quia supra nos est.'

[s] *Elogio*] Eloquium hic est brevis inscriptio, titulus.

[t] *Ex Arabis* [*Arabia*] *memoratos locos*] 'Ex Arabiæ memoratis locis:' vide in Cæsarib. In Floriacensi cod. *ex Arabum memoratis locis.*

[u] *Filio*] Neroni.

[x] *Privignos*] Non memini me legisse Agrippinam Claudii filios insidiis petiisse; nam Britannicum Nero, non Agrippina, veneno interemit.

[y] *Annos sexaginta quatuor*] Desunt menses 9.

Prisco, diu occultatum. 13. Dum arte muliebri corrupti custodes ægrum simulant, Nero privignus ejus imperii jura suscepit.

CAP. V.

DOMITIUS NERO.

1. Domitius Nero,[a] patre Domitio Aënobarbo genitus, matre Agrippina, imperavit annos tredecim.[b] 2. Iste quinquennio tolerabilis visus. Unde quidam prodidere, Trajanum solitum dicere, procul distare cunctos principes Neronis[c] quinquennio. 3. Hic in Urbe amphitheatrum[d] et lavacra[e] construxit. 4. Pontum in jus provinciæ, Polemonis reguli permissu, redegit, a quo Polemoniacus Pontus appellatus est; itemque Cottias Alpes, Cottio rege mortuo. 5. Eo namque dedecore reliquum vitæ egit, ut pudeat memorare hujuscemodi quenquam.[f] Eo progressus est, ut neque suæ, neque aliorum pudicitiæ parcens, ad extremum amictus nubentium virginum specie, palam convocato senatu, dote dicta, cunctis festa de more frequentantibus, nuberet. Pelle tectus feræ, utrique sexui

Cap. v. 1 '*Annos tredecim. VIII.* Leid. 2. *ann. XIIII.* prima manus in Guelf.' *Arntz.*—2 *A Neronis* Ald. [*a*] *Neronis* Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. 'Præpositionem admittunt omnes editi, et cum iis Lipsius Elect. II. 9. quæ est vulgatissima loquendi ratio: sed cum aliter sentirent omnes apud me Mss. iis repugnare non potui.' *Arntz.*—4 *Appellatur, itemque* Guelf. *idemque* vetustæ edd. ap. Arntz. Tum *Gothias Alpes* quidam ediderunt.—5 Ad verba *hujuscemodi quenquam,* vide Nott. Delph. et Varr. Infra '*Festa de more.* Præpositionem præterit solus Guelf. uti sup. Cæsar. § 5. Ovid. Met. XII.

NOTÆ

[a] *Domitius Nero*] Vide supra in Cæsarib.

[b] *Annos tredecim*] Et menses 7. dies 28.

[c] [*A*] *Neronis*] Istud *a* in Cæsarib. non apparet.

[d] *Amphitheatrum*] In Campo Martio. Tacit. Annal. lib. XIII.

[e] *Lavacra*] 'Is ædificavit Romæ thermas, quæ ante Neronianæ dictæ, nunc Alexandrinæ appellantur.' Eutrop.

[f] *Hujuscemodi quenquam*] Hic aliquid deesse videtur; nam supra in Cæsarib. (unde hæc, ut alia pleraque) 'Hujuscemodi quenquam, nedum rectorem gentium fuisse:' sed in iis idem fere sensus est. Et hæc ex industria omissa.

genitalia vultu contrectabat. Matrem etiam stupro contaminavit; quam postmodum interemit. Octaviam et Sabinam, cognomento Poppæam,[g] in matrimonium duxit, viris earum trucidatis. 6. Tunc Galba Hispaniæ proconsul,[h] et Caius Julius[i] imperium corripuere. 7. Ubi adventare Nero Galbam didicit, senatusque sententia constitutum, ut more majorum[k] collo in furcam conjecto, virgis ad necem cæderetur; desertus undique, noctis medio, egressus Urbem, sequentibus Phaone,[l] Epaphrodito, Neophytoque, et spadone Sporo,[m] quem quondam exsectum formare in mulierem tentaverat, semet ictu gladii transegit, adjuvante trepidantem manum impuro, de quo diximus, eunucho: cum sane prius nullo reperto, a quo feriretur, exclamaret, Itane nec amicum[n] habeo, nec inimicum? dedecorose vixi, turpius peream.[o] 8. Periit anno ætatis[p] tricesimo secundo.

vs. 711. 'Hic patrio de more Jovi cum sacra parasset.' Postea *Matremque* editiones Gryphianæ.' *Arntz.* Denique *Sabinam cognomento, Poppæam* forte interpungendum putat Schott. *Pompeiam* Leid. 2.—6 *In Hispania procul et Caius* Ald. Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. sed Mss. Schotti et Ed. pr. *in Hisp. proconsul.*—7 *Sequentibus Faone Epafroditoque* legebatur ante Schott. ap. quem Mss. *Neophitoque* præferunt. '*Faone et* Leid. 2. *Eupaphrodito* Leid. 1. Sed quod prætereundum non erat, Guelf. et Leid. 2. *egressus urbe* scribunt.' *Arntz.* Mox *quondam Nero exectum* Ald. *quondam* [*Nero*] *exsectum* Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. uncinis includentes quia a codd. vox ea abfuit: ut mox eæd. *eunucho* [*Sporo*]. Ald. sine uncis legit *eunucho Sporo.* Obliterandam utramque vocem *eunucho Sporo* putat Schott. Infra maluisset Gruter.

NOTÆ

[g] *Sabinam, cognomento Poppæam*] Suetonio tamen et Tacito Sabina cognomen est, quippe qui Poppæam Sabinam vocant. Forsan, ut optime Schottus, interpungendum, *Sabinam cognomento, Poppæam.*

[h] *Hispaniæ proconsul* [*in Hispania procul*] Repone, ut in Mss. reperit Schott. *In Hispania proconsul.*

[i] *Caius Julius*] Caius Julius Vindex, qui proprætor erat in Gallia.

[k] *More majorum*] Sueton. in Claudio cap. 35. 'Antiqui moris supplicium.' Et in Nerone cap. 49. 'Ut puniatur more majorum.' Hæc pœna erat talis, ut nudus per publicum ductus, furca capiti ejus inserta, virgis usque ad mortem cæderetur: addit Eutrop. lib. VII. atque ita præcipitaretur de saxo.

[l] *Phaone*] *Phaonte* declinat Sueton. Dio *Phaone.*

[m] *Sporo*] Dele: hoc enim de Epaphrodito non Sporo dicitur; et Suetonius Epaphrodito tribuit cap. 49. 'Ferrum jugulo adegit, juvante Epaphrodito a libellis.' Et in Domitian. cap. 14.

[n] *Itane nec amicum*] Sueton. cap. 47. 'Ergo ego,' inquit, 'nec amicum habeo, nec inimicum.'

[o] *Dedecorose vixi, turpius peream*] Sueton. cap. 49. Interdum segnitiem suam his verbis increpabat, 'Vivo

9. Hunc Persæ in tantum dilexerunt, ut legatos mitterent, orantes copiam [q] construendi monumenti. 10. Ceterum adeo cunctæ provinciæ omnisque Roma interitu ejus exultavit, ut plebs induta pileis [r] manumissionum, tanquam sævo [s] exemta domino, triumpharet.

pereo, vel adhuc amplius *turpius pereo*.—9 *Dilexerant* Guelf. et ambo Lugd. teste Arntz. et *orantes* in *petentes* mutat uterque Lugd. Mox *monumenta* Schott. Gaesb. Delph. Pitisc.—10 *Dominio* pro *domino* haud improbabiliter conjecit Arntz. judice Harl.

NOTÆ

deformiter ac turpiter.' Sed aliter Noster; neque ideo dicendum est in Suetonio aliquid deesse.

[p] *Periit anno ætatis*] Idem Sueton. cap. 57. prætermisso itidem imperii tempore quod fuit annorum 13. mens. 7. dier. 28. quanquam aliter Josephus, Zonaras, Clemens, Eusebius, et alii, qui inter se omnes dissentiunt.

[q] *Orantes copiam*] Hinc intelligendus Sueton. 'Quinetiam Vologesus Parthorum rex, missis ad senatum legatis, de instauranda societate; hoc etiam magnopere oravit, ut Neronis memoria coleretur.'

[r] *Induta pileis*] 'Ut plebs pileata tota Urbe discurreret,' Sueton. De pileo, qui erat insigne libertatis, vide notata in Vir. Illust. L. Cornelio Cinna.

[s] *Tanquam sævo*] Distingue ex Schotti judicio: *Tanquam, sævo exemta domino triumpharet*: ut tanquam triumphasse intelligas.

CAP. VI.

SERVIUS GALBA.

1. GALBA, nobili Sulpiciorum gente progenitus, imperavit menses septem,[a] diesque totidem. 2. Iste in adolescentes infamis, ad vescendum intemperans fuit: trium amicorum [b] consilio, id est Vinnii, Cornelii, et Iceli cuncta

CAP. VI. 1 '*Sulpiciorum genere* omnes, quas vidi, editiones et Leid. 2. *gente* tamen Guelf. et Leid. 1. et supra in Cæsaribus. Et hoc magis proprium.' *Arntz.*—2 *Junii* pro *Vinnii* edd. ante Schott. *Juni* Ald. *Vinii* Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. Pro *Iceli* legit Ald. cum aliis *Cælii*. Mss. *Icelii* prob.

NOTÆ

[a] *Imperavit menses septem*] Vide quæ supra in Cæsaribus, in Othone dicta sunt.

[b] *Trium amicorum*] Sueton. cap. 14. 'Regebatur trium arbitrio, quos una et intra palatium habitantes, nec unquam non adhærentes, pædagogos vulgo vocabant. Hi erant T. Vinius,

disponens, adeo ut intra Palatinas ædes pariter habitarent, et vulgo pædagogi[c] dicerentur. 3. Hic ante sumtam dominationem multas provincias[d] egregie administravit, militem severissime tractans, ita ut, ingresso eo castra vulgaretur statim, Disce militare miles;[e] Galba est, non Gætulicus.[f] 4. Cum septuagesimum tertium[g] ætatis annum ageret, dum factione Othonis accensas legiones lorica tectus lenire contenderet, ad lacum Curtium cæsus est.

Schott. '*Icelii* Guelf. et Leid. 1. *Iali* Leid. 2. *Cælii* edd. sed hominis corruptissimi nomen varias a librariis corruptiones et mutationes subiit. Lipsius ad Tacit. Hist. I. 13.' *Arntz.* 'Mox *intra* reposui ex Mss. Veronensi et Suetonio. Rustice enim *inter ædes* antea legebatur in vulgatis omnibus.' *Schott.* Tum *habitarent* omittit Ald.—3 *Disce miles militare* omnes Mss. et vett. edd. ap. Arntz.

NOTÆ

legatus ejus in Hispania, cupiditatis immensæ; Cornelius Laco, ex assessore præfectus prætorii, arrogantia socordiaque intolerabilis; libertus Icelus, paulo ante annulis aureis, et Martiani cognomine ornatus, ac jam summi equestris gradus candidatus.'

[c] *Pædagogi*] Quasi ita Galbam regerent, ut pædagogi pueros solent.

[d] *Multas provincias*] Aquitaniam, Africam, Hispaniam: Sueton. capp. 6. 7. 8.

[e] *Disce militare miles*] Sic et Sueton. trochaicum extulit, cap. 6.

[f] *Non Gætulicus*] Lentulo Gætulico a Caio Cæsare substitutus fuerat Galba.

[g] *Septuagesimum tertium*] Idem Sueton. cap. ult.

CAP. VII.

SALVIUS OTHO.

1. SALVIUS OTHO, splendidis ortus majoribus ex oppido Ferentano,[a] imperavit menses tres,[b] vita omni turpis, maxime adolescentia. 2. Hic a Vitellio primum apud

CAP. VII. 1 *Ferentino*, et mox *menses quatuor*, Ald. Schott. Gaesb. Delph.

NOTÆ

[a] *Ex oppido Ferentano*] In Etruria. Sueton. cap. 1. initio: 'Majores Othonis orti sunt oppido Ferentino, familia vetere et honorata, atque ex principibus Etruriæ.'

[b] *Menses tres* [*quatuor*] Immo *tres*; et ita Mss. et Sueton. Eutrop. Obiisse dicunt nonagesimo et quinto imperii die.

Placentiam,[c] [d] dehinc apud Betriacum[e] victus, semet gladio transfixit anno ætatis tricesimo septimo;[f] adeo amabilis militibus propriis, ut plerique corpore ejus viso suis manibus interierint.[g]

Pitisc. contra Mss. ap. Schott. et Arntz.—2 *Bebriacum* eæd. *Bedriacum* in nonnullis. Tum *anno ætatis octavo* Leid. 2. et ed. Gryphiana. In fine *interirent* Leid. 2.

NOTÆ

[c] *A Vitellio primum apud Placentiam*] Suetonius tamen cap. 9. scribit Othonem apud Placentiam vicisse: 'Et tribus,' inquit, 'verum mediocribus præliis, apud Alpes, circaque Placentiam, et ad Castoris, quod loco nomen est, vicit; novissimo maximoque apud Bebriacum fraude superatus est.'

[d] *Placentiam*] In Gallia Cispadana, ad fluvios Eridanum et Trebiam.

[e] *Betriacum* [*Bebriacum*] Vel *Bedriacum*, vel *Betriacum*. Vide jam supra.

[f] *Anno ætatis tricesimo septimo*] Sueton. XXXVIII. sed suo more ille annum inchoatum pro pleno numerat.

[g] *Suis manibus interierint*] 'Multi præsentium militum cum plurimo fletu, manus ac pedes jacentis exosculati, fortissimum virum, unicum Imperatorem prædicantes, ibidem statim, nec procul a rogo, vim suæ vitæ attulerunt.' Sueton. cap. ult.

CAP. VIII.

A. VITELLIUS.

1. VITELLIUS, ortus familia nobili, patre Lucio Vitellio ter consule,[a] imperavit menses octo. 2. Iste tumens, crudelis,[b] avarusque cum profusione fuit. 3. Hujus tempore Vespasianus in Oriente principatum arripuit; a cujus militibus, certamine sub muris Urbis habito,[c] superatus, e pa-

CAP. VIII. 1 *Tertio consule* Gryphius, teste Arntz. excudit.—2 *Iste mente crudelis* Ald. Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. Arntz. sed scripturam *Iste tumens* confirmant omnes Mss. ap. Schott. et Arntz. utrisque probb.—3 *Primatus arripuit* cod. Veron. *abripuit* Ald. qui mox *et Palatio* legit. Mox *vinctus*

NOTÆ

[a] *Lucio Vitellio ter consule*] Sueton. cap. 2. 'Lucius ex consulatu Syriæ præpositus, &c. mox cum Claudio principe, duos insuper ordinarios consulatus censuramque gessit.' Avus ejus P. Vitellius domo Nuceriæ, eques Rom. et rerum Augusti procurator. Sueton. ibid.

[b] *Iste tumens* [*mente*], *crudelis*] Mss. *Iste tumens, crudelis:* quod placet Schotto. Ejus enim superbiæ exempla Sueton. cap. 10.

[c] *Sub muris Urbis habito*] 'Prælia ante Urbem multa et varia, sed Fla-

latio, quo se abdiderat Vitellius, vinctis a tergo manibus, productus, circumducitur ad spectaculum vulgi. 4. Ac ne homo impudens, in extremis saltem malorum,[d] quæ gesserat, rubore faciem demitteret, subjecto in mentum gladio,[e] seminudus, multis cœno fimoque, et ceteris turpioribus dictu purgamentis vultum ejus incessentibus, per scalas Gemonias trahitur; ubi Sabinum[f] Vespasiani fratrem necari permiserat. 5. Numerosis ictibus[g] confossus interiit. Vixit annos quinquaginta septem.[h] 6. Hi omnes, quos paucis attigi, præcipue Cæsarum gens, adeo literis culti atque eloquentia fuere, ut, ni cunctis vitiis, absque Augusto, nimii forent, profecto texissent modica flagitia.[i]

a tergo codd. Pithœi et Guelf. non improb. Arntz.—4 *Subrecto* pro *subjecto* scriberet Arntz. si Mss. codd. faverent. Tum *cœno, fimo, &c.* Ald. Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. repugnantibus Mss.—5 '*Vixit annos LVII. Vixit annos LXXII.* Augustanus codex; Veronensis vero *LXVII.* Neutrum probo: ex compendiis notisque numerorum menda nata, ut fere in antiquis auctoribus.' *Schott.* *Annos LVIII.* Guelf.—6 '*Nimii forent.* Floriacensis, *dediti forent.* Omnes vero manuscripti *modica* præferunt, non *immodica*, [quod Ald. Schott. in ed. Gaesb. Delph. Pitisc.] et recte: confirmat eam lectionem et novus Victor, in quo vocis *absque* notitiam ex antiquis auctoribus explicavi. Porro *traxissent immodica flagitia* Gryphius edidit.' *Schott.* '*Modica* Guelf. et Leid. 1. pro *nimii* vero *dediti* Leid. idem.' *Arntz.*

NOTÆ

vianis consilio ducum præstantibus sæpius prospero.' Tacit. Histor. lib. III.

[d] *Malorum*] Rubore malorum quæ gesserat.

[e] *Subjecto in mentum gladio*] Sueton. cap. 17. 'Donec religatis post terga manibus, injecto cervicibus laqueo, veste discissa, seminudus in forum tractus est; inter magna rerum verborumque ludibria, per totum viæ sacræ spatium, reducto coma capite, ceu noxii solent, atque etiam mento mucrone gladii subjecto, ut visendam præberet faciem, neve summitteret: quibusdam stercore et cœno incessentibus,' &c.

[f] *Ubi Sabinum*] Ex Tacit. tamen constat pro gradibus palatii confossum Sabinum fuisse, et postea in Gemonias pertractum. Illum vide Histor. lib. III. supra autem in Cæsaribus auctor Sabinum cum Capitolio crematum dicit, Suetonium secutus.

[g] *Numerosis ictibus*] 'Minutissimis ictibus excarnificatus.' Sueton. cap. 17.

[h] *Vixit annos quinquaginta septem*] Idem Suet. Tacit. Eutrop. quidam tres fere annos detrahunt.

[i] *Texissent modica* [*immodica*] *flag.*] Lege *modica*. Casaub.

CAP. IX.

FLAVIUS VESPASIANUS.

1. VESPASIANUS imperavit annos decem.[a] 2. Hujus inter cetera bona illud singulare fuit, inimicitias [b] oblivisci, adeo, ut Vitellii, hostis sui, filiam locupletissime dotatam splendidissimo conjungeret viro. 3. Ferebat patienter amicorum motus, contumeliis eorum, ut erat facetissimus, jocularibus [c] respondens. Namque Licinium Mucianum,[d] quo adjutore [e] ad imperium pervenerat, fiducia meritorum insolentem, lepide flectebat, adhibito aliquo utrique familiari, id unum dicens, Nosti, me virum esse. 4. Sed quid mirum in amicis, cum etiam causidicorum obliqua dicta,[f] et philosophorum contumaciam [g] contemneret? 5. Iste exsanguem[h] diu, fessumque terrarum orbem brevi refecit.

CAP. IX. 2 *Hostis sui filiam.* Pronomen abfuit a Floriacensi et Veronensi, teste Schott. '*Sui* delet itidem Guelf. major hiatus est in utroque Leid. qui *hostis sui* ignorant.' *Arntz.*—3 '*Dictis jocularibus* [quod Ald.] habent priscæ edd. sed primam vocem a Mss. abesse animadvertens Schottus, eam uncis incluserat [cum Gaesb. Delph. Pitisc.]. In hac sententia ab omnibus nostris codicibus confirmati, plane eam ut inutilem rejecimus. Supra corrupte Lugd. 2. *ut eratorum fuscentissimus:* nisi ex eo volueris facere *ut erat ore facetissimus.*' Arntz. Tum *Lic. Mutianum* Ald. prænomen *Licinium* omittit Delph. *Licinum* Leid. 2. et alii. Pro *adjutore* præfert *adjuvante* Leid. 1. 'Mox *venerat* uterque etiam Leid. et contra omnes Mss. sequens *lepide*

NOTÆ

[a] *Annos decem*] Sex diebus exceptis. Male Eutrop. 'Annum agens imperii nonum et diem septimum.'

[b] *Inimicitias*] 'Offensarum et inimicitiarum minime memor executorve. Vitellii hostis sui filiam splendidissime maritavit, dotavitque etiam et instruxit.' Sueton. cap. 14.

[c] [*Dictis*] *jocularibus*] Rectius *jocularibus* simpliciter; et illud *dictis* abest a Mss. Vide Sueton. cap. 22.

[d] *Mucianum*] Vide Sueton. cap. 13.

[e] *Quo adjutore*] Tacit. Histor. libb. II. et III. Sueton. cap. 6.

[f] *Obliqua dicta*] 'Figuras' vocat Sueton. cap. 13. 'Morsus figuratos' Macrob. Eutrop. 'convicia.' Græci *σκώμματα, ὑπονοίας.* Figurarum exempla sunt hæc. Ælius Spartianus in Severo: 'Damnabantur plerique cur jocati essent; alii cur tacuissent; alii cur pleraque figurata dixissent; ut quod esset Imperator vere nominis sui, vere Pertinax, vere Severus.'

[g] *Philosophorum contumaciam*] 'Demetrium Cynicum in itinere obvium sibi post damnationem, ac neque assurgere, neque salutare se dignantem, oblatrantem etiam nescio quid, satis habuit canem appellare.' Sueton. cap. 13.

[h] *Iste exsanguem*] Eadem quæ in Cæsaribus.

Namque primum satellites tyrannidis, nisi qui forte atrocius longe processerant, flectere potius maluit, quam excruciatos delere; prudentissime ratus, nefaria ministeria a pluribus metu curari. 6. Præterea legibus æquissimis monendo, quodque vehementius est, vitæ specie, vitiorum plura aboleverat. 7. Infirmus tamen, uti quidam prave putant, adversus pecuniam, cum satis constet, ærarii inopia et clade urbium, novas eum neque postea habitas vectigalium pensiones exquisivisse. 8. Hic Romam deformem incendiis veteribus ac ruinis, permissa,[i] si domini deessent, volentibus ædificandi copia, Capitolium, ædem Pacis, Claudii monumenta reparavit; multaque nova instituit. 9. Per omnes terras, qua jus Romanum est, renovatæ urbes cultu egregio; viæ operibus maximis munitæ sunt. 10. Tunc cavati montes per Flaminiam sunt prono transgressu, quæ vulgariter Pertunsa petra[k] vocitatur. 11. Mille gentes compositæ, cum ducentas ægerrime reperisset, extinctis sævitia tyrannorum plerisque. 12. Rex Parthorum Vologæsus metu solo in pacem[l] coactus est. 13. Syria, cui Palæstina nomen est, Ciliciaque ac Thracia et Commagene,[m] quam hodie Augustophratensem[n] nomina-

non admittunt editi.' *Arntz.* neque admittit Ald.—6 *Quæ quoque* pro *quodque* Ald.—7 Pro *habitas* in fine *agitatas* conj. Gruter. in margine libri sui.—10 '*Transgressui* Guelf. Leid. 1. et magna pars editorum, qui etiam *Pertusa* [ut Schott. Gaesb. Delph. Pitisc.] exprimunt, cum Mss. codices omnes *Pertunsa* amplectuntur. Supra pro *tunc cavati*, Leid. 2. *concavati*, qui infra pro *plerisque* legit *præliisque*: male.' *Arntz.* *Petusa petra* Ald.—12 *Vologeses* Ald. Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. et mox eæd. *in pace*, contra Mss.—13 'Vulgati fere omnes [ut Schott. Gaesb. Delph. Pitisc.] *Syria seu Palæstina, nec non Cilicia Trachea*; fere omnes; nisi quod *Tracheta* Cratandri ed. præferat

NOTÆ

[i] *Permissa*] Sueton. c. 8. 'Vacuas areas occupare et ædificare, si possessores cessarent, cuicumque permisit.'

[k] *Pertunsa* [*Pertusa*] *petra*] Hunc tamen locum prope Puteolos locat Paulus Diaconus. Vide in Cæsaribus.

[l] *In pacem* [*in pace*] Mss. Melius *in pacem*.

[m] *Ciliciaque ac Thracia et Commagene* [*Cilicia Trachea et Commagene*] Sueton. cap. 8. 'Item Tracheam Ciliciam et Commagenem, ditionis regiæ usque ad id tempus, in provinciarum formam redegit.' Ante Vespasianum quidem utraque in provinciarum formam acta; sed eas Caius, imposito Antiocho, ditionis regiæ fecerat. Vide Dionem lib. LVIII. Cilicia Trachea est Cilicia maritima;

mus, provinciis accessere. Judæi quoque additi sunt. 14. Hic monentibus amicis, ut caveret a Metio Pomposiano, de quo sermo percrebuerat regnaturum,[o] consulem fecit, alludens tali cavillo, Quandoque memor erit tanti beneficii. 15. Institutum[p] vero uniforme omni imperio tenuit. Vigilare de nocte, publicisque actibus[q] absolutis caros admittere, dum salutatur calceamenta sumens et regium vestitum. Post autem negotiis, quæcumque advenissent, auditis, exerceri vectatione, deinde requiescere: postremo, ubi lavisset, remissiore animo convivium curabat. 16. Plura dicere studium coëgit imperatoris boni, quem ab Augusti morte post annos sex et quinquaginta[r] Romana respublica exsanguis sævitia tyrannorum, quasi fato quodam, ne penitus rueret, assecuta est. 17. Itaque annum agens vitæ absque uno septuagesimum,[s] seriis joca, quibus delectabatur, admiscens, interiit. 18. Quippe primo cum crinitum

[cum Ald. et edd. Gryphianis ap. Arntz.]; Mss. vero nostri, et Veronensis *Syria cui Palæstina nomen est, Ciliciaque ac Trachia et Comagene:* quam lectionem in suis Mss. etiam reperit doctissimus Vinetus. Floriacensis tamen *Tracia et Commagena* scribit per primam vocalem.' *Schott.* *Comagene* Ald. *Commagena* Leid. 1.—14 '*Metio Pomposiano.* *Metho* solus Guelf. qui cum Leid. 1. scribit *regnaturum fore.* Leid. 2. *regnaturo.* Deinde *percrebruerat* Guelf. et Leid. 1. quæ est solennis confusio.' *Arntz.*—16 *Romana res* Leid. 1. et mox *facto* pro *fato* corrupte Guelf.—18 '*Ventris eluvie.* 'Alvo usque ad

NOTÆ

Trachea ab asperitate dicta τραχὺς, τραχεῖα, *asper, aspera.* Commagena ad Euphratem.

[n] *Augustophratensem*] Sic in lib. Notit. Imper. 'Augustophratensis' dicitur, et 'Euphratesia,' et 'Augusta Euphratesia.'

[o] *De quo sermo percreb. reg.*] Vide Sueton. cap. 14. idcirco eum postea Domitianus occidit.

[p] *Institutum*] Sueton. c. 21. 'Ordinem vitæ fere hunc tenuit. In principatu maturus semper, ac de noctu evigilabat: deinde perlectis epistolis, officiorumque omnium breviariis, amicos admittebat, ac dum salutabatur, et calceabat ipse sese et amiciebat: post decisa quæcumque obvenissent negotia, gestationi et inde quieti vacabat.'

[q] *Publicisque actibus*] 'Perlectis epistolis, officiorumque omnium breviariis.' Sueton. supra.

[r] *Post annos sex et quinquaginta*] Si Vespasiani imperium ducas ab anno quo Vitellius occisus, anni erunt ab Augusti morte 55.

[s] *Absque uno septuagesimum*] Tamen constat vixisse Vespasianum an. 69. mens. 7. dies 7. quippe natus 17. Novembr. ann. post C. N. 9. mortuus die 24. Jun. an. 79. et ita Sueton.

sidus[t] apparuisset, Istud, inquit, ad regem Persarum pertinet, cui capillus effusior.[u] Deinde ventris[x] eluvie fessus, et assurgens, Stantem, ait, imperatorem excedere terris decet.

defectionem soluta;' Sueton. quare non placet Germanicorum et Gallicorum exemplarium τὸ *ingluvie*.' Schott. *Ingluvie* etiam Ald.

NOTÆ

[t] *Crinitum sidus*] 'Stella in cœlo crinita apparuisset.' Sueton. c. 23. Cometam vocamus.

[u] *Cui capillus effusior*] 'Ad Parthorum regem qui capillatus esset.' Sueton. ibidem; ergo Parthi qui Persæ: eos autem capillatos veteres docent, et nummi et lapides ostendunt.

[x] *Deinde ventris*] 'Alvo repente usque ad defectionem soluta, Imperatorem stantem, ait, mori oportere.' Sueton. c. 24.

CAP. X.

T. FLAVIUS VESPASIANUS.

1. Titus, vocabulo patris etiam Vespasianus dictus, matre liberta Domitilla[a] nomine genitus, imperavit annos duos, et menses duos, diesque viginti. 2. Iste a puero præclaris studiis,[b] probitatis, militiæ, literarum instantissime deditus, quo contenderit, animi et corporis muneribus ostendit. 3. Hic ubi patriæ curam suscepit, incredibile est, quantum, quem imitabatur, anteierit, præcipue clemen-

Cap. x. 1 *Domicilla* Leid. 2. Ald. et edd. vett.—3 *Quantum, quos* Ald. Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. '*Quantum quem* Guelf. Leid. 2. et supra auctor de Cæsaribus, quorum lectionem firmat Leid. 2. qui lapsu amanuensis *quantumque* repræsentat, ut ad solum Vespasianum patrem referatur.' *Arntz.*

NOTÆ

[a] *Matre liberta Domitilla*] 'Flavia Domitilla Statilii Capellæ equitis Rom. Sabratensis ex Africa delegata olim, Latinæque conditionis, sed mox ingenua et civis Romana recuperatorio judicio pronuntiata.' Sueton. Vespas. c. 3.

[b] *A puero præclaris studiis*] 'In puero statim corporis animique dotes exsplenduerunt; magis ac magis deinceps per ætatis gradus, &c. Armorum et equitandi peritissimus, Latinæ Græcæque linguæ, vel in orando, vel in fingendis poëmatibus promtus, et facilis ad extemporalitatem usque.' Sueton. c. 3.

tia, liberalitate, honorificentia, ac pecuniæ contemtu: quæ eo amplius grata fuere, quod ex nonnullis a privato adhuc patratis, asperior, luxuriæ et avaritiæ amans credebatur fore.[c] 4. Namque præfecturam prætorianam patre imperante adeptus, suspectum quemque[d] et oppositum sibi, immissis, qui per theatra et castris invidiosa jactantes ad pœnam poscerent, quasi criminis convictos oppressit. In quis Cæcinam consularem adhibitum cœnæ, vix dum triclinio egressum, ob suspicionem stupratæ Berenicis uxoris[e] suæ, jugulari jussit. 5. Jurgia[f] autem sub patre venumdata; rapinarum cupidum; unde Neronem cuncti opinantes vocantesque[g] summam rerum nactum graviter acceperant. 6. Sed hæc in melius[h] conversa adeo ei immortalem gloriam contulere, ut deliciæ atque amor humani generis appellaretur. 7. Denique, ut subiit pondus regium, Berenicen nuptias suas sperantem regredi domum, et enervatorum greges abire præcepit. Quo facto, quasi signum protulit mutatæ intemperantiæ. 8. Dehinc cum do-

Infra '*Patratis. Paratis* Mss. *privatis asperior* [Ald. et] vulgati fere omnes, quasi 'a privato' ita dictum sit, ut 'a pueris.' Mox *Luxuriæque et avaritiæ amans credebatur* Veronensis ed. ut absit *fore*: vide infra in Theodosio, et Sueton. c. 6. et (unde hæc sumpta ad verbum sunt) c. 7. qui *submissis* et *deposcerent* habet, ubi Noster *immissis* et paulo post *poscerent*, non ita recte.' *Schott.* 'Omnes scripti *patratis*. Edd. *privatis*. Sed melius deinde edd. et Mss. *luxuriæque* agnoscunt, de quo cap. 8. § 4. et alibi.' *Arntz.* *Luxuriæ*, abjecto *que*, Schott. Gaesb. Delph. Pitisc.—4 *Per theatra et castra* eæd. cum Ald. contra Mss. Tum *Cecinnam* Ald. *Cæcinnam*, *Cecinam* alii.—5 *Vocantes opinantesque* Ald. Schott. Gaesb. Delph. Pitisc.—7 '*Signum protulit*. Non

NOTÆ

[c] *Luxuriæ et avaritiæ amans credebatur fore*] Melius in Veronensi edit. *Luxuriæque et avaritiæ amans credebatur*: ut absit τὸ *fore*. De luxuria, sævitia, et avaritia, Sueton. c. 7.

[d] *Suspectum quemque*] 'Suspectissimum quemque sibi, summissis qui per theatra et castra quasi consensu ad pœnam deposcerent, haud cunctanter oppressit.' Sueton. c. 6.

[e] *Uxoris*] Uxor non erat, sed nuptias pollicitus uxoris eam nomine dignabatur.

[f] *Jurgia*] Id est, 'jura.' De hoc Sueton. c. 7. 'Suspecta est rapacitas: quod constabat in cognitionibus patris nundinari præmiarique solitum.'

[g] *Opinantes vocantesque* [*vocantes opinantesque*] Mss. rectius *opinantes vocantesque*. Et Sueton. 'Denique propalam alium Neronem et opinabantur, et prædicabant.'

[h] *Sed hæc in melius*] Sueton. 'Ac illi ea fama pro bono cessit, conversaque est in maximas laudes; neque

nata concessave a prioribus principibus firmare insequentes solerent; simul[i] imperium cœpit, talia possidentibus edicto sponte cavit. 9. Quadam etiam die, recordans vesperi[k] nihil se cuiquam præstitisse, venerando cœlestique dicto, Amici, ait, perdidimus diem: quod erat magnificæ liberalitatis. 10. Clementiam vero usque eo perduxit, ut, amplissimi ordinis duo cum adversus eum conjurassent, neque abnuere cogitatum scelus quirent, monuerit primo: post, deductos in spectaculum se utrimque assidere jusserit, petitoque ex industria mirmillonum,[l] quorum pugnæ visebantur, gladio, quasi ad explorandam aciem, uni atque alteri commiserit; quibus perculsis et constantiam mirantibus diceret, Videtisne potestates fato dari, frustraque tentari facinus potiundi spe, vel amittendi metu? 11. Fratrem[m] quoque Domitianum parantem insidias, militumque animos solicitantem, flens sæpius obtestatus est, ne parricidio assequi cuperet, quod et se volente esset obventurum ei, et jam haberet, cum sit particeps potestatis. 12. Hujus tempore[n] mons Vesuvius in Campania ardere cœ-

male etiam *prætulit*: sic facem novæ nuptæ præferebant: et vide Servium ad initium Æneid. VIII. Illud *solerent* [§ 8.] quamvis in scriptis codd. compareт, non placet. Sed illud *simul imperium*, venustum Horatii more: res nota ex Suetonio cap. 8. Addit Cratandri ed. *cavit vel concessit* [ut et Ald.]. Augustanus codex initio *damnata concessave* pro *donata*: et hic *concessit* pro *cavit*.' Schott.—8 *Simul ut imperium* Ald. *Simul* [*ut*] *imp.* Schott. Gaesb. Delph. Pitisc.—9 *Quod* recepit Gruner. e codd. Guelferb. pro vulgato *quia*; ut in aliis præter Bip. *Erat enim magnificæ* Leid. alter.—10 '*Deductos. Eductos* Veronensis: illud malo. Mox *secum utrumque assidere* idem conjungit: ceteri vulgo omnes *se utrimque*. Et post paulo *potestatem* Veron. De insidiis Domitiani Sueton. cap. 9. et Domit. cap. 11.' *Schott*. *Potestates facto* Ald.—11 *Etiam haberet* Ald.—12 Pro *Vesuvius* Mss. ap. Schott. et alii *Vesevius*, *Vesebius*, *Vesubius*, *Vesuius*. 'Nota diversitas ipsorum veterum in hujus mon-

NOTÆ

ullo vitio reperto, et contra virtutibus summis.'

[i] *Simul* [*ut*] Ejiciendum τὸ *ut*: neque supra apparet in Cæsaribus.

[k] *Recordans vesperi*] 'Atque etiam recordatus super cœnam, quod nihil cuiquam tota die præstitisset, memorabilem illam meritoque laudatam vocem edidit, Amici! diem perdidi.' Sueton. cap. 8.

[l] *Mirmillonum*] Gladiatorum; quorum alii retiarii, Threces alii, mirmillones, secutores, &c. Mirmillones qui e Gallia venerant dicebantur.

[m] *Fratrem*] Vide Sueton. cap. 9.

[n] *Hujus tempore*] A. U. 731. post C. N. 79. 'Quædam sub eo fortuita ac tristia acciderunt: ut conflagratio

pit: incendiumque Romæ sine nocturna requie per triduum fuit. 13. Lues[o] quoque, quanta vix unquam antea, fuit. 14. Quibus tamen malis, nullo vexato,[p] pecunia propria subvenit, cunctis remediorum generibus, nunc ægrotantes per semetipsum reficiens, nunc consolans suorum mortibus afflictos. 15. Vixit annos quadraginta unum: et in eodem, quo pater, apud Sabinos agro febri interiit. 16. Hujus mors, credi vix potest, quantum luctus Urbi provinciisque intulerit, adeo ut eum delicias publicas, sicut diximus, appellantes, quasi perpetuo custode orbatum terrarum orbem deflerent.

tis appellatione. *Vesubius* Gramm. *Bebius* Lugd. 1. ex quo fieri potest *Vevius* seu *Vesvius, Besbius* seu *Vesbius:* quod tamen poëticum magis est ut et *Vesevus.*' Arntz.—13 Τὸ *fuit* in fine uncinis includunt Schott. Gaesb. Delph. Pitisc.—14 *Nonnullis vexatis* quatuor vulgati ap. Schott. cum Ald. Schott. G. D. P. 'Interserit *tamen* Guelf. Leid. 2. et priscæ edd. [quod voc. omittunt Schott. Gaesb. Delph. Pitisc.] et duo priores scripti verissimam lectionem confirmant *nullo vexato*, quod refer ad onus vectigalium, quæ a civitatibus exigeret; huic opponit 'propria pecunia subvenire.' *Multa vexatis* corrupte more suo Leid. 2. qui et mox *efficiens:* et inferius *eodem quoque, quo* Leid. 1.' *Arntz.*

NOTÆ

Vesuvii, in Campania; et incendium Romæ per triduum, totidemque noctes; item pestilentia quanta non temere alias.' Sueton. cap. 8. Vide de Vesuvii montis incendio elegantissimam Plin. epistolam lib. VI. ep. 16.

[o] *Lues*] Proprie de pestilentia.

[p] *Nullo vexato* [*nonnullis vexatis*] In Mss. *Quibus tamen malis nullo vexato:* quæ amplectuntur viri doctissimi, quod menti Suetonii videantur accommodari: cap. 8. 'Urbis incendio,' inquit, 'nihil nisi sibi periisse publice testatus,' &c. Verum non ideo recepta lectio temere damnanda: non solum enim eos respicit qui Urbis, sed etiam reliquos omnes qui Vesuvii montis incendio læsi sunt. Neque minus ea ad Suetonii mentem facit, qui ibidem, 'In his tot adversis ac talibus, non modo principis solicitudinem, sed et parentis affectum unicum præstitit: nunc consolando quatenus suppeteret facultas.'

CAP. XI.

T. FLAVIUS DOMITIANUS.

1. DOMITIANUS, Vespasiani et Domitillæ libertæ filius,

CAP. XI. 1 '*Vespasiani.* Abfuit a vulgatis omnibus. Nos e Mss. et Veronensi reposuimus, nisi *etiam* pro *et* legere mavis: qui et *Domitillæ*, ut *Domi-*

germanus Titi, imperavit annos quindecim.[a] 2. Ille primo clementiam simulans, neque adeo iners domi, belloque[b] tolerantior videbatur: idcircoque Cattos Germanosque devicit; jus æquissime dixit. 3. Romæ multa ædificia vel cœpta, vel a fundamentis construxit. 4. Bibliothecas[c] incendio consumtas, petitis undique, præsertim Alexandria, exemplis, reparavit. 5. Sagittarum[d] tam doctus fuit, ut inter patentes digitos extentæ manus viri procul positi spicula transvolarent. 6. Dehinc atrox cædibus, bonorum supplicia agere cœpit; ac more C. Caligulæ Dominum sese Deumque dici coëgit: segnisque ridicule, remotis omnibus, muscarum agmina persequebatur. 7. Furens libidine; cu-

tianus, per *t* scribunt Mss. et nummi qui sunt Augerii Busbequii V. C. Editi libri [cum Ald.] *Domicillæ*.' Schott. Tum *annis XV*. Ald.—2 *Iste* pro *ille* omnes aliæ præter Bip. Mox 'Edd. fere distinguunt [ut Schott. Gaesb. Delph. Pitisc.] *iners, domi belliqne*, melius tamen Aldus, *iners domi, belliqne:* sed in alterius Victoris lectionem conspirant omnes Mss. *belloque* præferentes, quos sum secutus; certior interim, præferendam esse aliarum edd. scripturam, si illa a codd. firmaretur.' *Arntz*.—3 'Illa *vel cœpta* requiro in Veronensi libro, et certe abesse potest, ut patet ex Suetonio cap. 5.' *Schott*. —5 *Spicula ejus* Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. cum Veronens. ap. Schott. 'Unius codicis testimonio tantum non tribuo, ut ideo omnium aliorum fidem rejicerem. Neque enim sententia tam absolute requirit, ut novam particulam *ejus* invito auctori adjiciamus contra Mss. et edd. qui etiam mox *cædibus* [quod abfuit a Veronens.] tuentur. Hoc vero loco *sagittare* Leid. 2. qui error vel natus est ex nota librariorum, qua in fine vocis facile *um* et *e* confunditur, vel quod existimaret homo bonus, minus recte, 'doctum' cum gignendi casu jungi, de qua constructione magnus Bentl. ad Horat. Od. III. 8. vs. 5. Claud. in Eutrop. lib. II. vs. 381.' *Arntz*.—6 Pronomen *C.* ante *Caligulæ* in Ald. Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. desideratur. Mox '*Segnisque*. Pithœi codex *dignisque:* quod forte non rejiciendum, ut de honoratioribus aulicis accipiamus. Cujacii et P. Danielis *signisque;* quomodo et Veronensis [et Ald.].' *Schott*. 'Equidem putabam *sævusque*. Lævin. Torrentius ad Sueton. conjecit *stilisque;* quam lectionem, si confirmassent codd. Mss. probasset Schottus.' *Harl*. Tum male distinguit Ald. *agmina persequebatur furens libidine. Cujus, &c.*—

NOTÆ

[a] *Annos quindecim*] Et dies 5.

[b] *Domi, belloque* [*belliqne*] Aliter in Cæsaribus: 'Neque adeo iners domi, belloque tolerantior.'

[c] *Bibliothecas*] Sueton. cap. 20. 'Liberalia studia in initio imperii neglexit: quanquam bibliothecas incendio absumtas impensissime reparare curaret, exemplaribus undique petitis; missisque Alexandriam qui describerent, emendarentque:' quamvis maximam illam Ptolemæi Philadelphi bibliothecam bello Alexandrino exustam scribit Plutarch.

[d] *Sagittarum*] Vide Suet. cap. 19. 'Nonnunquam in pueri procul stantis præbentisque pro scopulo dispansam dextræ manus palmam, sagittas tanta arte direxit, ut omnes per intervalla digitorum innocue evaderent.'

jus fœdum exercitium Græcorum lingua κλινοπάλην vocabat. 8. Hinc percontanti cuidam, quisquamne in palatio esset, responsum, Ne musca quidem.[e] 9. His ejus sævitiis, ac maxime injuria verborum, qua scortum vocari dolebat, accensus Antonius,[f] curans Germaniam superiorem, imperium corripuit. 10. Quo per Norbanum Appium[g] acie strato, Domitianus longe tetrior, in omne hominum genus, etiam in suos, ferarum more grassabatur. 11. Igitur metu crudelitatis et conscientiæ suæ conjuravere plerique, impulsoribus Parthenio[h] procurante cubiculum, et Stephano, et tum, ob fraudem interceptæ pecuniæ[i] supplicium suspectante, Clodiano, ascita etiam in consilium tyranni uxore Domitia, ob amorem Paridis histrionis a principe cruciatus formidante. 12. Domitianum multis vulneribus confodiunt, post annum quintum et quadragesimum vitæ. 13. At senatus gladiatoris more funus efferri, radendumque nomen decrevit. 14. Hujus tempore sæculares

7 *Exercitum* Ald. ‘ Κλινοπάλην. Latinis literis Mss. duo *clinopalen*. Cujacii κλινπάλην. Veronensis vero καινομὴν: quæ vox nescio an alibi exstet, a καίνομαι facta. Mendæ occasionem dedit Græcarum literarum capitalium similitudo A et Λ.’ *Schott.*—8 *Responsum est* Ald. *responsum* [*est*] Schott. Gaesb. Delph. Pitisc.—9 *Qua se scortum* Ald. Arntz. *qua* [*se*] *scortum* Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. *Se* abest a Guelf. et Leid. 1. prob. Arntz.—10 ‘ Floriacens. *Narbonum Lappium* vocat. Veronens. *Norbanum Lappium*. Germanicæ et Gallicanæ edd. [cum Ald.] *Normanium Appium*.’ Schott. ‘ Porro *Narbonum Lappium* Guelf. *Norbonum Lappium* Leid. 1. *Lapium Norbanum* Leid. 2. Unde scribendum conjiceres *L. Appium Norbanum* vel *Norbanum et L. Appium*: certe *Lappius* quid sit non video.’ *Arntz.* Mox *deterior* pro *tetrior* Ald. et edd. vett.—11 Ad verba *ob fraudem*, &c. vide Not. Delph. Mox in

NOTÆ

[e] *Ne musca quidem*] Sic Sueton. Sed plenius in Cæsaribus. Locum adi.

[f] *Antonius*] L. Antonius superioris Germaniæ præses. Vide Sueton. cap. 6. Hoc factum est decimo sexto Domitiani consulatu, A. U. 844. post C. N. 92.

[g] *Norbanum Appium*] ‘ Lucium Maximum ’ vocat Dio.

[h] *Parthenio*] ‘ Parthenius cubiculo præpositus.’ Sueton.

[i] *Et tum, ob fraudem interceptæ pecuniæ*] Interceptæ pecuniæ reum dicit Clodianum. Suetonius vero ‘ Stephanum.’ ‘ Stephanus,’ inquit, cap. 17. ‘ Domitillæ procurator, et tunc interceptarum pecuniarum reus, consilium operamque obtulit.’ Idemque Clodianum cornicularium vocat. Quid igitur? rescribendum puto: *Parthenio procurante cubiculum, et Stephano tum ob fraudem interceptæ pecuniæ supplicium suspectante, et Clodiano, ascita etiam*, &c.

ludi[k] celebrati sunt. 15. Hactenus Romæ, seu per Italiam orti imperium rexere: hinc advenæ. Unde compertum est, urbem Romam externorum virtute crevisse:[l] quid enim Nerva prudentius aut moderatius? quid Trajano divinius? quid præstantius Hadriano?

consilio Ald.—15 Ald. in c. XII. habet verba ab *Hactenus* usque *Hadriano*, et *Adriano* præfert cum Schott. Gaesb. Delph. Pitisc.

NOTÆ

[k] *Hujus tempore sæculares ludi*] Sueton. cap. 4. 'Fecit et ludos sæculares, computata ratione temporum ab anno, non quo Claudius proxime, sed quo olim Augustus ediderat:' quanquam nec plane eam rationem servaverit. Augustus enim quintos ludos sæculares fecit an. ante C. N. 15. hos vero Domitianus an. post C. N. 88. desunt igitur anni septem, ut justus annorum, qui ludos sæculares intercurrebant, numerus impleatur.

[l] *Externorum virtute crevisse*] 'Lætior reip. status evenit abstinentia et moderatione insequentium principum.' Sueton. Domitian. extrem. *Schott.*

CAP. XII.

COCCEIUS NERVA.

1. Cocceius Nerva, oppido Narniensi genitus, imperavit menses sedecim,[a] dies decem. 2. Iste cum imperium suscepisset, mox rumore orto vivere atque affore Domitianum, perinde trepidavit, ut colore mutato, verbis amissis, vix consisteret. Sed a Parthenio[b] confirmatus, recepta fiducia ad solenne delenimentum conversus est. 3. Qui cum in curiam a senatu gratanter exceptus esset, solus ex omnibus Arrius Antoninus,[c] vir acer eique amicissimus,

Cap. XII. 1 *Menses tredecim* edd. ante Schott. *menses XIII.* Ald. *menses XVII.* Leid. 2.—2 '*Verbis amissis.* Ita reposui ex Mss. *amicis*, quod est in Vineti ed. vereor ne operarum somnium sit. Adjuvat et Veronensis, qui etiam supra *trepidavit mente* addit.' *Schott.*—3 *In curia* Guelf. Ald. et Gryph. '*Arrius Antoninus.* In vulgatis quibusdam *Arius Antonius* appellatur. Infra *non mo-*

NOTÆ

[a] *Menses sedecim* [*tredecim*] Supra in Cæsaribus Victor, 'Mense sexto ac decimo semet eo abdicavit.' Idem Eutrop. nisi quod addit dies octo.

[b] *Parthenio*] Domitiani cubiculum procurante, cap. superiori.

[c] *Arrius Antoninus*] Avus maternus Antonini Pii. Hoc tangit Capitolin.

conditionem imperantium prudenter exprimens, amplexus eum, gratulari se ait senatui et populo, provinciisque, ipsi autem nequaquam; cui satius fuerat, malos semper principes eludere, quam tanti oneris vim sustinentem, haud molestiis modo et periculis subjici, sed famæ etiam inimicorum pariter et amicorum: qui cum se mereri omnia præsumunt, si quicquam non extorserint, atrociores sunt ipsis quoque hostibus. 4. Iste, quicquid antea pœnæ nomine tributis accesserat, indulsit;[d] afflictas civitates relevavit; puellas puerosque natos parentibus egestosis sumtu publico per Italiæ oppida ali jussit. 5. Hic ne accessu malevolorum terreretur,[e] Junii Maurici constantis viri[f] dicto ita admonetur: qui convivio[g] familiari adhibitus, cum Veientonem consulari

lestiis Mss. [cum Schott. Gaesb. Delph. Pitisc.] et Veronensis *haud molestiis*; unde codd. quidam [et Ald.] *aut* male impresserant. Insignis hic locus communis nescio unde exscriptus.' *Schott.* Leid. 2. *Arcius Ant.* et idem cod. mox *grat. se ait senatu.* Præterea uterque Leid. *subici* pro *subjici.* Denique *extorserunt* Ald.—5 *Hic ne accessum malignorum terreret* Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. et 'ita Vinetus edendum curavit, nescio quos libros secutus. Mss. nostri et vulgati, quotquot vidi, omnes sine ulla varietate, *Hic ne accessu malivolorum terreretur*; non improbo: exstat historia apud Plinium Cæcil. lib. IV. epist. 22. quem locum felici interpunctione idem Vinetus emendat.' *Schott.* Vide Not. Delph. Tum *Junii Mauritii* Ald. et al. ut mox infra *Mauritius.* Præterea [*ita*] *admonetur* Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. Infra

NOTÆ

'Avus maternus Arrius Antoninus, bis consul, homo sanctus, et qui Nervam miseratus esset, quod imperare cœpisset.' Utinam vero Nervæ et Trajani vitæ, vel a Capitolino, vel a Spartiano scriptæ superessent; sine dubio, quod optime monuit apud Capitol. Casaub. quæ de Arrio in hac Epitom. narrantur, ea ex amissis vitis unius horum scriptorum ad verbum transcripta reperiremus.

[d] *Indulsit*] Hæc omnia de Hadriano Spartianus.

[e] *Hic ne accessu malevolorum terreretur* [*accessum malignorum terreret*] Vel legendum *ne accessum malignorum timeret:* vel ut in Mss. et vulgatis, *ne accessu malignorum terreretur.* Tamen et altera lectio retineri potest, *ne terreret accessum malignorum;* hoc est, 'ne malignos se accedere prohiberet.' Immo et hæc magis ad mentem Plinii videtur facere. Vide infra. Per 'malignos,' calumniatores intellige.

[f] *Constantis viri*] Junius Mauricus; quo viro nihil firmius, nihil verius. Plin. Epist. lib. XIV. ep. 22.

[g] *Qui convivio*] Hanc historiam sic Plin. loco supra laudato: 'Idem' (Mauricus) 'apud Nervam Imperatorem, non minus fortiter. Cœnabat Nerva cum paucis. Veiento proximus, atque etiam in sinu recumbebat. Dixi omnia, cum hominem nominavi. Incidit sermo de Catullo Messallino, qui luminibus orbatus ingenio sævo mala cæcitatis addiderat, non verebatur, non erubescebat, non

honore functum quidem apud Domitianum, tamen multos occultis criminationibus persecutum, adesse vidisset; inter colloquia mentione Catulli facta calumniatoris præcipui, dicente Nerva, Quid nunc faceret, si Domitiano supervixisset? Nobiscum, inquit Mauricus, cœnaret. 6. Hic jurgiorum [h] disceptator et scientissimus et frequens fuit. 7. Calpurnium Crassum, promissis ingentibus animos militum pertentantem, detectum confessumque, Tarentum [i] cum uxore removit, Patribus lenitatem ejus increpantibus: cumque interfectores Domitiani ad exitium poscerentur, tantum est consternatus, ut neque vomitum, neque impetum ventris valuerit differre: et tamen vehementer obstitit, dictitans, æquius esse mori, quam auctoritatem imperii fœdare, proditis potentiæ sumendæ auctoribus.[k] 8. Sed milites, neglecto principe, requisitos, Petronium [l] uno ictu, Parthenium vero, demtis prius genitalibus, et in os conjectis, jugulavere, redemto magnis sumtibus Casperio; [m] qui scelere

' *Catuli* edd. sed melius scripti. Mox *dicenti* Leid. 1. unde scribi posset *dicenti Nervæ*, sed sine necessitate, uti jam monuimus ad Vir. Ill. cap. 64. § 3. et Schottus ad cap. 66. § 2.' *Arntz.*—7 ' *Valuerit* Guelf. Leid. optimus et priscæ edd. pro quo Schottus [cum Gaesb. Delph. Pitisc.] *valeret;* qui [cum iisdem] etiam expresserat *æquius esse mortem subire;* pro quo omnes alii, si a Leid. 2. discesseris, *mori*. Quamvis hæc posterior vox facilius a glossa oriri potuerit, tamen consensui omnium non repugno.' *Arntz.*—8 Post *Petronium* habent uncinis inclusam vocem *Stephanum* Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. repugnantibus Mss. 'Statim pro *genitalibus* Leid. 2. *testiculis*, quomodo etiam in margine sui libri Gruterus.' *Arntz.* Mox ' *Casperi* Mss. duo

NOTÆ

miserebatur. Sæpius a Domitiano non secus ac tela, quæ et ipsa cæca et improvida feruntur, in optimum quemque contorquebatur. De ejus nequitia sanguinariisque sententiis in commune omnes super cœnam loquebantur, tum ipse Imperator: Quid putamus passurum fuisse, si viveret? et Mauricus, Nobiscum cœnaret.'

[h] *Jurgiorum*] Sic supra in Vespasiano, ' Jurgia,' id est, jura.

[i] *Tarentum*] In Salentinis ad littus maris.

[k] *Proditis potentiæ sumendæ auctoribus*] Nam Domitiani interfectoribus adjuvantibus, Nerva imperium invasit.

[l] *Petronium* [*Stephanum*] Abesse debet vox *Stephanum*, nec in Mss. comparet. Vera videtur conjectura Schotti, qui putat loco τοῦ *Stephanum* scriptum fuisse *Secundum;* nam Petronius ' Secundus ' vocabatur.

[m] *Casperio*] Ælianum Casperium vocat Dio. Præfectus fuit prætorio. Doctiss. Grotius legebat *Sigerio*, quem Xiphilinus Domitiani cubicula-

tam truci insolentior, Nervam compulit referre apud populum gratias militibus, quia nefandos pessimosque [n] omnium mortalium peremissent. 9. Hic Trajanum in liberi locum,[o] inque partem imperii cooptavit; cum quo tribus vixit mensibus. 10. Qui dum, suggerente ira, voce quam maxima, contra quendam, Regulum nomine, inclamaret, sudore correptus est. 11. Quo refrigescente, horror [p] corporis nimius initia febri præbuit; nec multo post vitam finivit, anno ætatis sexagesimo tertio.[q] 12. Cujus corpus a senatu, ut quondam [r] Augusti, honore delatum, in sepulcro Au-

[cum Guelf. ap. Arntz.] inflectunt; *Caspari* Veronensis; a quo forte Christianum nomen ortum: *Emperio* Augustana editio habet. ‘Ælianum Casperium’ Dio vocat, præfectum prætorio, quam etiam dignitatem sub Domitiano gesserit.’ *Schott.* Grotius *Sigerio* legebat. Tum ‘*Apud populum.* Veronensis *ad populum:* et mox *quod pessimos nefandosque omnium*, quomodo et Mss. [cum Ald.] Iidem *cooptavit* pro *adoptavit.*’ Schott. ‘Quod in suis esse *cooptavit* monet, non *adoptavit*, idem ex nostris recepimus, nisi quod Leid. 2. *coadoptavit*, sine dubio, ut varietatem lectionis notaret, de quo more diximus ad Vir. Ill. cap. 8.’ *Arntz.*—9 *Annis* pro *mensibus* Mss. ap. Schott. tres scripti ap. Arntz. Veronensis et Augustanus cod. contra fidem historiæ.—10 Basiliensis Cratandri, teste Schott. et editi ap. Arntz. *nocte voce quam max.* Ald. omissa *voce*, legit *nocte quam max.*—11 ‘*Quo refrigescente.* Hæc absunt usque ad *eo die*, in utraque Basiliensi, Augustana, et Lugdunensi edd. [cum Aldina] Mss. vero *Horror corporis nimium initia febri præbuit.* Veronensis a Vineto [qui cum Gaesb. Delph. Pitisc. *nimius initium febri fuit*] nihil variat, nisi quod *præbuit* legit. Pithœi Ms. *refrigerante* præfert.’ *Schott.* ‘Solus Guelf. *nimium*, qui tamen cum Leid. 2. *initia febri præbuit.*’ Arntz.—12 ‘*A senatu quondam.* Aliter libri scripti et Veronensis *ut quondam Augusti honore delato in sepulcro Augusto.* Floriacensis tamen *relato*; Cujacii *relicto.*’ Schott. *A sen. quondam Augusto honore delatum* Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. Vide Not. Delph. ‘Particulam *ut* non esse hoc loco exturbandam vel addita vox *quondam* ostendit, ut appareat oppositionem esse factam inter sepulturam Augusti et Nervæ. Præterea Guelf. et Leid. 1. pro ea pugnant. Illi ipsi scribunt *Augusti honore*, et recte; nisi si conjiciamus etiam præcedentem literam *m*

NOTÆ

rium fuisse dicit; meminit Martial. lib. IV. ep. 79. ‘Sigeriosque meros, Partheniosque sonas.’ Sed ‘Casperium’ Dio.

[n] *Nefandos pessimosque*] Petronium scilicet, et Parthenium.

[o] *Liberi locum*] Nota *liberi* pro ‘nati’ numero singulari. Sic supra Victor in Cæsaribus.

[p] *Horror*] Eleganter, pro ‘tremor:’ sic ‘horror soli,’ Florus: ‘Nisi illum horrorem soli,’ &c.

[q] *Anno ætatis sexagesimo tertio*] Eutrop. ‘Ætatis LXX. et altero anno.’ Sed ambo falsi sunt. Nam natus erat an. 66.

[r] *Quondam*] Locum corruptum puto: cur enim *quondam?* In Mss. *ut quondam Augusti honore delato in sepulcro Augusto sepultum est.* Puto levissima immutatione, *Cujus corpus a senatu quondam Augusto honore delato, in sepulcro Augusti sepultum est:* τὸ *ut* quod apparet in Mss. a postre-

gusti sepultum est. 13. Eoque die, quo interiit, solis defectio [a] facta est.

absorbuisse præpositionem *in*, quamvis illa non necessario requiratur. Itaque posita distinctione post *delatum* (pro qua tamen voce *delato* Guelf. *relicto* Leid. 1.) sententia hæc erit; cadaver humeris senatorum latum in mausoleo fuisse sepultum. *Delatum* erit compositum pro simplici, vel, quomodo mallem reponere, *elatum*.' Arntz.

NOTÆ

ma syllaba vocis *senatu* inversa natum. Ordo hic est: Cujus corpus in sepulcro Augusti sepultum est honore quondam a senatu Augusto delato. De Auguste qui senatorum humeris in campum delatus Sueton. cap. 100.

[a] *Solis defectio*] Hanc eclipsin solis post obitum Nervæ diebus quinquaginta tribus factam ex tabulis patet. Nam obiit Nerva die 27. Januarii; accidit eclipsis die Martii 21.

CAP. XIII.

ULPIUS TRAJANUS.

1. ULPIUS TRAJANUS ex urbe Tudertina,[a] Ulpius ab avo dictus, Trajanus a Trajo paterni generis auctore, vel de nomine Trajani patris sic appellatus, imperavit annis viginti.[b] 2. Iste talem se reipublicæ præbuit, qualem vix ægreque exprimere valuerunt summorum scriptorum miranda ingenia.[c] 3. Hic imperium apud Agrippinam,[d] nobi-

CAP. XIII. 1 *Tudestina* Leid. 2. qui mox *annos* pro *annis* habet.—2 *Value-*

NOTÆ

[a] *Ex urbe Tudertina*] Mihi ignota est Tudertina urbs. Etsi nota esset, non ideo Epitomistæ crederem. Trajanus enim ex Italica Hispaniæ urbe, non ex Tudertina. Vide in Cæsaribus.

[b] *Annis viginti*] Immo an. 19. mens. sex, dies 15.

[c] *Summorum scriptorum miranda ingenia*] Trajani vitam copiose literis mandaverant Marius Maximus, Fabius Marcellinus, Aurelius Verus, Statius Valens; quos omnes laudat Lampridius in Alexandro Severo. Scripsit et Ælius Spartianus; sed quæ temporis injuria periit. Et hunc maxime ab Epitomista respici verisimile est, cum ab ejusdem vitis quæ supersunt multa ab eo videamus esse transcripta.

[d] *Apud Agrippinam*] Eutrop. 'Imperator autem apud Agrippinam civitatem in Galliis factus est.' Agrippina colonia; hodie *Cologne*.

lem Galliæ coloniam, suscepit, habens diligentiam in re militari, in civilibus lenitatem, in sublevandis civitatibus largitionem. 4. Cumque duo sint, quæ ab egregiis principibus expectentur, sanctitas domi, in armis fortitudo, utrobique prudentia: tantus erat in eo maximarum rerum modus, ut quasi temperamento quodam miscuisse videretur, nisi quod cibo vinoque [e] paululum deditus erat. 5. Liberalis in amicos,[f] et tanquam vitæ conditione par, societatibus perfrui.[g] 6. Hic ob honorem Suræ, cujus studio imperium arripuerat, lavacra[h] condidit. 7. De quo supervacaneum videtur cuncta velle nominatim promere, cum satis sit excultum atque emendatum dixisse. 8. Fuit enim patiens laboris, studiosus optimi cujusque, ac bellicosi: magis simpliciora ingenia aut eruditissimos, quamvis ipse parcæ esset scientiæ, moderateque eloquens, diligebat. 9. Justitiæ vero, ac juris humani divinique tam repertor novi, quam inveterati custos. 10. Quæ omnia eo majora visebantur, quo per multos atque atroces tyrannos perdito atque prostrato statu Romano, in remedium[i] tantorum malorum divinitus credebatur opportune datus; usque eo, ut

rint Leid. uterque.—4 *Nisi quia cibo* Ald. Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. et teste Arntz. omnes aliæ edd. contra Mss.—6 *Studio cujus* et mox *abripuerat* Ald.—7 '*Promere* cum Schotto recepit et illustravit Gruner. vulgo *prodere*, quod propter additum adverbium *nominatim* prætulit Arntzen. nec tamen alterum damnat.' *Harl.* *Prodere* Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. Arntz.—8 'Edd. [ut Ald.] *magisque simpliciora* habebant; sed particulam adjectam uncis incluserat Schottus [cum Gaesb. Delph. Pitisc.] et nos ex omnibus Mss. delevimus.' *Arntz.*—10 *Quo* ex Leid. utroque reposuit Gruner. *quo[niam]* Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. *quoniam* Ald. Arntz. Mox *electus* pro

NOTÆ

[e] *Vinoque*] Supra in Cæsaribus.

[f] *Liberalis in amicos*] Eutrop. 'Liberalis in cunctos: publice privatimque ditans omnes, et honoribus augens quos vel mediocri familiaritate cognovisset.'

[g] *Societatibus perfrui*] Id est, 'perfruebatur.' Sic non semel indefinitos pro imperfectis reperias. De hac Trajani civilitate Eutrop. 'Romæ, et per provincias æqualem se omnibus exhibens; amicos salutandi causa frequentans, vel ægrotantes, vel cum festos dies habuissent; convivia cum iisdem indiscreta vicissim habens: sæpe in vehiculis eorum sedens.'

[h] *Lavacra*] In Cæsaribus.

[i] *In remedium*] 'Nam sub Trajano principe, movet lacertos, et præter spem omnium, senectus imperii, quasi reddita juventute, revirescit.' Florus.

adveniens imperium ejus pleraque mirifica denuntiaverint. In quis præcipuum, cornicem e fastigio Capitolii[k] Atticis sermonibus effatam esse, καλῶς ἔσται. 11. Hujus exusti corporis cineres relati Romam, humatique Trajani foro[l] sub ejus columna; et imago superposita, sicuti triumphantes solent, in Urbem invecta,[m] senatu præeunte et exercitu. 12. Eo tempore multo perniciosius, quam sub Nerva, Tiberis inundavit,[n] magna clade ædium[o] proximarum; et terræ motus gravis per provincias multas,[p] atroxque pestilentia, famesque, et incendia facta sunt. 13. Quibus omnibus Trajanus per exquisita remedia plurimum opitulatus est; statuens, ne domorum altitudo sexaginta superaret pedes,[q] ob ruinas faciles, et sumtus, si quando talia contingerent,

datus est in Augustano cod. teste Schott. Infra '*In quibus.* Aliter hic locus in Mss. Veronensi et Basiliensi utroque legitur, *in queis præcipuum cornicem e fastigio Capitolii Atticis sermonibus effatam esse καλὸς hujus.* Augustanus codex *affata καλός. Cujus.* Sueton. vero extremo lib. XII. Domitiani temporibus accidisse ait: infra *invehi* Veronensis et Mss. pro *invecti.*' Schott. 'Est lectio, quam repræsentamus codicum omnium. Lineola, quæ literæ *m* indicium est, et verbo substantivo neglectis, Aldus et Gryphius, *In queis pr. cornicem . . . effata.* Schott. [Gaesb. Delph. Pitisc.] *In quibus pr. cornix . . . effata.* Memoratæ edd. virum optimum in errorem induxerunt, ut primum casum præferret, cum alius error multo est apertior, neglectum scilicet esse punctum literæ *a* superinscriptum. Omnes Mss. καλὸς, ex quibus solus Guelf. ἔσται omittit. Præterea *e fastigio* codd. et edd. quas vidi, omnes, a quibus recessit Pitiscus, ubi fortasse incuria librariorum, certe sine necessitate, *a fastigio* reperitur.' *Arntz.*—11 *Ut triumphantes* Guelf.—12 Τῷ *proximarum* carent Ald. Schott. Gaesb. Delph. Pitisc.—13 *Quadraginta* pro *sex-*

NOTÆ

[k] *Cornicem [cornix] e fastigio Capitolii*] Hoc paulo ante Domitiani mortem evenisse dicit Sueton. cap. ult. 'Ante paucos,' inquit, 'quam occideretur menses, cornix in Capitolio elocuta est, ἔσται πάντα καλῶς. Nec defuit qui ostentum sic interpretaretur: Nuper Tarpeio quæ sedit culmine cornix, *Est bene* non potuit dicere; dixit, *erit.*'

[l] *Trajani foro*] Quod forum Ulpium, sive Trajani, ab Ulpio Trajano dictum. Apollodorus architectus fuit. Columna in medio sita, cujus altitudo hodieque apparet pedum 128.

[m] *Sicuti triumphantes solent in Urbem invecta*] Hanc Hadrianus invexit. Spartian. 'Cum triumphum ei senatus qui Trajano deditus erat detulisset, recusavit ipse, atque imaginem Trajani curru triumphali vexit, ut optimus Imperator ne post mortem quidem triumphi amitteret dignitatem.'

[n] *Tiberis inundavit*] Vide Plin. Hist. Nat. III. 5.

[o] *Ædium*] In Mss. *Ædium proximarum.*

[p] *Per provincias multas*] In Græcia, Asia, Galatia, Syria. Euseb. Dio.

[q] *Sexaginta superaret pedes*] Augustus, ut ruinæ caverentur, edixit ne

rent, exitiosos. 14. Unde merito Pater Patriæ dictus est. Vixit annos sexaginta quatuor.[r]

aginta cod. membr. ap. Vinet. *XL.* Leid. 2.—14 *Annos* Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. *annis* Leid. 1. cum vett. edd.

NOTÆ

novum ullum ædificium ad viam publicam factum ultra LXX. pedes attolleretur. Strabo, lib. v. Trajanus vero ad pedes LX. revocavit.

[r] *Vixit annos [annis] sexaginta quatuor*] Immo annis 63. mens. 9. diebus 4.

CAP. XIV.

ÆLIUS HADRIANUS.

1. ÆLIUS HADRIANUS, stirpis Italicæ,[a] Ælio Hadriano Trajani principis consobrino[b] Adriæ orto genitus,[c] quod oppidum agri Piceni[d] etiam mari Adriatico nomen dedit,

CAP. XIV. 1 *Adrianus* hic et ubique Ald. Schott. G. D. P. Præterea Mss. ap. Schott. *stirpis Italæ*, contra omn. codd. &c. ap. Arntz. Mox *quia id oppidum agri piceni* Ald. *Mari Adriatici* Leid. 2. et *imp. annis XII.* Ald.

NOTÆ

[a] *Stirpis Italicæ*] Hoc est ex Italica Hispaniæ urbe oriundus. Sed nescio an hoc sensu dici possit *stirpis Italicæ:* immo verum est quod apud Spartianum notavit illustrissimus Casaubonus, *stirpis Italicæ* nil aliud velle quam Ἰταλικοῦ γένους. Ita ut Victor Hadrianum, non Italica Hispaniæ urbe oriundum dicat; sed plane e contrario, dissimulans originem illius Hispanicam, aut quasi rem notam omnibus prætermittens, Italiæ, quantum potest, asserat. Quin plerique libri scripti non *Italicæ*, sed *Italæ* præferunt eo loci. Et ipse Victor se ipsum explicat, dum addit 'Ælio Adriano . . . Adriæ orto genitus.'

[b] *Trajani principis consobrino*] Ælio Ælio Hadriani Imperatoris avo conjux fuit Ulpia, M. Ulpii Trajani soror, Trajani Augusti amita. Trajanus igitur Imperator et pater Hadriani Cæsaris, ut ex fratre et sorore nati amitini, invicem fuerunt. Quos etiam consobrinos nominare solent Latini, ut et jurisconsultus notat. Casaub. apud Spartian.

[c] *Ælio Hadriano . . . Adriæ orto genitus*] Spartian. primulo initio: 'Origo Imperatoris Hadriani vetustior a Picentibus, posterior ab Hispaniensibus manat: siquidem Adria ortos majores suos apud Italicam Scipionum temporibus resedisse, in libris vitæ suæ Hadrianus ipse commemorat. Hadriano pater Ælius Hadrianus cognomento Afer, fuit consobrinus Trajani Imperatoris,' &c.

[d] *Oppidum agri Piceni*] In inferiori parte juxta Vestinos, ad mare.

imperavit annis viginti duobus.[e] 2. Hic Græcis literis impensius eruditus, a plerisque Græculus appellatus[f] est. Atheniensium studia moresque hausit, potitus non sermone tantum, sed et ceteris disciplinis, canendi, psallendi, medendique scientia,[g] musicus, geometra, pictor, fictorque ex ære vel marmore proxime Polycletos et Euphranoras.[h] Proinde omnino ad ista et facetus, ut elegantius unquam raro quicquam humanæ res expertæ videantur. 3. Memor supra quam cuiquam credibile[i] est, locos, negotia, milites,

---

Gryph. et alii.—2 '*Hausit. Auxit* editi omnes. Cujacii et Veronensis addit *potitus, non sermone.* Frobenianus vero, *peritus non sermone.* Cratandri, [Ald.] Gryphii et Augustana ed. *poëtico non sermone tantum.*' Schott. '*Hausit potitus* Guelf. et Leid. 1. Nescio an alii ita locuti sint, sed in hoc auctore mihi non displicet, qui non ubique linguæ castitatem servat. Et fortassis non minus dura erit sententia 'haurire studia sermone et disciplinis.' Si illud displiceat, conjeceram scribendum *peritus.* Certe vocem aliquam excidisse constat, quia omnes etiam edd. lacunam suppleant interponendo vel *poëtico* vel *peritus.*' Arntz. Mox *numerandique scientia* conj. Schott. prob. Anna; *modulandique* malit Sylburg. Nihil mutandum putat Arntz. Tum *Musicis, geometria* Ald. 'In *geometra* Mss. consentiunt, nisi quod *geometer* declinant, et infra *fictorque:* excusi tres [et Ald.] addunt *fictor æmulatorque.* Post paulo, *proinde omnino ad ista et facetus ut elegantius unquam raro quicquam,* Mss. præferunt et Veronensis. [*Ad ista erat factus, ut eleg. nunquam quicquam* Schott. Gaesb. Delph. Pitisc.] Quidam pro *erat factus* legunt *effectus* [ut Ald.]; alii *effictus.*' Schott. '*Fictorque* etiam Guelf. *geometer* volebat quoque Gudius teste Burmanno præfat. ad Phædrum, sed dissentiunt ab eo omnes nostri codd. Et ita aliquoties ipse Cicero.' *Arntz.* Præterea *elegantius nunquam, raro quicquam* Ald. cum omn. edd. vett. teste

NOTÆ

[e] *Annis viginti duobus*] Vide in Cæsaribus.

[f] *Græculus appellatus*] Ex Spartian. 'Imbutusque impensius Græcis studiis, ingenio ejus sic ad ea declinante, ut a nonnullis Græculus diceretur.'

[g] *Canendi, psallendi, medendique scientia*] Spartianus quem fere Epitomista sequitur; 'Fuit poëmatum et literarum omnium studiosissimus; arithmeticæ, geometriæ, picturæ peritissimus; jam psallendi et cantandi scientiam præ se ferebat;' ubi nulla mentio 'medendi scientiæ:' sed ejus loco arithmeticam Hadriano tribuit Spartianus. Quare non immerito hunc locum Epitomistæ suspectum habuere viri doctissimi Schottus et Casaubonus: quorum prior legendum putat *numerandique scientia,* vere: idque ego olim, antequam Schottum legissem, subodorata fueram, Spartianum legendo. Priori syllaba *nu* deperdita ex reliquis *merandi,* imperiti librarii fecere *medendi.*

[h] *Polycletos et Euphranoras*] Nobilissimos pictores.

[i] *Memor supra quam cuiquam cred.*] Spartian. 'Fuit memoriæ ingentis, facultatis immensæ, nam et ipse orationes dictavit, et ad omnia respondit.' Et paulo infra: 'Nomina plurimis sine nomenclatore reddidit, quæ semel et congesta simul audiverat; ut nomenclatores sæpius errantes emendaverit: dixit et veteranorum nomi-

absentes quoque nominibus recensere. 4. Immensi laboris, quippe qui provincias omnes passibus circuierit,[k] agmen comitantium prævertens, cum oppida universa restitueret,[l] augeret ordinibus.[m] 5. Namque ad specimen legionum militarium, fabros, perpendiculatores, architectos, genusque cunctum exstruendorum mœnium seu decorandorum in cohortes centuriaverat.[n] 6. Varius,[o] multiplex, multiformis: ad vitia atque virtutes quasi arbiter genitus, impetum mentis quodam artificio regens, ingenium invidum, triste, lascivum, et ad ostentationem sui insolens, callide tegebat; continentiam, facilitatem, clementiam simulans, contraque dissimulans ardorem gloriæ, quo flagrabat. 7. Acer nimis ad lacessendum pariter et respondendum seriis, joco, maledictis: referre carmen carmini, dictum dictui;[p] prorsus ut meditatum crederes adversus omnia. 8. Hujus uxor Sabina,[q] dum prope servilibus

Arntz. Supra *Perinde* pro *Proinde* Schott. Gaesb. Delph. Pitisc.—4 *Pedibus circumierit* eæd. contra Mss.—6 '*Inpetum mentis. Impetus* Mss. Augnst. *imperii*, quod non placet, nisi *ac vitia atque virtutes* legas.' *Schott.* *Mentis quasi artificio* Leid. 1. Tum *callide regebat* Schott. G. P. Postea '*Clementiam simulans.* Veron. et Froben. *clementiamque simulans ardore gloriæ*; reliqua absunt. Et mox *acer nimis ad lacess.* Mss. et Veron. Deinde pro *dicto* [quod Ald. Schott. G. D. P.] *dictu* iidem.' *Schott.* *Ardore* solus Lugd. 2.—7 'Pro *acerrimus*, quæ vox alias occupat edd. [ut Ald. Schott. &c.] *acer nimis* Mss. quod secuti sumus, uti et infra *dictum dictui* omnes omnino codd. quorum auctoritati repugnare nolui,

NOTÆ

na quos aliquando dimiserat. Libros statim lectos et ignotos quidem plurimis memoriter reddidit. Uno tempore scripsit, dictavit, audivit, et cum amicis fabulatus est.'

[k] *Passibus* [*pedibus*] *circuierit*] Ex Spartiano: 'Exemplo etiam virtutis suæ ceteros adhortatus, cum etiam vicena millia pedibus armatus ambularet.' Sed rem auget Noster; nescio an vere.

[l] *Oppida universa restitueret*] Id est, 'oppida per totum orbem restitueret:' quæ scilicet vel horrore soli, aut quolibet alio casu prostrata fuerant.

[m] *Augeret ordinibus*] Fabrum scilicet, carpentariorum, ferrariorum, omnisque generis artificum.

[n] *Centuriaverat*] Verbum militare; id est, 'in centurias allegerat.' De centuriis non est hic dicendi locus.

[o] *Varius, &c.*] Ex Spartiano hoc quoque: 'Idem severus, lætus; comis, gravis; lascivus, cunctator; tenax, liberalis, simulator; sævus, clemens, et semper in omnibus varius.'

[p] *Dictum dictui* [*dicto*] 'Dictum' dicteria et jocosos sales complectitur. Gallice *un bon mot*.

[q] *Uxor Sabina*] Aliter Spartian. 'quandoquidem etiam Sabina uxor non sine fabula veneni dati ab Hadriano, defuncta est.'

injuriis afficitur, ad mortem voluntariam compulsa. Quæ palam jactabat, se, quod immane ingenium probavisset, elaborasse,[r] ne ex eo ad humani generis perniciem gravidaretur. 9. Hic morbo subcutaneo,[s] quem diu placide pertulerat, victus, dolore ardens impatiensque, plures e senatu extinxit. 10. A regibus multis pace occultis muneribus[t] impetrata, jactabat palam plus se otio adeptum, quam armis ceteros. 11. Officia sane publica et palatina,[u] nec non militiæ in eam formam statuit, quæ paucis per Constantinum immutatis hodie perseverant. 12. Vixit annos sexaginta duos:[x] dehinc miserabili exitu consumtus est,

licet alibi illam vocem legere non meminerim.' *Arntz.*—8 *Accipitur* pro *afficitur* Delph. quæ mox cum Schott. Gaesb. Pitisc. legit *compulsa est.* Tum *Quæ palam jactabat, quam immane ing. pertulisset* Ald. Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. '*Jactabat se, quod ... probavisset, &c.* Sic Augustanus, nisi quod *persuasisset* non *probavisset* habuit longe alio sensu: et Veronensis *gestabat* pro *jactabat.* Vidi qui, *ne ex eo humani generis pernicies gravidaretur*, excusserunt.' *Schott.* Vide Not. Delph. 'Pro *probavisset* habet *perpavisset*, h. e. sustentasset, aluisset, cod. Leid. et placuerat primum Arntzenio, qui, quomodo ex ea lectione, altera *probavisset* oriri potuerit, pluribus docet. Atque Klotz. in Miscell. Crit. p. 40. unice veram esse putat hanc lectionem: neque ego arbitror difficiliorem illam lectionem ortum debuisse tarditati librariorum. Suspicor tamen Victorem scripsisse *perpavisset*, h. e. Sabinam valde metuisse, ne ingenium, simile patris, immane, heredem immanitatis paternæ, in lucem ederet. Arntzen. tamen [cum Gruner.] postea amplexus est lectionem plurium codicum *probavisset.*' Harl.—9 *Morbo subtercutaneo* Ald. Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. '*Succutaneo* uterque Leid. [cum Mss. ap. Schott.] et placebat Keuchenio ad Sammonicum vs. 501. Sed non video causam, cur in corruptam lectionem conspirent Mss. *arduus* retinentes, pro quo melius editi *ardens.*' Arntz. Mox pro *extinxit*, habet Leid. 1. *interfecit.*—10 *Occultius* pro *occultis* Mss. ap. Schott. et Guelf. ap. Arntz.—11 *Palatinæ* Ald. Tum *perseverat* Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. contra Mss. ap. Schott. et Arntz. ac Ald. et

NOTÆ

[r] *Elaborasse*] Malim *elaborasset: im. ing. pertulisset, et quam elaborasset.* In Mss. *quæ palam jactabat se, quod immane ingenium probavisset, elaborasse ne, &c.* quod valde arridet: pro quo legi potest *quum*, ut propius accedas ad *quam.*

[s] *Morbo subcutaneo* [*subtercutaneo*] Aqua intercute.

[t] *A regibus multis pace oc. m.*] Spartian. 'Regibus multis plurimum detulit; a plerisque vero etiam pacem redemit.'

[u] *Officia sane publica et palatina*] Spartian. 'Siquidem ipse post Cæsarem Octavianum labantem disciplinam incuria superiorum principum, retinuit, ordinatis et officiis, et impendiis.' Quid autem immutatum sit ab Hadriano de priori Augusti ordinatione circa officia et universam rempublicam, accuratissime a peritissimo historiæ Romanæ viro Onuphrio Panvino dictum est.

[x] *Annos sexaginta duos*] Et menses quinque, dies novemdecim.

cruciatu membrorum fere omnium confectus, in tantum, ut crebro sese [y] interficiendum ministrorum fidissimis precans offerret; ac, ne in semetipsum sæviret, custodia carissimorum servaretur.

Gryph.—12 *Annis sex. duobus* Leid. 1. Mox τὸ *crebro* desideratur in Ald.

NOTÆ

[y] *Ut crebro sese*] Spart. 'Hadrianus autem ultimo vitæ tædio jam affectus gladio se transfigi a servo jussit, &c. et post testamentum quidem iterum se conatus occidere, subtracto pugione, sævior factus est; petiit et venenum a medico, qui se ipse ne daret occidit.'

CAP. XV.

ANTONINUS PIUS.

1. ANTONINUS FULVIUS, seu Boionius dictus, postea etiam Pius cognominatus, imperavit annos viginti tres.[a] 2. Iste ab Hadriano in filium adoptatus, cujus gener fuerat,[b] tantæ bonitatis in principatu fuit, ut haud dubie sine exemplo vixerit. 3. Quamvis eum Numæ contulerit ætas sua,[c] cum orbem terræ nullo bello per annos viginti tres auctoritate sola[d] rexerit, adeo trementibus eum atque amantibus cunctis regibus[e] nationibusque et populis, ut parentem seu pa-

CAP. XV. 1 *Cognominatus est. Imperavit* Ald. Supra *Fulvus* pro *Fulvius* volunt alii; et in Leid. 2. *Flavus* reperitur.—3 '*Quamvis eum*. Absunt a Veronensi usque ad *adeo trementibus eumque amantibus*: sic enim quidam legunt.'

NOTÆ

[a] *Annos viginti tres*] Vide in Cæsaribus.

[b] *Cujus gener fuerat*] Falsum est Antoninum Pium Hadriani generum fuisse, quippe qui Anniam Faustinam Annii Veri filiam uxorem habuerit.

[c] *Eum Numæ contulerit ætas sua*] Capitolinus in Pio, initio: 'Et qui merito Numæ Pompilio ex bonorum sententia comparatur.' Et in fine: 'Et qui rite comparetur Numæ, cujus felicitatem, pietatemque, et securitatem, cærimoniasque semper obtinuit.'

[d] *Auctoritate sola*] Capitolin. 'Parthorum regem ab Armeniorum expugnatione solis literis repulit; Abgarum regem ex orientis partibus, sola auctoritate deduxit.'

[e] *Cunctis regibus*] Capitolin. 'Causas regales terminavit.' Quod ambitiose ait Epitomista de cunctis regibus, verius interpreteris tu de regulis aliquot Orientis populorum, qui

tronum magis, quam dominum imperatoremve reputarent; omnesque [uno ore[f]] in cœlestium morem propitium optantes, de controversiis inter se judicem poscerent. 4. Quin etiam Indi, Bactriani, Hyrcani legatos misere, justitia tanti imperatoris comperta, quam ornabat vultu serie pulcro, procerus membra, decenter validus.[g] 5. Prius quam salutandus[h] prodiret, degustans panis aliquantulum, ne frigescente circum præcordia per jejunium sanguine, viribus exesis interciperetur, eoque actui publicorum minime[i]

Schott. Infra Veronensis *et imperatorem vere putarent.* 'Leid. 1. et Frobeniana ed. *Imperatoremve putarent.* Aldus et Gryphius *Imperatorem vere putarent.*' Arntz. Statim '*Uno ore* alii damnant, (et absunt illæ voces ab aliquot codd.) alii, ut Arntzenius, (sed exemplis quæ huc non quadrant) probant confirmantque; Grunerus, tamquam suspectas, inclusit uncis.' *Harl.* Eas voces absque uncis habent aliæ edd. præter Bip. *Omnesque in morem cœlestium* Mss. ap. Schott. Guelf. et Leid. 1. sed Leid. 1. *que* non admittit.—4 *Ad quem etiam* Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. sed Veronens. et Mss. ap. Schott. *quin etiam*, ut Guelf. et Leid. 1. ap. Arntz. cum Ald. Gryph. ceterisque vett. edd. et recte, judice Arntz. ut augeat id quod priori paragrapho præcesserat. Tum *Bactriani* omnes scripti, nisi quod corrupte *Bactiani* Leid. 2. sed *Bactri* Ald. Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. Mox '*serie* ex codd. reposuerunt Schottus et Arntzen. quorum posterior nove dictum pro *serio* accepit, copiose interpretatus; imperatorem et pulcritudinem et gravitatem ore prætulisse, cujus formæ non minus auctoritatis quam gratiæ inesset. Magis tamen placet illi lectio cod. Leid. 1. *vultus series pulcra*, h. e. apta illa partium dispositio in facie, quæ suo ordine justoque ornatu sunt dispositæ: at hæc expositio displicet Grunero, qui conjicit *quam ornabat vultus serietate pulcra.* Mihi quidem placet vel lectio edd. veterum ab Aldo orta, *vultu sereno et pulcro*, vel potius emendatio Klotzii in Miscell. Crit. p. 40. *vultu sereno pulcer*, quemadmodum statim sequitur 'procerus membra, decenter validus.'' *Harl.* Vide Not. Delph.—5 *Panis aliquantum* Mss. ap. Schott. Infra *actuum publicorum laboribus* Ald. Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. contra Mss. et Veronens.—

NOTÆ

suos illa tempestate reges habuerunt, sed fere ex imperatoris Romani ordinatione; ut Albani, Iberi, Zydritæ, Lazi, Apsilæ, Abasgi, Lanigæ, et alii. Casaub.

[f] *Uno ore*] Hæc non apparent in Mss. sed agnoscunt omnes editi; neque vero abundant, ut volunt viri doctissimi; immo et necessaria sunt, 'uno ore poscerent,' &c.

[g] *Procerus membra, decenter validus*] Distingue, ut optime Casaubonus apud Capitolinum, *procerus membra decenter, validus.* 'Procerum membra decenter' vocat, quem Capitol. statura elevata decorum. 'Fuit statura elevata decorus.'

[h] *Prius quam salutandus*] Capitolin. 'Antequam salutatores venirent, panem siccum comedit ad sustentandas vires.' Bene mane salutabantur Imperatores: iique nihil degustabant priusquam salutarentur, sed hora demum tertia vel quarta, vel etiam sexta qui non prandebant.

[i] *Eoque actui publicorum minime* [*actuum publicorum laboribus minime*] Melius Mss. *Eoque actui publicorum mini-*

sufficeret, quæ incredibili diligentia ad speciem optimi patrisfamilias exequebatur. 6. Appetentia gloriæ carens, et ostentatione: adeo mansuetus, ut instantibus Patribus ad eos, qui contra eum conjuraverant, persequendos, compresserit quæstionem, præfatus, necesse non esse, sceleris in semetipsum[k] cupidos, pertinacius indagari; ne, si plures reperirentur, quantis odio esset, intelligeretur. 7. Igitur, apud Lorios,[m] villa propria, militibus passuum duodecim ab Urbe, febri paucorum dierum, post tres atque viginti annos imperii, consumtus est. 8. Ob cujus honorem templa, sacerdotes,[n] atque infinita alia decreta sunt. 9. Usque eo autem mitis fuit, ut, cum ob inopiæ frumentariæ suspicionem lapidibus a plebe Romana perstringeretur, maluerit ratione exposita[o] placare, quam ulcisci seditionem.

6 *Instigantibus* pro *instantibus* excudit Froben.—7 'Gryphius et post eum reliqui ediderunt *Igitur, cum esset annorum septuaginta duorum, apud:* sed quinque illa verba media in Mss. non apparere recte monet Schottus, et absunt a nostris et ed. Aldina.' *Arntz.* Mox '*Millibus passuum duodecim.* Ita reposui ex Eutropio lib. VIII. et Oros. lib. VII. astipulantibus vulgatis optimis: et mox *tres atque viginti;* sic enim paulo ante Victor: et in numeris minor numerus cum articulo, non digito vel composito numero, ut arithmeticorum filii appellant, cohæret. Absurde igitur in quibusdam *tres atque duodecim;* et supra *viginti* transpositis vocibus: valde ut mirer in secunda ed. Vineti, hominis alioqui perspicacissimi, oculos hæc fugisse.' *Schott.*

NOTÆ

me sufficeret: sed distinctio sic mutanda: *Eoque actui publicorum minime sufficeret, quæ incredibili, &c. Quæ;* publica scilicet.

[k] *Semetipsum*] Pro *ipsum:* ita 'seipsum' apud Capitolin. 'Solusque omnium prope principum prorsus sine civili sanguine et hostili, quantum ad seipsum pertinet, vixit.' Sic enim ea ætate loquebantur.

[m] *Apud Lorios*] 'Laurium' vocat Capitolin. 'Lorium' Eutrop. fuit in Aurelia via, quæ in Etruriam ducebat.

[n] *Templa, sacerdotes*] Capitolin. 'A senatu Divus est appellatus, cunctis certatim annitentibus, cum omnes ejus pietatem, clementiam, ingenium, sanctimoniam laudarent. Decreti etiam sunt omnes honores qui optimis principibus ante delati sunt. Meruit et flaminem et circenses, et templum, et sodales Antonianos.'

[o] *Maluerit ratione exposita*] Huc pertinent verba Capitolini: 'Omnium quæ gessit et in senatu, et per edicta rationem reddidit.' Similium edictorum mentio apud Sueton. August. cap. 28.

CAP. XVI.

M. AURELIUS ANTONINUS, ET L. VERUS.

1. Marcus Aurelius Antoninus imperavit annos decem et octo.[a] 2. Iste virtutum omnium cœlestisque ingenii extitit, ærumnisque publicis quasi defensor objectus est. Etenim nisi ad illa tempora natus esset, profecto quasi uno lapsu ruissent omnia status Romani. 3. Quippe ab armis nusquam quies erat; perque omnem Orientem, Illyricum, Italiam, Galliamque[b] bella fervebant: terræ motus[c] non sine interitu civitatum, inundationes fluminum,[d] lues crebræ,[e] locustarum species agris infestæ, prorsus ut prope nihil, quo summis angoribus atteri mortales solent, dici seu cogitari queat, quod non illo imperante sævierit. 4. Credo divinitus attributum, ut, dum mundi lex seu natura, aliudve quid[f] hominibus incognitum, gignit, rectorum

Cap. xvi. 1 *Marcus autem Antoninus* Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. '*Aurelius* integris literis uterque Leid. recte, et id placebat Merico Casaubono ad Antoninum de Reb. Suis, lib. i. § 15. Aldus pessime *Marc. autem Antonius.* Mox pro *annos*, *annis* Leid. 1. et editi ante Schottum.' *Arntz.*—2 '*Publicis.* Codex Pithœi, Veronensis, et Floriacensis, rectius quam *plurimis* [quod Leid. 2. qui et *abjectus* pro *objectus* mox habet].' *Schott.*—3 'Veron. [cum Ald.] *quies nunquam erat;* et inf. *locustarum species infestæ prorsus; ut nihil:* sic interpungit.' *Schott.*—4 'Gruner *aliudve*, quod ex aliquot codd. reduxit, bene explicuit. Contra Arntzen. e vett. edd. et cod. Leid. 2. *aliunde* recepit, copiose defendit, et intelligit causam externam, si res non ipsorum culpa accidit, ut 'terræ motus, inundationes,' &c. Schottus [cum Gaesb. Delph.

NOTÆ

[a] *Annos decem et octo*] Vide quæ in Cæsaribus dicta sunt.

[b] *Orientem, Illyricum, Italiam, Gall.*] Parthos, Marcomannos, Sequanos, &c.

[c] *Terræ motus*] Ut in Asia. Huc refero ista Capitolini: 'Oppidis labentibus auxilium tulit.'

[d] *Inundationes fluminum*] Capitolin. 'Sed interpellavit istam felicitatem securitatemque Imperatoris prima Tiberis inundatio, quæ sub illis gravissima fuit: quæ res et multa Urbis ædificia vexavit, et plurimum animalium interemit, et famem gravissimam peperit.'

[e] *Lues crebræ*] Capitolin. in Vero: 'Fuit ejus fati ut, in eas provincias per quas rediit Romam usque, luem secum deferre videretur, et nata fertur pestilentia in Babylonia, ubi de templo Apollinis ex arcula aurea quam miles forte inciderat, spiritus pestilens evasit, atque inde Parthos orbemque complesse.' Vide et Ammianum Marcellinum, lib. xxiii.

[f] *Aliudve quid*] Deus scilicet, quem ignorabat homo paganus.

consiliis, tanquam medicinæ remediis, leniantur. 5. Is propinquum suum,[g] Lucium Annium Verum, ad imperii partem novo benevolentiæ genere ascivit. Qui Verus, inter Altinum atque Concordiam[h] iter faciens, ictu sanguinis,[i] quem morbum Græci ἀπόπληξιν vocant, undecimo[k] imperii anno extinctus est. 6. Carminum,[l] maxime tragicorum, studiosus, ingenii asperi atque lascivi.[m] Post cujus obitum Marcus Antoninus rempublicam solus tenuit. 7. A principio[n] vitæ tranquillissimus, adeo, ut ab infantia vultum nec ex gaudio, nec ex mœrore mutaverit. Philosophiæ

Pitisc.] e cod. Veron. ediderat *aliunde quid hominibus incognitum ea mala gignit.*' Harl. *Aliunde* Ald. cum aliis præter Bip. Vide Nott. Var. Mox *leniatur* Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. contra Ald. et Mss.—5 *L. Annæum Verum* Veronens. *Annium* omittit Leid. 1. Mox '*Qui Verus inter*. Augustanus cod. *Qui Veronam inter atque Concordiam*, corrupte, ut patet ex Capitolino.' *Schott.* Tum 'Si quis conjecturæ locus, *ictu sanguinis* superesse videtur; legendumque *morbo quem Græci ἀπόπληξιν* (Veronensis ἀποπληξίαν) *vocant.*' Schott. Conjecerat olim Arntz. *ictu fulminis.* Vide Nott. Var.—6 *Tragicorum* ut suspectum in uncis includunt Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. Infra *Marcus Antonius* Ald. ut antea notatum.—7 Τὸ *vultum* quod a Veronensi abest in uncis includunt Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. Mox a Veron. ut a

NOTÆ

[g] *Propinquum suum*] Fratris uxoris suæ filium. Vide in Cæsarib.

[h] *Concordiam*] Concordia urbs Aquileiam inter et Altinum.

[i] *Ictu sanguinis*] Eutrop. 'Subito sanguine ictus, casu morbi quem Græci apoplexin vocant.' Quod ictum sanguinis hic vocat, Victor alibi impetum sanguinis dixit in Valentiniano: 'impetu sanguinis voce amissa sensu integer expiravit.' In ejusmodi autem subitis et repentinis morbis, frequenter et 'ictus' et 'impetus' nominibus utuntur, quibus τὸ ἀποπληκτικὸν exprimunt morbi genus. Nec dubium quin ἀποπλήξεις vocent ejusmodi species morborum, per quas impetu ruentis sanguinis et vitales vias obstruentis momento quis eripitur et suffocatur. *Salmas.* apud Capitolin.

[k] *Undecimo*] Sic Capitolin. 'Imperavit cum fratre annis undecim.' Sed falsum est: nam novem tantum numerantur.

[l] *Carminum*] Capitol. in Vero, 'Amavit autem in pueritia versus facere, post orationes,' &c.

[m] *Ingenii asperi atque lascivi*] Ingenii asperi fuisse his verbis innuit Eutrop. 'Vir ingenii parum civilis, reverentia tamen fratris nihil unquam atrox ausus.' Contra tamen Capitol. in Vero: 'Fuit voluptuarius et nimis lætus, et omnibus deliciis, ludis, jocis, decenter aptissimus.'

[n] *A principio*] Ad verbum Eutrop. 'a principio vitæ tranquillissimus, adeo ut in infantia quoque vultum nec ex gaudio, nec ex mœrore mutaret: philosophiæ deditus stoicæ,' &c. quæ ex Capitolin. 'Erat enim ipse tantæ tranquillitatis, ut vultum nunquam mutaverit mœrore, vel gaudio, philosophiæ deditus stoicæ.'

studens, literarumque Græcarum peritissimus. 8. Hic permisit viris clarioribus,[o] ut convivia eodem cultu, quo ipse, et ministris similibus exhiberent. 9. Hic, cum ærario[p] exhausto[q] largitiones, quæ militibus impenderet, non haberet, neque indicere provincialibus aut senatui aliquid vellet, instrumentum regii cultus, facta in foro Trajani sectione, distraxit,[r] vasa aurea, pocula crystallina et murrhina, uxoriam ac suam sericam[s] et auream vestem, multa ornamenta gemmarum: ac per duos continuos menses venditio habita est, multumque auri redactum. 10. Post victoriam tamen emtoribus pretia restituit, qui reddere comparata voluerunt; molestus nulli fuit, qui maluit semel emta retinere. 11. Hujus tempore[t] Cassius[u] tyrannidem arripiens, extinctus est. 12. Ipse vitæ anno quinquagesimo nono

Guelf. et Leid. 1. vox *peritissimus* abest.—8 *Ministeriis* pro *ministris* malunt alii.—9 *Hic cum.* Vide Not. Delph. Infra *uxoria* pro *uxoriam* Leid. 1.

NOTÆ

[o] *Hic permisit viris clarioribus*] Eadem ad verbum Eutrop. et ex Capitolino: 'Tunc viris clarioribus permisit, ut eodem cultu quo et ipse, vel ministeriis similibus convivia exhiberent:' nisi quod Victor et Eutrop. pro *ministeriis* habent *ministris:* unde liquet, nisi hæc scriptura ab exscriptoribus per incogitantiam sit, eos apud Capitolin. *ministeria,* 'ministros' esse interpretatos; quo sensu et alibi legitur. Verum malim *ministeriis;* ita ut Capitolinus 'ministeria' vocet non 'ministros;' sed vasa, poculaque aurea et argentea, quæ ministeria proprie dicebantur. Et hæc permissio necessaria fuit ut supellectilis Imperatoriæ sectionem perageret: quis enim eam emere ausus fuisset?

[p] *Hic, cum ærario*] Mihi suspectum est τὸ *Hic,* et ex superiori membro natum videtur. Lego, *et hic permisit viris clarioribus, ut convivia eodem cultu, quo ipse, et ministeriis similibus exhiberent, et cum, &c.* Ea enim sic cohærere debent, ut ideo hanc permissionem datam intelligamus quod supellectilis suæ sectionem pararet; cumque simul eam dederit, instrumentum sui cultus distrahere cœpisse. Id vero non fiet si *hic* retineatur.

[q] *Ærario exhausto*] Hæc usque *ad hujus tempore* Eutrop. ad verbum ex Capitolino, quem vide et confer.

[r] *Distraxit*] *Vendit en détail.*

[s] *Uxoriam ac suam sericam*] Idem Eutrop. verum Capitolin. 'Et vestem uxoriam sericam et auratam:' bene; serica enim et aurata vestis proprie fuit Augustæ, non Augusti. Videlicet ut alibi, hic etiam rationem temporis sui habuit Victor, quo serica veste Augusti etiam utebantur.

[t] *Hujus tempore*] A. U. 927. post C. 175.

[u] *Cassius*] Præses Asiæ: de quo vide Vulcatium Gallicanum in Historia Augusta.

apud Vendobonam morbo consumtus est. 13. De ejus morte nuntio Romam pervecto, confusa luctu publico Urbe, senatus in curia, veste tetra[x] amictus, lacrymans convenit. 14. Et quod de Romulo ægre creditum est,[y] omnes pari consensu præsumserunt,[z] Marcum cœlo receptum esse. Ob cujus honorem templa, columnæ, multaque alia decreta sunt.

'Mox corrupte optimus Guelf. *continuo*.' Arntz.—12 '*Bendobonam* Guelf. Leid. 2. Aldus et Gryph. Mox *Romæ* Leid. 2.' *Arntz.*—13 Tò *morte* in Ald. desideratur; et habet cod. Guelf. 2. *De cujus* pro *De ejus* haud male, judice Harl. Tum *veste terra amictus* edd. ante Schott. *veste trita indutus* Veronens. non male, judice Schott. qui conj. *atrata*, prob. Gruter. *Veste tetra indutus* Ald. Gryph. ceterique.—14 '*Pari consensu* (h. e. ut Eutrop. VIII. 6. extr. ait, 'omnibus certatim annitentibus') Gruner, ut voluerat jam Schottus, e libris vett. bene reduxit: *pari sensu*, (h. e. sententia) Arntzen. [cum Ald. Schott. Gaesb. Delph. Pitisc.] retinuit et defendit.' *Harl.* Tum '*Templa, columnæ, multaque alia.* Bene interserit Ms. Pithœi, *columnæ, sacerdotes, multaque, &c.*' Sylb. et Grut.

NOTÆ

[x] *Veste tetra*] Schottus *Veste atrata.*

[y] *Ægre creditum est*] Neque creditum fuisset, nisi sacramento fidem fecisset Proculus.

[z] *Præsumserunt*] 'Præsumere' est anticipatam rei cujusdam notitiam habere.

CAP. XVII.

L. AURELIUS COMMODUS.

1. Aurelius Commodus, Marci Antonini filius, Antoninus et ipse dictus, imperavit annos tredecim.[a] 2. Hic qualis futurus esset, in ipso primordio[b] ostendit: nam cum in supremis moneretur a parente,[c] attritos jam barbaros ne

Cap. XVII. 1 *Marci* in omnibus Mss. teste Arntz. desideratur.—2 *Reci-*

NOTÆ

[a] *Annos tredecim*] Vide in Cæsarib.

[b] *In ipso primordio*] 'Sæva a principio dominatione detestabilior habebatur.' Supra in Cæsaribus.

[c] *Nam cum in supremis moneretur a parente*] Hæc aliis verbis, sed in eandem sententiam narrat Capitolinus in vita Marci: 'Mors autem talis fuit: cum ægrotare cœpisset, filium advocavit, atque ab eo primum petiit ut belli reliquias non contemneret, ne videretur rempub. prodere: et cum filius ei respondisset cupere se primum sanitatem; ut vellet, permi-

permitteret vires recipere; respondit, ab incolumi quamvis paulatim negotia perfici posse, a mortuo nihil. 3. Sævior omnibus libidine atque avaritia, crudelitate: nulli fidus, magisque in eos atrox, quos amplissimis honoribus donisque ingentibus extulerat. 4. In tantum depravatus, ut gladiatoriis armis sæpissime [d] in amphitheatro dimicaverit. 5. Huic Marcia generis libertini, forma tamen meretriciisque artibus pollens, cum animum ejus penitus devinxisset, egresso e balneo veneni poculum obtulit. 6. Ad extremum ab immisso validissimo palæstrita [e] compressis faucibus expiravit, anno vitæ tricesimo secundo.

pere, ne spondeat Ald. Præterea Veronensis *ab incolumi vis paulatim.* 'Superius *vires* aberat a Leid. 1. qui cum Guelf. *responderat.* Mox erat in editis, *a mortuo* [*vero*] *nihil,* [ut Schott. Gaesb. Delph. Pitisc.] contra fidem codicum.' *Arntz.*—6 In fine *secundoque* Ald.

NOTÆ

sit; petens tamen ut expectaret paucos dies, ut simul proficisceretur.' Qui locus si quisquam alius, planus est; eum tamen viri doctissimi corruptissimum et difficillimum clamant: cum respondet Commodus cupere se primum sanitatem, quid aliud ait quam quod hic Epitomista, omnia ab incolumi quamvis paulatim perfici posse, a mortuo nihil? Ut vellet permisit Marcus; petens tamen ut paucos dies expectaret, ut ipse Marcus simul proficisceretur: non quod se simul cum Commodo Romam profecturum Marcus speraret; sed cum ait, 'ut simul proficisceretur,' de vita eum intellexisse certum est. Probant quæ subjungit Capitolin. 'Deinde abstinuit cibo potuque, mori cupiens, auxitque morbum.'

[d] *Ut gladiatoriis armis sæpissime*] Lamprid. in Commodo: 'Inter hæc refertur in literas pugnasse illum sub patre trecenties sexagies quinquies. Item postea tantum palmarum gladiatoriarum confecisse, vel victis retiariis vel occisis, ut mille contingerent.'

[e] *Validissimo palæstrita*] Vide quæ supra in Cæsaribus dicta sunt. Herodianus scribit Commodum, immisso Narcisso quodam strenuo et audaci adolescente, in cubiculo strangulatum.

CAP. XVIII.

P. HELVIUS PERTINAX.

1. Helvius Pertinax imperavit dies octoginta quinque. [a] Iste coactus [b] repugnansque imperium suscipiens,

Cap. xviii. 1 *Ille coactus* Delph. *coactus* [*imperavit*] Schott. Gaesb.

tale cognomentum sortitus est.[c] 2. Origine ortus sordida,[d] præfecturam Urbi agens,[e] Imperator effectus, scelere Juliani multis vulneribus obtruncatur, annos natus septem atque sexaginta.[f] Hujus caput[g] tota Urbe circumvectum est. 3. Hoc exitu obiit vir ad humanæ conversationis exemplum[h] per laboris genera universa ad summa provectus, usque eo,[i] ut fortunæ vocaretur pila.[k] 4. Nam libertino genitus patre apud Ligures[l] in agro squalido Lollii Gentiani,[m] cujus in præfectura quoque clientem se esse libentissime fatebatur, fuit doctor literarum quæ a gram-

Delph. Pitisc. *imperavit* sine uncis Ald. 'Illud *inperavit* abest et a nostris codd. et Frobeniana ed. Olim editi exprimebant [ut Ald.] *coactus imperavit, repugnansque suscipiens.*' Arntz.—2 *Origine gentis sordida* Ald. Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. contra Mss. Mox *Urbis* Leid. 1. et Delph. Infra *obtruncatus est* Leid. 1. Tum *annos natus sex atque septuaginta* malit Schott. improb. Arntz.—3 *Hunc exitum* Leid. 2. Tum *universa assumptus provectusque eo ut* Ald. Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. nisi quod Ald. *absumptus* habet: *universa ad summos provectus* Arntz. cum Mss. ap. Schott. excepto Veronens. qui *summos provectus honores* legit: *ad summa provectus* Gruner. ex cod. Guelf. 1.—

NOTÆ

[a] *Dies octoginta quinque*] 'Octoginta' supra Victor. Vide.

[b] *Iste* [*Ille*] *coactus, &c.*] Vim pene afferentibus atque impense rogantibus universis, vix dubitabundus sellam imperatoriam conscendit. Vide Herodian. et Capitolin. qui eum imperium horruisse scribit.

[c] *Tale cognomentum* [*cognomen*] *sortitus est*] A pertinacia in imperio recusando Pertinax dictus. Aliter Capitolinus: 'P. Helvio Pertinaci pater libertinus Helvius successus fuit, qui filio nomen ex continuatione lignariæ negotiationis, quod pertinaciter eam rem gereret, imposuisse fertur.'

[d] *Origine ortus* [*gentis*] *sordida*] Mss. et editio primogenia, *Origine ortus sordida.* Nam et ejus pater tabernam coctilitiam in Liguria exercebat. Auctor Capitolin.

[e] *Præfecturam Urbi* [*Urbis*] *agens*] Gradus omnes per quos ad imperium Pertinax processit, persequitur Capitolinus.

[f] *Septem atque sexaginta*] Modo quatuor fere menses demas: nam vixit Pertinax annis LXVI. mens. VII. diebus XXVII.

[g] *Hujus caput*] Capitolin. 'Caput ejus conto fixum milites qui eum occiderant per Urbem in castra pertulerunt.'

[h] *Ad humanæ conversationis exemplum*] Rerum humanarum vicem, volubilitatem, inconstantiam, 'humanam conversationem' vocat: nam converti et conversari idem sonant.

[i] *Ad summa provectus, usque eo* [*assumtus provectusque eo*] Hæc lectio stare potest. Mss. *summos provectus usque eo, &c.* unde liber editus, *ad summos provectus honores usque eo, &c.*

[k] *Fortunæ vocaretur pila*] Notum illud Planti Captivis: 'Dii nos quasi pilas homines habent.'

[l] *Apud Ligures*] Capitolin. 'Natus est Pertinax in Apennino in Villa Martis.'

[m] *Lollii Gentiani*] Hunc non Lollium Gentianum, sed 'Lollium Avi-

maticis[n] traduntur. 5. Blandus magis quam beneficus: unde eum Græco nomine[o] χρηστολόγον appellavere. Nunquam injuria accepta ad ulciscendum ductus. Amabat simplicitatem; communem[p] se affatu, convivio, incessu præbebat. 6. Huic mortuo Divi nomen decretum est; ob cujus laudem ingeminatis, ad vocis usque defectum, plausibus, acclamatum est: Pertinace imperante securi viximus, neminem timuimus, patri pio, patri senatus,[q] patri omnium bonorum.

5 Χρηστωλόγον Ald. χρηστόατον Veronens. Mox *comem* pro *communem* Veronens.—6 *Ad usque defectum* edd. ante Schott. 'Adde ex Mss. et Veronensi *vocis usque:* manca alioqui sententia, nullo sensu procedens. Concinnius fortassis ordine concipiatur lectio, *ingeminatis plausibus ad vocis usque defectum acclamatum est.* Nihil tamen pronuntio.' *Schott.*

NOTÆ

tum' vocat Capitol. Pertinacis patris patronum.

[n] *Fuit doctor literarum quæ a grammaticis*] Capitolin. 'Puer literis elementariis et calculo imbutus; datus etiam Græco grammatico, atque inde Sulpitio Apollinari, post quem idem Pertinax grammaticen professus est.'

[o] *Blandus magis . . . nomine*] Idem Capitol. 'Siquidem omnes qui libere fabulas conferebant, male Pertinaci loquebantur, Chrestologum eum appellantes, qui bene loqueretur, et male faceret.' *Chrestologus*, id est, 'verbis munificus.'

[p] *Communem*] Græcis, κοινόν. Et nos retinuimus, cum eodem sensu dicimus *commun*.

[q] *Patri pio, patri senatus*] Acclamationes istæ hic aliter accipiendæ sunt quam eæ, quibus, Imperatoribus in terris adhuc morantibus, fausta omnia precabantur: quippe mortuo Pertinaci et jam etiam consecrato, non erat cur amplius 'feliciter' dicerent: igitur *patri pio, patri senatus, patri omnium bonorum*, scilicet 'libenter omnes honores decernimus, censemus deferendos,' vel similia.

CAP. XIX.

DIDIUS JULIANUS.

1. Didius Julianus, ortu Mediolanensis,[a] imperavit mensibus septem.[b] Vir nobilis, jure peritissimus, factiosus,

Cap. xix. 1 *Dydimus Julianus* Guelf. Mox ad verba *mensibus septem,*

NOTÆ

[a] *Ortu Mediolanensis*] Vide Spartian. Mediolanum in Gallia Transpadana.

[b] *Mensibus septem*] Falsum: impe-

præceps, regni avidus. 2. Hoc tempore Niger Pescennius apud Antiochiam,[c] in Pannoniæ Sabaria Septimius Severus,[d] creantur Augusti. 3. Ab hoc Severo[e] Julianus in abditas palatii balneas ductus, extenta damnatorum modo cervice, decollatur, caputque ejus in rostris ponitur.

vide Not. Delph. 'Idem error est apud Eutrop. lib. VIII. c. 17. Quid si inprudenter *duo* et *quinque* simul computaverint, et exinde *septem* finxerint menses? Mox *juris* vult Leid. 1. utrumque rectum; sed illud etiam est in multis Mss. apud Eutrop. loc. laud.' *Arntz.*—2 '*Pescennius.* *Piscennius* scripti libri et Veronensis. *Pescenninus* vulgati tres.' *Schott.* 'Scriptis libris assentiuntur Guelf. et Leid. 1.' *Arntz.* *Pascenninus* Ald. qui mox *Pannonia* habet.

NOTÆ

ravit tantum mensibus duobus, diebus quinque.

[c] *Apud Antiochiam*] Ab exercitibus Syriacis quos regebat, Imperator est appellatus. Spartian. in Nigro.

[d] *In Pannoniæ Sabaria Sep. Sev.*] *Sabaria* sive *Savaria*, urbs superioris Pannoniæ. Spartianus scribit Severum Imperatorem appellatum apud Carnutum, ejusdem Pannoniæ oppidum.

[e] *Ab hoc Severo*] Severo tribuit quod jussu tribuni per gregarium militem factum est. Spartian. 'Missi tamen a senatu, quorum cura per militem gregarium in palatio idem Julianus occisus est, fidem Cæsaris implorans, hoc est Severi.'

CAP. XX.

SEPTIMIUS SEVERUS.

1. SEPTIMIUS SEVERUS imperavit annos decem et octo.[a] 2. Hic Pescennium interemit, hominem omnium turpitudinum.[b] Sub eo etiam Albinus, qui in Gallia se Cæsarem fecerat, apud Lugdunum occiditur. 3. Hic Severus filios suos successores reliquit, Bassianum et Getam. 4. Hic

CAP. XX. 1 *Annis decem* Leid. 1. Ald. et edd. vett.—2 *Priscennium* Ald. et *omnium turpissimum* Leid. 2.—3 Ald. et priscæ edd. *filios suos succes-*

NOTÆ

[a] *Annos decem et octo*] Eutrop. 'Decessit Eboraci admodum senex, imperii anno XVIII. mense IV.' Sed falsus est: imperavit tantum annis XVII. mensibus VII. diebus III. Siquidem imperium suscepit Kalend. Jun. an. U. 945. post C. N. 193. Mortuus an. 963. post C. N. 211. die 4. Februarii.

[b] *Hominem omnium turpitudinum*] Moribus turpem vocat Spartianus, et libidinis effrenatæ ad omne genus cupiditatum.

in Britannia vallum[c] per triginta duo passuum millia a mari ad mare deduxit. 5. Fuit bellicosissimus omnium, qui ante eum fuerunt. Acer ingenio, ad omnia, quæ intendisset, in finem perseverans.[d] Benevolentia, quo inclinasset, mirabili ac perpetua. Ad quærendum diligens; ad largiendum liberalis. 6. In amicos inimicosque pariter vehemens; quippe qui Lateranum, Cilonem,[e] Anulinum, Bassum, ceterosque alios ditaret, ædibus quoque memoratu dignis, quarum præcipuas videmus, Parthorum quæ dicuntur ac Laterani.[f] 7. Hic nulli in dominatu suo permisit honores venumdari.[g] Latinis literis sufficienter instructus. 8. Græcis sermonibus eruditus. Punica eloquentia promtior, quippe genitus apud Leptim provinciæ Africæ. 9. Is dum membrorum omnium, maxime pedum, dolorem pati nequiret, veneni vice, quod ei negabatur, cibum gravis ac plurimæ carnis avidius invasit; quem cum conficere non posset, cruditate pressus, expiravit. 10. Vixit annos sexaginta quinque.[h]

sores suos reliquit. Arntz. *relinquit.*—6 *In amicos in inimicosque* Ald. Mox *Lateranum Chilonem Amilinum Bassum* sine distinctione edd. priscæ. *Chilonem Amulinum* etiam Ald. *Anullinum* Leid. 1. et alii. Supra *inclinasset se* idem cod.—7 '*Venumdare.* Guelf. Mox *Græcis sermonibus eruditus* edd. ante Schottum aberat; certe quas videre contigit.' *Arntz.*—9 *Qui ei negabatur* reperit Arntz. in Leid. 1. Mox *cruditatem passus* Ald. cum quatuor scriptis ap. Schott. et editis ap. Arntz.—10 *Annos LXX.* Ald. Cratandri et Gryphii edd. propius verum judice Schott. *Annis* Leid. 1.

NOTÆ

c *Vallum*] Murum vocat supra Victor: locum adi. Iisdem verbis Eutrop. 'Vallum per XXXII. millia passuum a mari ad mare deduxit.'

d *In finem perseverans*] Alludere ad nomen videtur: nec enim Severi nomine contentus, Pertinacis addidit. Vide Spartian. *Schott.*

e *Cilonem*] *Chilonem* Spart. sed melius sine aspirata; nam Dio Κίλων.

f *Parthorum quæ dicuntur ac Laterani*] Ædes Laterani memorantur a Capitolino in Antonino Philosopho: in secunda Urbis regione esse ait Casaubonus.

g *Hic nulli in dominatu suo permisit hon. ven.*] Hoc de Severo nemo scripsit, si bene memini. Et forsan verum est quod notavit Schottus, in Severi nomine falsum esse Epitomistam, ita ut Severo tribuat quod de Alexandro Severo narrat Lampridius: 'Honores juris gladii nunquam vendi passus est, dicens, Necesse est ut qui emit, vendat; ego non patiar, mercatores potestatum, quos si patiar, damnare non possum; erubesco enim punire illum hominem qui emit et vendit:' quem locum frustra solicitat vir doctissimus.

h *Vixit annos sexag. quinque*] Modo demseris menses duos, diesque quatuor.

CAP. XXI.

AURELIUS ANTONINUS CARACALLA.

1. AURELIUS ANTONINUS BASSIANUS CARACALLA, Severi filius, Lugduni genitus, imperavit solus annos sex. 2. Hic Bassianus ex avi materni nomine[a] dictus est. At cum e Gallia vestem plurimam devexisset, talaresque caracallas fecisset,[b] coëgissetque plebem ad se salutandum indutam talibus introire, de nomine hujusce vestis Caracalla cognominatus est. 3. Hic fratrem suum Getam peremit: ob quam causam furore pœnas dedit Dirarum insectatione, quæ non immerito ultrices[c] vocantur; a quo post furore convaluit. 4. Hic corpore Alexandri Macedonis conspecto,[d] Magnum[e] atque Alexandrum se jussit appellari, assentantium fallaciis eo perductus, ut truci fronte,[f] et ad lævum humerum conversa cervice,[g] quod in ore Alexandri

CAP. XXI. 1 *Annis sex* Ald.—2 *Indutam talaribus* Leid. 1. male, judice Arntz.—4 '*Adsentantium.* Non vacat de adsentatoribus dicere: exemplorum enim multitudo deterret. Hoc tantum monebo lectorem me in Augustano codice *adsectantium* reperisse, pro *assentantium*.' Schott. Tum *quod more*

NOTÆ

[a] *Ex avi materni nomine*] Patre scilicet Juliæ, nota: nam hic Juliæ filium facit. Juliæ pater Bassianus vocabatur. Vide not. [b]. et viri inconstantiam ride. Vide et not. [a]. Heliogabal.

[b] *Talaresque caracallas fecisset*] Quæ breviores antea. Vide in Cæsaribus.

[c] *Ultrices*] Virg. Æneid. VIII. 'Ultricesque sedent in limine Diræ.'

[d] *Corpore Alexandri Macedonis conspecto*] Quidam tamen scribunt Octavium et Severum solos esse Imperatorum qui Alexandri magni corpus, quod Alexandriæ servabatur, inspexerint; et Severum quidem monumentum occlusisse, ne quis illud in posterum videret. Ergo illud una cum patre conspexisse Caracallam necesse est; si huic racematori fides habenda. Neque enim me hoc alibi legisse memini. Et fuit etiam cum de recepta lectione dubitarem, legeremque *ore*, non *corpore*. Sed nihil ausim pronuntiare.

[e] *Magnum*] Sic etiam eum vocat Paulus J. C. in Veterum Prudentum Fragmentis, quæ immortali P. Pithœi beneficio, cum Mosis legibus comparata circumferuntur, tit. III. de adulterio. 'Magnus,' inquit, 'Antoninus pepercit eis qui adulteros, inconsulto calore ducti, interfecerunt.' *Schott.*

[f] *Truci fronte*] Spartian. 'Egressus vero pueritiam, seu patris monitis, seu calliditate ingenii, sive quod se Alexandro Magno Macedoni æquandum putabat, restrictior, gravior, vultu etiam truculentior factus est.'

[g] *Ad lævum humerum conversa cervice*] Quomodo in nummis hodie conspicitur Alexander.

notaverat, incedens, fidem vultus simillimi persuaderet sibi. 5. Fuit impatiens libidinis, quippe qui novercam suam [h] duxit uxorem. 6. Cum Carras [i] iter faceret, apud Edessam secedens ad officia naturalia, a milite, qui quasi ad custodiam sequebatur, interfectus est. 7. Vixit annos fere triginta.[k] Corpus ejus Romam relatum est.

pro *quod in ore* Veronens.—5 '*Inpatiens. Inpatientis libidinis* rursus est in Veronensi. Eutropius, unde hæc ad verbum descripta, nihil variat. Et *Carris* legunt Basileenses uterque et *Ædessam* cum diphthongo.' *Schott.*—6 *Carris* Ald. et editi. *Edissam* Leid. 2.—7 Ex Spartian. et Eutrop. conj. Schott. *annos fere tres et quadraginta.* Ald. legit *annis.*

NOTÆ

[h] *Novercam suam*] Juliam: igitur Marciæ filius fuit. Sed vide quam parum sibi constans sit: idem mox Juliæ, non Marciæ filium facit. Juliæ enim filium fuisse necesse est, si hic annos fere triginta tantum vixit, ut dicit infra. Nimirum racemator iste cum diversos auctores Dionem, Aurelium, Spartianum transcribit, et singulis fidem habet, graviter lapsus est: nisi qui dicat eum scripsisse *matrem suam*, et τὸ *novercam* exscriptores huc intrusisse cum id apud Aurelium legerent; non attendentes scilicet hic Epitomistam alios auctores sequi.

[i] *Carras*] Carræ et Edessa urbes in Mesopotamia, non longe ab Euphrate.

[k] *Vixit annos fere triginta*] XXIX. Dio. Juliæ ergo filius fuit. Et verum est; vide notam ante hanc secundam, et quæ in Cæsaribus dicta sunt.

CAP. XXII.

MACRINUS ET DIADUMENUS.

MACRINUS cum Diadumeno filio ab exercitu Imperatores creati,[a] imperaverunt menses quatuordecim, et ab eodem exercitu obtruncantur pro eo, quia Macrinus militarem luxuriam [b] stipendiaque profusiora comprimeret.

CAP. XXII. '*Et ab eodem.* Τὸ *et* non comparet in Leid. 1. et vett. edd.' *Arntz.* Neque comparet in Ald.

NOTÆ

[a] *Imperatores creati*] Idem Eutrop. Vide in Cæsaribus.

[b] *Militarem luxuriam, &c.*] Capitolin. 'Fuit Macrinus tamen in vita imperatoria paulo rigidior, et austerior, sperans se ante acta omnia posse oblivioni dare, cum ipsa severitas illius occasionem reprehendendi, et lacerandi ejus daret.'

CAP. XXIII.

AURELIUS ANTONINUS VARIUS HELIOGABALUS.

1. AURELIUS ANTONINUS VARIUS, idem Heliogabalus dictus, Caracallæ ex Sœmea consobrina occulte stuprata filius,[a] imperavit biennio et mensibus octo. 2. Hujus matris Sœmeæ avus Bassianus nomine, fuerat Solis sacerdos; quem Phœnices, unde erat, Heliogabalum[b] nominabant, a quo iste[c] Heliogabalus dictus est. 3. Is cum Romam ingenti militum et senatus expectatione[d] venisset, probris se omnibus contaminavit. Cupiditatem stupri, quam assequi naturæ defectu nondum poterat, in se convertens, muliebri nomine Bassianam se pro Bassiano jusserat appellari. Vestalem virginem[e] quasi matrimonio jungens suo, abscisisque genitalibus, Matri se Magnæ sacravit. 4. Hic Marcellum,[f] qui post Alexander dictus est, consobrinum suum,[g] Cæsarem fecit. 5. Ipse tumultu militari interfectus

CAP. XXIII. 1 *Varus* Gnelf. *Verus* Leid. 2. uterque male ut judicat Arntz. Mox *Semea* Ald. Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. *Semea concubina* Augustanus cod.—2 Pro *solis* aliquot edd. teste Arntz. in margine addunt *Jovis*. Verba sequentia *quem Phœn.... dictus est* in Ald. desiderantur.—3 *Defectu non poterat* aliæ edd. præter Bip. Ald. et edd. vett. contra Mss.—4 Pro *Marcellum* Schott. conjicit legendum *M. Aurelium*; improbb. Anna et

NOTÆ

[a] *Caracallæ ex Sœmea consobrina ... filius*] Fuit vir quidam, Bassianus nomine, cui filiæ Julia et Moësa: Julia Caracallam, Moësa Sœmeam et Mammæam filias habuit. Vides Sœmeam et Caracallam consobrinos. Ex hac Sœmea et eodem Caracalla natus Heliogabalus: ex Mammæa Alexander Severus.

[b] *Heliogabalum*] In Cæsaribus.

[c] *A quo iste*] Aliter tamen Victor supra.

[d] *Ingenti militum et senatus expectatione*] Lamprid. 'Nactus imperium Romam nuntios misit: excitatisque omnibus ordinibus, omni etiam populo, ad nomen Antoninum quod non solum titulo, ut in Diadumeno fuerat, sed etiam in sanguine redditum videbatur, cum se Antoninum Bassiani filium scripsisset, ingens ejus desiderium factum est.'

[e] *Vestalem virginem*] Distingue: *Muliebri nomine Bassianam se pro Bassiano jusserat appellari, Vestalem virginem quasi matrimonio jungens suo.* Aliter nullus sensus.

[f] *Marcellum*] Legit Schottus *M. Aurelium*, forsan satis temere: nam ex Dione Alexander Mammææ et Varii Marcelli filius fuit: quare Marcellus dici potuit. Inde illi sors in templo Prænestinæ, apud Lamprid. 'Si qua fata aspera rumpas, Tu Marcellus eris.'

[g] *Consobrinum suum*] Propter ma-

est. 6. Hujus corpus per Urbis vias, more canini cadaveris, a militibus tractum est, militari cavillo appellantium,[h] indomitæ rabidæque libidinis catulam. Novissime cum angustum foramen[i] cloacæ corpus minime reciperet, usque ad Tiberim deductum, adjecto pondere, ne unquam emergeret, in fluvium projectum est. 7. Vixit annos sedecim:[k] atque ex re, quæ acciderat, Tiberinus Tractitiusque[l] appellatus est.

Sylburg.—6 *A milite* Ald. Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. contra Mss. et mox eæd. præter Ald. *et rabidæ.* Tum *ductum* pro *deductum* eæd. contra Mss. et vett. edd.—7 *Ex rebus, quæ acciderant* Ald. Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. contra Mss. et Veronens. Statim '*Tractinusque* est in Augustano cod. et Veronens. In Cujacii Ms. *Trartiriusque.*' Schott. *Tractiriusque* Leid. uterque.

NOTÆ

trem Mammæam sororem Sœmeæ, quæ Heliogabali mater fuit: vide not. [a]. Fuere qui Heliogabalum Alexandri patruum facerent; sed falso: vide Lamprid.

[h] *Militari cavillo appellantium*] Non possum concoquere a 'milite,' *appellantium:* quare legebam *appellantibus*, vel *appellante*.

[i] *Novissime cum angustum for.*] Lamprid. 'Sed cum non cepisset cloacula fortuito, per pontem Æmilium, annexo pondere ne fluitaret, in Tiberim abjectum est, ne unquam sepeliri posset.'

[k] *Annos sedecim*] Aliis XVIII.

[l] *Tiberinus Tractitiusque*] 'Appellatus est post mortem, Tiberinus, Tractitius et impurus.' Lamprid.

CAP. XXIV.

SEVERUS ALEXANDER.

1. Severus Alexander imperavit annos tredecim. Hic bonus reipublicæ, fuit ærumnosus.[a] 2. Sub hoc imperante Taurinus Augustus effectus,[b] ob timorem ipse se

Cap. XXIV. 1 *Annis tredecim* Ald. Mox *bonis* vulgati fere omnes. Veronens. *hic bonus P. R. fuit ærumnosus.*—2 *Effectus est. Ob tim.* Ald. cum edd.

NOTÆ

[a] *Hic bonus reipub. fuit ærumnosus*] Ob amissum contra Persas exercitum. Vide Herodian. et nota hic a Victore dissentire.

[b] *Taurinus Augustus effectus*] Hoc apud alium me legisse non memini.

Euphrate fluvio abjecit. 3. Tunc etiam Maximinus[c] regnum arripuit, pluribus de exercitu corruptis. 4. Alexander vero cum deseri se ab stipatoribus vidisset, matrem sibi causam[d] fuisse mortis exclamans, accurrenti percussori, obvoluto capite, cervices valide compressas[e] præbuit, anno vitæ vicesimo sexto.[f] 5. Hujus mater Mamæa eo filium coëgerat, ut illa ipsa[g] permodica, si mensæ prandioque superessent, quamvis convivio, reponerentur.



priscis. Mox *Euphrati fluvio objecit* Gryph. et quæ eum secutæ sunt edd. cum Schott. Gaesb. Delph. Pitisc.—4 *Semet a stipatoribus* Ald. '*Semet* habent edd. sed adjectam particulam unculis incluserat Schottus [cum Gaesb. Delph. Pitisc.], ut moneret in suis desiderari, quare cum et a nostris omnibus abesset, deleri passus sum. Deinde grammaticorum præcepta eludebant Guelf. et Leid. 1. reponentes *ab stipatoribus*.' Arntz. Mox '*Valide compressas*. *Valde* Leid. 1. Post *cervices* voculam *suas* [quod Ald.] expunximus cum omnibus codd. et Schotto, qui [cum Gaesb. Delph. Pitisc.] uncis incluserat.' *Arntz*. Præterea *compressus* Veronens. et Mss. ap. Schott.—5 *Superessent, alteri convivio* Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. *superessent, quamvis convivio* Ald. cum Mss. ap. Schott. *superessent, quamvis alteri convivio* Arntz. '*Ut illa ipsa*. Verior fortassis hæc lectio: *ut illa ipsa quæ mensæ prandioque superessent, quamvis permodica, alteri convivio reponerentur*.' Sylburg. 'Non fit mihi dubium a glossa ortum, *illa ipsa*.' Gruter. Vide Not. Delph. 'Has virorum eruditorum emendationes invenies in notis ad Lampridii Alex. Severum cap. 59. Majori mutatione idem Casaubonus ad Sueton. Tiber. cap. 34. *Ut illata quamvis permodica, si mensæ prandioque superessent, quamvis semesa, alteri, &c.* ex historia miscella. Nimis hæc recedunt a scripta lectione, quam in suis libris invenit Schottus, quibus nostri accedunt et ita ediderat Aldus. Temeritatis est talia ex ingenio in ipsum recipere textum, præsertim cum sensu fortasse non inconcinno vulgata lectio defendi queat.' *Arntz*. Præterea habet *prandiaque* Ald.

NOTÆ

[c] *Maximinus*] De quo cap. seq.

[d] *Matrem sibi causam*] Herodian. τῇ τε μητρὶ περιπλακεὶς, καὶ, ὥς φασιν, ἀποδυρόμενός τε καὶ αἰτιώμενος ὅτι δι' ἐκείνην ταῦτα πάσχει, ἀνέμεινε τὸν φονεύσοντα· id est, *Matrique implicitus, et, ut aiunt, conquerens atque incusans quod ob illam talia pateretur, expectabat interfectorem*.

[e] *Valide compressas*] Vestibus scilicet iis quibus caput obvolverat.

[f] *Vicesimo sexto*] Verius Lamprid. Vixit annis XXIX. mensibus III. diebus VII.

[g] *Ut illa ipsa*] Casaubonus *ut illata, quamvis ipsa permodica, &c.* Salmas. *ut ilia ipsa, &c.* vel *illa ipsa*. *Illa* pro hilla, intestina scilicet farta. Sed vix est ut non *illa ipsa* simpliciter scripserit Epitomista; id est, *ea ipsa*. Et nihil impedit, quin ita recte intelligantur. Porro Alexandri mater non solum avara, sed et sordide parca. Herodian. in fine Alexandri.

CAP. XXV.

JULIUS MAXIMINUS.

1. JULIUS MAXIMINUS Thrax,[a] ex militaribus, imperavit annos tres.[b] 2. Is dum persequitur pecuniosos,[c] insontes pariter noxiosque, apud Aquileiam seditione militum discerptus est una cum filio, conclamantibus cunctis militari joco, ex pessimo genere ne catulum habendum.[d]

CAP. XXV. 1 *Tracus* pro *Thrax* Leid. 1.—2 '*Apud Aquileiam*. Abest ab omnibus Mss. et Veronensi. Augustanus cod. *apud seditionem mil*.' Schott. '*Apud seditionem* Guelf. sed meliori sensu *apud Aquileiam* abest in Leid. 2. Attamen utramque vocem a Victore profectam esse facile mibi persuaderi patior.' *Arntz*. '*Ne catulum*. Quod ex conjectura *nec* volebat doctissimus Sylburg. id volunt uterque Lugd. Neque tamen ulla hic necessaria est varietas, nam et *ne*, pro 'ne' seu 'nec quidem,' poni nemo paulo humanior nescit; et qui dubitet, inspiciat Duk. ad Flor. III. 17. § 2.' *Arntz*.

NOTÆ

[a] *Thrax*] 'Hic de vico Thraciæ vicino barbaris, barbaro etiam patre et matre genitus, quorum alter e Gothis, alter ex Alanis genitus esse perhibetur.' Capitolin.

[b] *Annos tres*] Vide quæ supra in Gordiano dicta sunt.

[c] *Dum persequitur pecuniosos*] Capitolin. 'Dumque sine judicio, sine accusatione, sine delatore, sine defensione omnes interemit, omnium bona sustulit,' &c.

[d] *Ne catulum habendum*] Non dissimile illud Aristophanis in Βάτραχ. act. v. sc. 4. Οὐ χρὴ λέοντος σκύμνον ἐν πόλει τρέφειν, Μάλιστα μὲν λέοντα μὴ ἐν πόλει τρέφειν· id est, *Non juvat leonis catulum in urbe nutrire, Præcipue vero leonem ipsum ne in urbe nutrias*. Schott.

CAP. XXVI.

GORDIANI, PATER ET FILIUS, PUPIENUS, ET BALBINUS.

HUJUS imperio duo Gordiani, pater et filius, principatum arripientes, unus post unum interiere. Pari etiam tenore Pupienus et Balbinus, regnum invadentes, peremti sunt.

CAP. XXVI. 'Hoc caput superiori adnectunt olim editi et Mss. Guelf. et Leid. 1. sed receptam distinctionem servavimus, quia lectoribus molesta esse soleat, toties capita variare, cum ita difficilior evadat loci alicujus investigatio, præsertim quod hac in parte res eodem recidat. Porro *Pupianus* [ut in Mss. ap. Schott.] est in omnibus Mss. et plerisque editis. Dein etiam Lugd. 2. *Albinus*.' Arntz.

CAP. XXVII.

GORDIANUS NEPOS.

1. Gordianus, nepos Gordiani ex filia,[a] ortus Romæ clarissimo patre, imperavit annos sex. 2. Apud Ctesiphontem,[b] a Philippo præfecto prætorio accensis in seditionem militibus, occiditur anno vitæ undevicesimo.[c] 3. Corpus ejus prope fines Romani Persicique imperii positum, nomen loco dedit Sepulcrum Gordiani.[d]

Cap. xxvii. 1 *Annis* hoc loco, ut fere ubique, Ald.—2 *Præfecto prætorii* Leid. 1. Mox *vicesimo* edd. ante Vinet. et Ald. cum quatuor vulgatis ap. Schott.—3 'Quod eodem fere redit, *Sepulcro* præfert Lugd. 2.' *Arntz.*

NOTÆ

[a] *Nepos Gordiani ex filia*] Capitolin. 'Hic natus est, ut plures asserunt, ex filia Gordiani; ut unus aut duo, nam amplius invenire non potui, ex filio qui in Africa periit.' Si ex filia Gordiani natus, ignoratur pater tam illustris capitis.

[b] *Ctesiphontem*] Quæ urbs ad Tigrim sita.

[c] *Undevicesimo*] Nam annum agebat decimum tertium cum imperium suscepit, et regnavit an. vi.

[d] *Sepulcrum Gordiani*] Ad Circeium Castrum in finibus ubi Aborras fluvius immiscetur Euphrati. Capitolin. 'Gordiano sepulcrum milites apud Circeium Castrum fecerunt in finibus Persidis, titulum hujuscemodi addentes, et Græcis, et Latinis, et Persicis, et Judaicis, et Ægyptiacis literis, ut ab omnibus legeretur: DIVO. GORDIANO. VICTORI. PERSARVM VICTORI. GOTTHORVM. VICTORI. SARMATARVM. DEPVLSORI. ROMANARVM SEDITIONVM. VICTORI. GERMANORVM. SED. NON. VICTORI. PHILIPPORVM.' Hunc titulum postea evertit Licinius Imperator, qui videri volnit a Philippis originem ducere.

CAP. XXVIII.

MARCUS JULIUS PHILIPPUS.

1. Marcus Julius Philippus imperavit annos quinque. 2. Veronæ ab exercitu interfectus est medio capite supra ordines dentium præciso. 3. Filius autem ejus, Caius Julius Saturninus,[a] quem potentiæ sociaverat, Romæ

Cap. xxviii. 3 *Gallus Julius* Ald. '*Gallus* priscus occupat edd. quod inde ortum, quoniam *Gajus* per *G* scribi soleat in vetustis exemplaribus, inde et

occiditur, agens vitæ annum duodecimum: adeo severi et tristis animi, ut jam tum a quinquenii ætate, nullo prorsus cujusquam commento ad ridendum solvi potuerit; patremque ludis sæcularibus[b] petulantius cachinnantem, quanquam aduc tener, vultu notaverit aversato. 4. Is Philippus humillimo ortus loco fuit, patre nobilissimo latronum ductore.

pro *Cajus*, *Gajus* est in utroque Lugd.' *Arntz.* Tum *annos XII.* Ald. et mox *quinquenni* aliæ edd. præter Bip. Denique 'Solenni aberratione est in Leid. 2. et ed. Gryph. *adversato* pro *aversato*.' Arntz.

NOTÆ

[a] *Caius Julius Saturninus*] Postea Marcus Julius Philippus cum patre dictus. Vide in Cæsaribus.

[b] *Ludis sæcularibus*] Qui anno Urbis millesimo acti sunt. Supra.

CAP. XXIX.

DECIUS.

1. DECIUS e Pannonia inferiore, Bubaliæ[a] natus, imperavit menses triginta.[b] 2. Hic Decium filium suum Cæsarem fecit; vir artibus cunctis virtutibusque instructus, placidus et communis domi, in armis promtissimus. 3. In solo barbarico[c] inter confusas turbas gurgite paludis summersus est, ita ut nec cadaver ejus potuerit inveniri. Filius vero ejus bello extinctus est. 4. Vixit annos quinquaginta. 5. Hujus temporibus Valens Lucinianus[d] Imperator effectus est.

CAP. XXIX. 1 *E Pannonia Bubalia natus* Ald. *Bubalia* etiam editi contra Mss.—3 '*Ut ne cadaver* vellet Leid. 1. de quo nihil certi statui potest, utrumque enim rectum, ut paulo supra vidimus, cum potiori tamen numero faciendum.' *Arntz.*—4 *Annis L.* Ald.—5 *Licinianus* Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. *Licianus* Leid. 1. et mox *τὸ est* abjicit Ald. *factus est* legit Delph.

NOTÆ

[a] *Bubaliæ*] Non longe a Sirmio.

[b] *Menses triginta*] Victor supra: 'Peracto regni biennio.' Sed horum Imperatorum tempora valde obscura.

[c] *In solo barbarico*] Alii alibi: vide in Cæsaribus. Solum barbaricum vocat interiorem Germaniam.

[d] *Valens* [*Lucinianus*] *Licinianus*] Quatuor Valentes Imperatores hoc in

NOTÆ

rerum Romanarum breviario memorantur. Valens hic Licinianus, qui cum paucis diebus in Illyrico imperasset, occisus fuit; Valens, qui sub Gallieno in Macedonia imperium invasit, et inter triginta tyrannos a Trebellio Pollione recensetur; Valens, quem morte mulctavit Licinius; et Valens frater Valentiniani Augusti, quem Gothi interfecerunt.

CAP. XXX.

VIBIUS GALLUS, VOLUSIANUS, ET HOSTILIANUS.

1. VIBIUS GALLUS[a] cum Volusiano filio imperaverunt annos duos. 2. Horum temporibus Hostilianus[b] Perpenna a senatu Imperator creatus, nec multo post pestilentia consumtus est.

CAP. XXX. 1 *Valerius Gallus* lib. vet. ap. Vinet. '*Virius* tamen præfracte defendunt Gnelf. et Leid. 1. consentientibus olim edd. *Varius Gallius* Leid. 2. Nos ex antiquis monumentis melius sapere didicimus. Mox etiam *imperavit* optimus Leid. Sed norunt pueri illud poëtæ, 'Remo cum fratre Quirinus Jura dabunt.'' *Arntz.* Statim *Volesiano* Ald.

NOTÆ

[a] *Vibius Gallus*] C. Vibius Trebonianus Gallus. Supra.

[b] *Horum temporibus Hostilianus*] Supra tamen Victor videtur innuere Gallum et Hostilianum eodem tempore a senatu Imperatores creatos.

CAP. XXXI.

ÆMILIANUS.

1. SUB his etiam Æmilianus in Mœsia Imperator effectus est: contra quem ambo profecti, apud Interamnam ab exercitu suo cæduntur, anno ætatis pater septimo circiter et quadragesimo: creati in insula Meninge,[c] quæ nunc Gir-

CAP. XXXI. 1 *Interamnem* habet Basil. et Augustanus. Mox Veronens.

NOTÆ

[c] *In insula Meninge*] Quæ Græcis Μήνιγξ. Lotophagorum insula in Africo mari.

ba[d] dicitur. 2. Æmilianus vero mense quarto dominatus,[e] apud Spoletium,[f] sive pontem, quem ab ejus cæde[g] Sanguinarium accepisse nomen ferunt, inter Ocriculum Narniamque, Spoletium[h] et urbem Romam regione media positum. 3. Fuit autem Maurus genere, pugnax, nec tamen præceps. 4. Vixit annis tribus minus quinquaginta.

septimo circiter et XL.—2 *Menses quatuor dominatus* Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. Arntz. sed *mense quarto* reposuit Gruner. suadente Arntz. e codd. et edd. Ald. ac Gryph. 'Pithœi cod. infra sic legit, *Apud Spoletum, sive inter Ocriculum Narniamque et Urbem Romam, &c.* reliqua desunt. Cujacii cum vulgatis consentit. Rursus *tribus minus quinquaginta* Mss. omnes, pro quo vulgati *quatuor minus quinque.*' Schott. *Spoletum . . . Ocriculum Narniamque et Spoletium* Ald. *Otriculum Narniamque* [*Spoletium*] *et urbem* Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. Vide Not. Delph. 'Neque vel illa emendatio potest ferri; non enim *Spoletium*, cujus tamen supra meminit, est inter Ocriculum et Narniam, sed supra utramque urbem posita civitas: et nihil auxilii est in scriptis vel editis, qui omnes receptam tuentur, nisi quod posteriores *Spoletum* exarent. Si conjecturæ res esset, pro *Narniam* divinare liceret *Nursiam*. Hæ enim tres urbes in triangulo positæ sunt ita, ut apertum latus claudat Roma, adeo ut in Nari fluvio, postquam ille Velini aquis auctior procedit, pons ille sanguinarius fuerit.' *Arntz.*—3 Mss. omnes, teste Arntz. *Maurus genere pugnans.* Ald. legit *genere Maurus pugnax.*—4 *Quatuor minus quinq.* ante Vinet. legebatur; *annis III. minus L.* Ald.

NOTÆ

[d] *Quæ nunc Girba*] Hodieque etiam nomen retinet; nam *Gerbi, Zerbi* vocatur.

[e] *Mense quarto* [*menses quatuor*] *dominatus*] Supra Victor menses tres imperio usum scribit.

[f] *Spoletium*] Urbem in inferiore parte Umbriæ.

[g] *Quem ab ejus cæde*] Nemo tamen, quod sciam, hic Æmilianum interemtum dicit; et supra Victor ait eum post tres menses modesti imperii, morbo absumtum: quamvis Zosim. a suis interemtum dicit. Vide in Cæsaribus.

[h] *Inter Ocriculum* [*Otriculum*] *Narniamque, Spoletium*] Dele illud *Spoletium*, nam e superiori versu huc intrusum: non satis placent etiam hæc: *Inter Otriculum, Narniamque, et urbem Romam.* Ratio est quod qui locus inter Otriculum et urbem Romam esse dicitur, is non recte inter urbem Romam Narniamque esse dicitur, ut ex eorum positione satis constat: quare legebam *inter Otriculum, Narniamve, et urbem Romam regione media positum.*

CAP. XXXII.

LICINIUS VALERIANUS, GALLIENUS, CUM TYRANNIS.

1. LICINIUS VALERIANUS, cognomento Colobius, imperavit annos quindecim,[a] parentibus ortus splendidissimis,

stolidus tamen, et multum iners, neque ad[b] usum aliquem publici officii consilio seu gestis accommodatus. 2. Hic filium suum Gallienum Augustum fecit, Gallienique filium, Cornelium Valerianum,[c] Cæsarem. 3. His imperantibus Regillianus[d] in Mœsia,[e] Cassius Latienus Postumus[f] in Gallia,[g] Gallieni filio interfecto,[h] Imperatores effecti sunt. 4. Pari modo Ælianus[i] apud Moguntiacum, in Ægypto Æmilianus,[k] apud Macedonas Valens,[l] Mediolani Aureolus[m]

CAP. XXXII. 1 '*Lucinius. Licinius* Cujacii scriptus codex, ut et supra cap. 29.' *Schott.* '*Lucinius* Leid. 1. *Lucinus* alter.' *Arntz.* Mox excusi tres ap. Schott. ut et Ald. *ad usum aliquem publicum officio, &c.*—2 Τὸ *Augustum* in Ald. desideratur.—3 '*Regillianus.* Hic edd. nostræ et Mss. *Religianus.* In Cæsaribus est *Regallianus.* De ea re jam disputare non vacat, nec mea multum interest. Interim *Regilianus*, quod malim, vel *Regalianus* dicendum esse, ex eo mihi persuadeo, quod a 'regi' deducatur apud Trebellium Pollionem Trig. Tyr. cap. 10. ad quod vide duobus in locis Salmas. *His Imperatoribus* scripserat Leid. 1.' *Arntz.* Mox *Cassius, Labienus, Postumus* Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. contra edd. quæ omnes sine distinctione legunt.—4 '*Apud Moguntiacum, in Ægypto.* Sic vetus codex. Quem locum indocti ad hunc modum corruperant, *apud Moguntiam, cum in Ægypto:* [ut Ald.] Restituimus

NOTÆ

[a] *Imperavit annos quindecim*] Captus tamen a Persis anno sexto imperii: sed illis sex annis, si novem addas, quos in imperio fuisse Gallienum Valeriani filium, scriptores prodiderunt, quindecim fient anni, quos tot imperasse Valerianum et Gallienum constat.

[b] *Stolidus tamen, et multum iners, neque ad*] Inde Dionysius episcopus Alexandrinus in epistola ad Hermammonem scribit Valerianum τῇ βασιλείᾳ παρὰ τὴν ἀξίαν ἐπιμανῆναι· *in imperio ultra decus insaniisse.*

[c] *Cornelium Valerianum*] Cornelium Valerianum Saloninum.

[d] *Regillianus*] Vide in Cæsaribus.

[e] *In Mœsia*] 'A Mœsiacis legionibus Imperator est dictus.' Pollio.

[f] *Cassius Latienus* [*Labienus*] *Postumus*] Cassius Postumius Labienus in nummis. Vide in Cæsaribus.

[g] *In Gallia*] Supra Victor: 'Barbaris per Galliam præsidebat.' Locum adi.

[h] *Gallieni filio interfecto*] Salonino, quem Gallienus eidem Postumio crediderat. Vide Pollionem in Postumio.

[i] *Ælianus*] Hic idem est qui Pollioni et aliis Lollianus dicitur, ut optime Casaubonus. In Fastis quidem Æliani cujusdam a Lolliano diversi facta mentio; sed qui eos scripserunt hoc loco decepti sunt.

[k] *In Ægypto Æmilianus*] Qui Ægypti præfectus fuit: vide Pollionem. Diversus est ab Æmiliano illo, de quo superiori capite, et supra in Cæsaribus.

[l] *Apud Macedonas Valens*] Qui proconsulatum Achaiæ gubernabat; vide Pollionem.

[m] *Mediolani Aureolus*] Supra Victor: 'Qui per Rhœtias legionibus præerat.' Pollio Vero: 'Illyricianos exercitus regens.'

dominatum invasere. 5. Valerianus vero in Mesopotamia bellum gerens, a Sapore Persarum rege superatus, mox etiam captus, apud Parthos ignobili servitute consenuit. 6. Nam quamdiu vixit, rex ejusdem provinciæ incurvato eo pedem cervicibus [n] ejus imponens, equum conscendere solitus erat.

et in Entropii breviario corruptum nomen.' *Vinet.*—5 *Captus est:* Ald.—6 *Equum ascendere* Ald. cum vett. edd. teste Arntz.

NOTÆ

[n] *Incurvato eo pedem cervicibus*] Eodem contumeliæ genere affectum ferunt Bajazetem a Tamberlante, cum prælio victus in ejus potestatem venisset.

CAP. XXXIII.

GALLIENUS.

1. GALLIENUS quidem in loco Cornelii filii sui Salonianum,[o] alterum filium, subrogavit, amori diverso pellicum deditus, Saloninæ conjugis, et concubinæ,[p] quam per pactionem, concessa parte superioris Pannoniæ, a patre, Marcomannorum rege,[q] matrimonii specie susceperat, Pipam [r] nomine. 2. Novissime adversus Aureolum profectus est. Quem cum apud pontem, qui ex ejus nomine Aureolus appellatur, obtentum detrusumque Mediolanum obsedit, ejusdem Aureoli commento [s] a suis interiit. 3.

CAP. XXXIII. 1 *In locum Cornelii* Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. contra Guelf. Leid. 1. et Ald. ex immutatione Gryph. Mox *Saloni[a]num* Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. Mox '*Pipam. Pipiam* habebat vetus cod. eandemque vocat 'Piparam' Trebellius Pollio.' *Vinet.* '*Pipiam* est scriptura Leid. 2. Pro *matrimonii specie* Leid. 1. *patrimonii:* error manifestus, de quali varietate vide sis Colerum in Parergis Juris cap. 6. Pro *specie* posset legi *spe.*' Arntz.

NOTÆ

[o] *Salonianum* [*Saloni[a]num*] *Saloninum, &c.* Pollio.

[p] *Saloninæ conjugis, et concubinæ*] Supra in Cæsaribus.

[q] *Marcomannorum rege*] Germanorum, supra Victor. Locum adi.

[r] *Pipam*] 'Piparam' Pollio.

[s] *Ejusdem Aureoli commento*] Victorem hic sequitur; vide in Cæsaribus.

Regnavit annos quindecim, cum patre septem, solus octo.[1] Vixit annos quinquaginta.

—2 *Apud Mediolanium* Guelf. et Lugd. 1.—3 *Septem*, [*et*] *solus octo* Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. *et solus VIII.* Ald.

NOTÆ

[1] *Cum patre septem, solus octo*] Immo cum patre sex, et novem solus: ut supra dictum.

CAP. XXXIV.

CLAUDIUS, ET FRATER EJUS QUINTILLUS.

1. Claudius imperavit annis duobus.[a] Hunc plerique putant Gordiano satum, dum adolescens a muliere matura institueretur ad uxorem. 2. Hic Claudius Gallieni morientis sententia Imperator designatus, ad quem Ticini positum per Gallonium Basilium indumenta regia direxerat, extinctoque a suis Aureolo,[b] receptis legionibus adversum gentem Alamanorum haud procul a lacu Benaco[c] dimicans, tantam multitudinem fudit, ut ægre pars dimidia

Cap. xxxiv. 1 '*Inperavit annum. Hunc* Leid. 1. *Annum unum, mensibus octo* Leid. 2. sed in receptam lectionem conspirant omnes editi, neque ullam varietatem in aliis annotatam reperio.' *Arntz.* Mox '*Dum adolescens a muliere.* Cratandri et Gryphii codd. *dum ab Licensa muliere.* Augustana ed. *dum alii Licensa muliere:* forte corrupte pro *a Licensa.* Hic mihi aqua hæret: nam morem instituendi ad uxorem apud antiquiorem auctorem legere non memini. Paullus enim Diaconus hinc exscripsit.' *Schott.* 'Casaubonus emendandum putat, *in muliere Dalmatica institueretur, &c.*' Gruter. Probat Arntz. sententiam Salmasii, qui locum vitio carere judicavit. *Dum alii Liscensa* Ald.—2 *Hinc Claudius* Ald. Infra '*Receptis legionibus.* Qui me audiet, ita reponet *receptis legionibus adversus gentem Germanorum.* Sic enim Mss. et Veronensis: vulgati omnes *regionibus et aciem.*' Schott. 'Illam lectionem confirmant omnes mei codd. nisi quod *Alamannorum* retineant.' *Arntz. Adversum aciem* Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. *adversum autem* Ald. Mox *Benaci* Ald. et priores editores.—3 Guelf. habet *Victorianus*, Leid. 1.

NOTÆ

[a] *Annis duobus*] Melius in vet. cod. *Annum unum, mensibus novem.* Quidam aiunt imperasse annum unum, menses decem, dies quinque.

[b] *Extinctoque a suis Aureolo*] *A suis*, a Claudii militibus interpretor: vide notata in Cæsaribus.

[c] *Lacu Benaco*] Ad fluvium Mintium Mantua notum.

superfuerit. 3. His diebus Victorinus regnum cepit.[d] Claudius vero cum ex fatalibus libris,[e] quos inspici præceperat, cognovisset, sententiæ in senatu dicendæ primi[f] morte remedium desiderari, Pomponio Basso, qui tunc erat, se offerente,[g] ipse[h] vitam suam, haud passus responsa frustrari, dono reipublicæ dedit; præfatus neminem tanti ordinis primas habere, quam ipsum Imperatorem. 4. Ea res sicut erat cunctis grata, non Divi vocabulum modo, sed ex auro statuam prope ipsum Jovis simulacrum,[i] atque in curia imaginem auream[k] proceres sacravere. 5. Huic successit frater ejus Quintillus.[l] Is paucis diebus[m] imperium tenens interemtus est.

Victrinus, teste Arntz. Ad finem *tantis ordinibus* omnes scripti ap. Arntz. Tum *quoniam Imperatorem* Ald. *habere ipsum Imperatorem* Gryph. *nisi ipsum Imperatorem* Schott. Gaesb. Delph. Pitisc.—4 '*Ea res, &c.* Et hic varia est scriptura. Pro *sic erat*, *sicut erat* volebat Leid. 1. porro omnes voculam *ut* abjiciebant, deinde *sacravere* reponentes; atque ita Aldus, qui in præcedenti membro, *ea res sicut erat* * *cunctis gratia*. Gryphius, *Ea res sic erat cunctis grata, ut non* . . . *sacraverint*, et eam scripturam amplexi sunt reliqui editores. Quid ego cum scriptis mutaverim, videbit lector, cui ego suam sententiam non invideo.' *Arntz.*—5 *Quintillus* reposuit Gruner. e reliquis scriptoribus et nummis, pro vulgata scriptura *Quintilius*.

NOTÆ

[d] *His diebus Victorinus regnum cepit*] Falsum est: sub Gallieno enim imperium invasit Victorinus, ut supra in Cæsaribus.

[e] *Fatalibus libris*] Sibyllinis.

[f] *Sententiæ in senatu dicendæ primi*] 'Primus sententiæ dicendæ,' est qui primus in senatu sententiam debet dicere.

[g] *Pomponio Basso, qui tunc erat, se offerente*] Vide in Cæsaribus.

[h] *Ipse*] Claudius. Sed vide quæ in Cæsaribus dicta sunt.

[i] *Ex auro statuam prope ipsum Jovis sim.*] Pollio: 'Illi, quod nulli antea, populus Rom. sumtu suo in Capitolio ante Jovis Opt. Max. templum statuam auream decem pedum collocavit.'

[k] *Imaginem auream*] 'Clypeum aureum' vocant alii scriptores. Pollio: 'Illi clypeus aureus, vel ut grammatici loquuntur, clypeum aureum senatus totius judicio in Rom. curia collocatum est.' Clypeus aureus est imago clypeata; ut Itali vocant, *un buste*, quales hodie pictores nostri faciunt. Sed vide quæ a viris doctissimis apud Pollionem dicta sunt.

[l] *Quintillus* [*Quintilius*] 'Quintillum' Pollio. Κύντιλλον Zosimus.

[m] *Is paucis diebus*] 'Septima decima die interemtus.' Pollio, Eutrop. At Zosim. ait post paucos menses: ὀλίγους βιώσαντος μῆνας· *cum paucos vixisset menses*. Nisi scriptum ab illo fuerit ὀλίγους βιώσαντος ἡμέρας· quod et doctissimo Casaubono in mentem venit.

CAP. XXXV.

AURELIANUS.

1. AURELIANUS genitus patre mediocri,[a] et, ut quidam ferunt, Aurelii clarissimi senatoris colono inter Daciam et Macedoniam, imperavit annis quinque, mensibus sex.[b] 2. Iste haud dissimilis fuit Magno Alexandro, seu Cæsari dictatori. Nam Romanum orbem[c] triennio ab invasoribus[d] receptavit; cum Alexander annis tredecim[e] per victorias ingentes ad Indiam pervenerit, et Caius Cæsar decennio subegerit Gallos,[f] adversum cives quadriennio[g] congressus. Iste[h] in Italia tribus prœliis victor fuit, apud Placentiam,[i] juxta amnem Metaurum ac Fanum Fortunæ,[k] postremo Ticinensibus campis. 3. Hujus tempore apud Dalmatas Septimius[l] Imperator effectus, mox a suis obtruncatur. 4.

CAP. XXXV. 1 '*Annum* pro *annis quinque* exemplar unum Mss.' *Schott.* '*Mensibus sex* aberat a Guelf. [et ab Ald.] et prioribus inpressis. *Et mensibus sex* Leid. 1.' *Arntz.* Supra *Datiam* Ald.—2 *Rom. urbem* Ald. et edd. ante Schott. Tum Veronens. *Alex. annis vix X.* Mox *subjecerit* pro *subegerit* Ald. Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. 'Quod sequitur *Ticinensibus in campis* legunt omnes edd. sed Schottus [cum Gaesb. Delph. Pitisc.] præpositionem mediam unculis incluserat, et abest ea ab omnibus nostris Mss. nec magnopere desiderari debet.' *Arntz.* *Trimensibus in campis* Ald.—3 *Delmatas* ut antea Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. Statim *Septiminus* Arntz. '*Septimus* erat in Guelf. ex quo, superscriptis litteris *in*, factum erat *Septiminus*, quod recepi cum veteribus libris Schotti. Non displicet, quod deinde *Roma* omittat Leid. 2. nam Urbem simpliciter pro 'Roma' dici norunt pueri, nec necesse habuerat id multis exemplis probare Cortius ad Sallust. Catil. cap. LII. § 15.'

NOTÆ

[a] *Genitus patre mediocri*] 'Modicis ortus parentibus.' Vopisc.

[b] *Imperavit annis quinque, mens. sex*] Melius Vopisc. 'Imperavit annis sex, minus paucis diebus.'

[c] *Romanum orbem*] Vopisc. 'At eadem reddita fuerat' (respub.) 'Aureliano toto penitus orbe vincente.'

[d] *Ab invasoribus*] Suevis, Sarmatis, Gothis, &c.

[e] *Annis tredecim*] Siquidem viginti annorum adolescens Alexander imperium suscepit, mortuus vero annis natus XXXIII. mense uno.

[f] *Decennio subegerit* [*subjecerit*] *Gallos*] Immo annis novem; vide Sueton.

[g] *Quadriennio*] Immo annis fere sex.

[h] *Iste*] Aurelianus.

[i] *Apud Placentiam*] Ubi primo clade affectus.

[k] *Amnem Metaurum ac Fanum Fort.*] In superiori parte Umbriæ, in ipso maris littore.

[l] *Septimius*] 'Epitimium' vocat Zosim. ut puto; uter vero corrupte, pronuntiare non audeam.

Hoc tempore in urbe Roma monetarii rebellarunt, quos Aurelianus victos ultima crudelitate compescuit. 5. Iste primus apud Romanos diadema[m] capiti innexuit; gemmisque, et aurata omni veste,[n] quod adhuc fere incognitum Romanis moribus visebatur, usus est. 6. Hic muris validioribus et laxioribus Urbem sepsit. Porcinæ carnis usum populo instituit. 7. Hic Tetricum, qui Imperator ab exercitu in Galliis effectus fuerat, correctorem Lucaniæ provexit, aspergens hominem eleganti joco, Sublimius habendum regere aliquam Italiæ partem, quam trans Alpes[o] regnare. 8. Novissime fraude[p] servi sui,[q] qui ad quosdam militares viros, amicos ipsius, nomina pertulit annotata, falso manum ejus imitatus, tanquam Aurelianus ipsos pararet occidere, ab iisdem interfectus est in itineris medio, quod inter[r] Constantinopolim et Heracleam est. 9. Fuit sævus et sanguinarius, et trux omni tempore, etiam filii sororis interfector.[s] 10. Hoc tempore septem mensibus[t] interregni species evenit.

Arntz.—4 ' *Victos.* Edd. habent *victor*, et illi lectioni videtur favere Vopiscus in Aurel. cap. 21. cum vero *victos* et Schotti libri et mei requirant, cur sine necessitate fidei eorum repugnarem?' *Arntz.*—5 *Videbatur* pro *visebatur* Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. contra codd.—7 Veronens. *asserens hominem eleganti loco*, perperam forte pro *joco*, judice Schott.—8 *Pertulit annotata* absque *nomina* Mss. ap. Schott. Mox τὸ *in* ante *itineris* uncis includunt Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. In seqq. *Eracliam* Leid. 1. *Aradiam* Leid. alter.

NOTÆ

[m] *Primus apud Romanos diadema*] At supra in Caligula scripsit Epitomista: 'Primus diademate capiti imposito, Dominum se jussit appellari.' Quod cum a se scriptum non recordaretur, et apud alios scriptores legisset id tantum tentasse Caligulam, hic de Aureliano prodit quod verum est; is enim primus diadema capiti imposuit: Cæsar enim sibi oblatum in Capitolium misit: Antonius habuit, sed non Romæ.

[n] *Gemmisque, et aurata omni veste*] Vopiscus: 'Tunc illæ vestes, quas in templo Solis videmus, consertæ gemmis.'

[o] *Quam trans Alpes*] In Aquitania scilicet, ubi præsidatum regens Tetricus imperium invaserat.

[p] *Novissime fraude*] Hæc usque ad *fuit sævus*, ad verbum ex Eutropio hausit Epitomista.

[q] *Servi sui*] Mnesthei.

[r] *Itineris medio, quod inter*] Ad Cænophrurium. Vide in Cæsaribus.

[s] *Etiam filii sororis interfector*] Immo filiæ sororis, ut Vopiscus ex plurium sententia: qui tamen alibi ait, 'Addunt nonnulli, filium sororis, non filiam, ab eodem interfectum.' Quos secutus Eutrop. 'Trux omni tempore, etiam filii sororis interfector.' Et Eutropium hic Noster bona fide transcripsit.

[t] *Septem mensibus*] Immo sex, ut supra in Cæsaribus.

CAP. XXXVI.

TACITUS ET FLORIANUS.

1. TACITUS post hunc suscepit imperium, vir egregie moratus; qui ducentesimo imperii die apud Tarsum [a] febri moritur. 2. Huic successit Florianus. Sed cum magna pars exercitus Equitium [b] Probum, militiæ peritum, legisset, Florianus dierum sexaginta [c] quasi per ludum imperio usus, incisis a semetipso venis,[d] effuso sanguine consumtus est.

CAP. XXXVI. 1 *Febre* uterque Leid. et *emoritur* Guelf.—2 *Exercitus equitum Probum* Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. *equitantium Probum* Ald. et vulgati fere omnes, teste Schott.

NOTÆ

[a] *Apud Tarsum*] Tyanæ Victor mortuum dicit.

[b] *Magna pars exercitus Equitium* [*equitum*] Non exercitus equitum, sed omnis exercitus Probum legit, ut ex Vopisco. Quare abundare hic τὸ *equitum* putavit Schott. quidam *Equitium Probum;* sed nunquam legi Probum Equitium dictum fuisse.

[c] *Dierum sexaginta*] 'Uno mense aut altero vix retentata dominatione.' Supra Victor.

[d] *Incisis a semetipso venis*] Aliter supra Victor et Vopiscus. Hic vero Epitomista Floriano tribuit quod alii Quintillo Claudii fratri, quem Zosimus ait, simulac intellexisset factum Imperatorem Aurelianum, consilium a suis accepisse ut mortem sibi consciseret, ac multo se meliori viro sponte sua de imperio cederet: quod et fecisse perhibetur a medico quodam vena secta, continuatoque fluxu sanguinis donec exaruisset. Idem Zonaras.

CAP. XXXVII.

PROBUS.

1. PROBUS, genitus patre agresti, hortorum studioso, Dalmatio nomine,[a] imperavit annos sex.[b] 2. Iste Saturni-

CAP. XXXVII. 1 *Delmatio sanguine* Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. *sanguine*

NOTÆ

[a] *Patre agresti . . . Dalmatio nomine* [*Delmatio sanguine*] Vopiscus: 'Probus oriundus e Pannonia civitate Sirmiensi nobiliore matre quam patre, patrimonio moderato, affinitate non magna.' Item: 'Probo, ut quidam in literas retulerunt, pater nomine Maximus fuit.'

num in Oriente, Proculum et Bonosum Agrippinæ Imperatores effectos oppressit. 3. Vineas Gallos et Pannonios habere permisit. Opere militari Almam montem [c] apud Sirmium, et Aureum apud Mœsiam superiorem, vineis conseruit. 4. Hic Sirmio in turri ferrata [d] occiditur.

et Ald.—3 *Pannonos* Lugd. 2. Mox *Almum* Ald. Tum *consevit* pro *conseruit* Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. *consenuit* alii.—4 *Sirmii* Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. *Syrmio* Ald. cum Mss. ap. Schott. et Veronens.

NOTÆ

[b] *Imperavit annos sex*] Vide in Cæsaribus.

[c] *Opere militari Almam montem*] Ex Eutropio ad verbum: 'Vineas Gallos et Pannonios habere permisit. Opere militari Almam montem apud Sirmium, et Aureum apud Mœsiam superiorem vineis consevit.' *Opere militari*, id est, 'militari manu,' 'militarium (militum) manu, opera.' Vopisc. 'Ipse Almam montem in Illyrico circa Sirmium militari manu fossum lecta vite consevit.'

[d] *In turri ferrata*] Vide in Cæsaribus.

CAP. XXXVIII.

CARUS, CARINUS, NUMERIANUS.

1. Carus, Narbonæ natus,[a] imperavit annos duos. 2. Iste confestim Carinum et Numerianum Cæsares fecit. 3. Hic apud Ctesiphonta ictu fulminis interiit. 4. Numerianus quoque, filius ejus, cum oculorum dolore correptus in lecticula veheretur, impulsore Apro, qui socer ejus erat, per insidias occisus est. 5. Cum dolo occultaretur ipsius mors, quousque Aper invadere posset imperium, fœtore cadaveris scelus est proditum. 6. Hinc Sabinus Julianus invadens imperium, a Carino in campis Veronensibus [b]

Cap. xxxviii. 1 *Narbone* posse etiam legi judicat Vinet.—4 Præpositionem *in* ante *lecticula*, ut suspectam, unculis inclusit Schott. et eum secuti sunt Gaesb. Delph. Pitisc. sed contra Mss. et edd.—6 *Julianum invadens*

NOTÆ

[a] *Narbonæ natus*] Vide quæ in Cæsaribus dicta sunt.

[b] *In campis Veronensibus*] In Illyrico ait Victor.

occiditur. 7. Hic Carinus omnibus se sceleribus inquinavit. Plurimos innoxios fictis criminibus occidit. Matrimonia nobilium corrupit. Condiscipulis quoque,[c] qui eum in auditorio verbi fatigatione taxaverunt,[d] perniciosus fuit. 8. Ad extremum trucidatur ejus præcipue tribuni dextera, cujus dicebatur conjugem polluisse.

Ald.—7 *Matrimonia militum* malit Schott. ut mox cum Harl. *taxaverant*. *Qui taxaverunt eum in aud.* Ald. Præterea *in adjuterio* uterque Leid.

NOTÆ

[c] *Condiscipulis quoque*] Ex Eutropio ad verbum: 'Carinus se sceleribus coinquinavit, plurimos innoxios fictis criminibus occidit, matrimonia nobilia corrupit: condiscipulis quoque qui eum in auditorio, vel levi fatigatione taxaverant, perniciosus fuit.' Joannes Antiochensis: *Καρῖνος ὠμότατος ἦν, ὃς καὶ τοὺς ποτὲ ἐν τῷ παιδευτηρίῳ σκώψαντας εἰς αὐτὸν ἠμύνατο·* id est, *Carinus sævissimus erat, quippe qui condiscipulos, qui eum in schola verbis fatigaverant, ultus est.*

[d] *Verbi fatigatione tax.*] Eutrop. 'Vel levi fatigatione taxaverant.' Nihil tamen mutandum. 'Verbi fatigatio,' vel 'fatigatio' simpliciter nihil aliud est quam scomma, ut optime apud Vopiscum Salmasius. Fatigare aliquem verbis vel jocis, pro mordere, lacessere; quod et 'fatigare' simpliciter et absolute dixerunt. Severus Sulpicius in Dialogis: 'Sed supersedendum est ne Gallus sese existimet fatigari.' Et 'fatigatio' pro scommate apud eundem: 'Tum ille sicut est verecundissimus, aliquantulum erubescens dum fatigationem meam accepit:' ut et apud Eutrop. supra. Notandum præterea dixisse Epitomistam *verbi fatigatione taxare*, quod unica voce 'fatigare,' vel 'taxare' dixerunt Latini pro ludere, jocis vexare. Terent. 'Quo pacto Rhodium tetigerim in convivio,' ubi Donatus: 'Tetigerim,' inquit, 'luserim, fatigaverim; nam tangere cum multa, tum etiam hoc significat: taxare, autem, ab antiquo tago, pro tango, tetigi, taxum, et tactum.'

CAP. XXXIX.

DIOCLETIANUS ET MAXIMIANUS HERCULIUS.

1. Diocletianus Dalmata, Anulini senatoris[a] libertinus, matre pariter atque oppido nomine Dioclea, quorum

Cap. xxxix. 1 *Delmata* Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. et *Amilini* libb. aliquot. Mox *libertus* est in Veronens. 'Sequentia verba *matre pariter*, &c.

NOTÆ

[a] *Dalmata, Anulini senatoris*] Eutrop. 'Delmatia oriundum, virum obscurissime natum: adeo ut a plerisque scribæ filius, a nonnullis Anu-

vocabulis, donec imperium sumeret, Diocles appellatus, ubi orbis Romani potentiam cepit, Graium nomen in Romanum morem convertit; imperavit annis viginti quinque.[b] 2. Is Maximianum Augustum effecit; Constantium et Galerium Maximianum, cognomento Armentarium, Cæsares creavit, tradens Constantio Theodoram, Herculii Maximiani privignam, abjecta uxore priori. 3. Hoc tempore Charausio[c] in Galliis, Achilleus apud Ægyptum, Julianus in Italia Imperatores effecti, diverso exitu periere. 4. E quibus Julianus acto per costas pugione, in ignem se abjecit. 5. Diocletianus vero apud Nicomediam[d] sponte imperiales fasces relinquens, in propriis agris[e] consenuit. 6. Qui dum ab Herculio[f] atque Galerio ad recipiendum imperium rogaretur, tanquam pestem aliquam detestans, in hunc modum respondit: Utinam Salonæ possetis visere olera nostris manibus instituta, profecto nunquam istud tentandum judicaretis. 7. Vixit annos sexaginta octo, ex

luxata, vel suo loco mota esse censet Cuperus ad Lactant. de Mort. Pers. cap. 19. fine, sed nulla in nostris codicibus hujus vitii apparent vestigia. Porro ex more veterum fecit, quod in Romanam remp. transiens peregrinum nomen mutaverit, ut latius demonstravimus in diss. de Civ. Paulli cap. 3.' *Arntz.*—3 *Carausio* sine spiritu Ald. Schott. Gaesb. Delph. Pitisc.—6 *Insita* pro *instituta*, si Mss. faverent, legendum putat Schott. improb. Arntz. 'Sed si liceat dicere quid sentiam, valde amplector scripturam, quæ est in Gryphianis edd. *oleta* pro *olera*; quamvis Aldus et Schottus repugnent, nec in excerptis nostrorum codicum ulla varietas adnotetur; verum tam exigua illarum literarum varietas facillime vel oculos diligentissimi cujusvis potest fugere.'

NOTÆ

lini senatoris libertinus fuisse credatur.'

[b] *Annis viginti quinque*] Immo viginti tantum; et supra Victor ait, celebrato magnifice imperii vigesimo, imperium deposuisse.

[c] *Charausio*] Supra Victor 'Carausium' vocat.

[d] *Nicomediam*] In Bithynia, e regione Propontidis.

[e] *In propriis agris*] 'In villa quæ haud procul a Salonis est.' Eutrop. Salonæ autem vel Salona in Dalmatia.

[f] *Herculio*] At constat Herculium eadem qua Diocletianum die, imperium deposuisse; ita ut in Salonas unus, alter in Lucaniam concederet. Sed hæc aliquanto post facta sunt, Maxentio Herculii filio Imperatore creato per prætorianorum tumultum; quapropter imperium resumsit Herculius, Diocletianumque per literas adhortatus est ipse etiam depositam resumeret potestatem; quas Diocletianus irritas habuit. Vide Eutrop. initio lib. x. et Zosim. lib. II.

quis communi habitu prope novem egit. Morte consumtus est, ut satis patuit, per formidinem voluntaria. Quippe cum a Constantino atque Licinio vocatus ad festa nuptiarum, per senectam, quo minus interesse valeret, excusavisset, rescriptis minacibus acceptis, quibus increpabatur Maxentio favisse, ac Maximino favere, suspectans necem dedecorosam, venenum dicitur hausisse.

Arntz.—7 ' *Ex quis* dedimus ex Ms. Gnelf. et omnibus ante Schottum edd. [Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. *ex quibus.*] Idem tamen codex et edd. mox satis inconcinne *voluntariam* tuentur [cum Ald.]. Decepit eos, quod tanto intervallo hæc vox a *morte* removeatur, et præcedat proxime substantivum quarti casus.' *Arntz.*

CAP. XL.

CONSTANTIUS, GALERIUS MAXIMIANUS, SEVERUS, MAXIMINUS, MAXENTIUS, LICINIUS, ALEXANDER, VALENS.

1. HIS diebus Constantius, Constantini pater, atque Armentarius, Cæsares, Augusti appellantur, creatis Cæsaribus, Severo per Italiam, Maximino, Galerii sororis filio,[a] per Orientem: eodemque tempore Constantinus Cæsar efficitur. 2. Maxentius Imperator in villa sex millibus ab Urbe discreta, itinere Lavicano,[b] dehinc Licinius Augustus efficitur; parique modo Alexander apud Carthaginem Imperator fit; similique modo Valens Imperator creatur, quorum exitus iste fuit. 3. Severus ab Herculio Maximiano Romæ ad tres tabernas[c] extinguitur: funusque ejus

CAP. XL. 1 *Maximini Galerii* Ald.—3 ' *Ad tres tabernas.* Ita reposui ex Mss. et Veronensi optimo: *Romæ intra tabernas* Basiliensis uterque [et Ald.], quod aut numeris obscure scriptum reperissent *III.* vel quod hæsitarent, ad utras, *decem* ne an *tres tabernas* accidisset.' *Arntz.* Paulo supra *Severus Cæ-*

NOTÆ

[a] *Sororis filio*] Μαξιμῖνον ἀδελφῆς ὄντα παῖδα τοῦ Γαλληρίου. *Maximinum Gallerii sororis filium.* Zosim.

[b] *Itinere Lavicano*] Via Lavicana intra Esquilinum et Cœlium ad Lavicorum oppidum ducebat, et ad Latinam viam terminabatur.

[c] *Ad tres tabernas*] Idem Zosim.

Gallieni sepulcro infertur, quod ex Urbe abest per Appiam millibus novem. 4. Galerius Maximianus consumtis genitalibus defecit. 5. Maximianus Herculius a Constantino apud Massiliam obsessus, deinde captus, pœnas dedit mortis genere postremo, fractis laqueo cervicibus.[d] 6. Alexander a Constantini exercitu jugulatur.[e] 7. Maxentius dum adversus Constantinum congreditur, paulo superius a ponte Mulvio, in pontem navigiis compositum ab latere ingredi festinans, lapsu equi[f] in profundum demersus est, voratumque limo, pondere thoracis, corpus vix repertum. 8. Maximinus[g] apud Tarsum morte simplici periit. 9. Valens[h] a Licinio morte mulctatur. Fuerunt autem morum hujusmodi. 10. Aurelius Maximianus cognomento Herculius ferus natura, ardens libidine, consiliis stolidus, ortu agresti Pannonioque. Nam etiam nunc haud longe Sirmio eminet locus palatio ibidem constructo, ubi parentes ejus exercebant opera mercenaria. 11. Ætate interiit sexagenarius, annorum viginti Imperator.[i] 12. Genuit ex Eutropia, Syra muliere, Maxentium, et Faustam, conjugem Constantini; cujus patri Constantio tradiderat Theodoram privignam.

sar ab Guelf. Tum *ab Urbe* Ald. Schott. Gaesb. Delph. Pitisc.—4 *Deficit* Ald.—5 *Herculeius* Ald. Mox *pœnas luit* ante Schott. legebatur. ' Priscæ tamen edd. ut et ipse Schottus, [cum Gaesb. Delph. Pitisc.] omnes expressere *pœnas mortis genere postremo fractis laqueo cervicibus luit*. Corrupte in utraque editione Gryphius posterius verbum omisit. Prior quidem scriptura damnanda non est, atque idem est sensus: sed non debuerat repugnare codicum suorum consensui vir doctus, quibus et nostrorum Mss. accedit auctoritas.' *Arntz.* *Mortis genere, postremo fratris laqueo cerv. Alex.* Ald.—7 *Egreditur* Mss. ap. Schott. qui mox *Molvio* habent. *Milvio* Ald. Schott. Gaesb. Delph. Pitisc.—8 ' *Maximianus* quidam libb. male impresserunt.' *Schott.* Tum *ad Tarsum* Guelf.—10 Τὸ *ejus* post *parentes* non comparet in Ald.—11 *Ann.*

NOTÆ

at supra Victor ait Ravennæ obiisse. ' Tres Tabernæ ' locus dicebatur circa Romam in via Appia.

[d] *Fractis laqueo cervicibus*] Idem Eutrop. at Zosim. ait morbo apud Tarsum extinctum.

[e] *A Constantini exercitu jugulatur*] Suffocatum dicit Zosim.

[f] *Lapsu equi*] Ruina pontis. Zosim. Vide in Cæsaribus.

[g] *Maximinus*] ' Fusus fugatusque a Licinio apud Tarsum periit.' Supra Victor.

[h] *Valens*] Zosimus scribit ita inter Constantinum et Licinium fœdus initum, ut Valens e medio tolleretur.

[i] *Annorum viginti Imperator*] Alii aiunt regnasse annis XVIII.

13. Sed Maxentium suppositum ferunt arte muliebri,[k] tenere mariti animum laborantis auspicio gratissimi partus cœpti[l] a puero. 14. Is Maximianus[m] carus nulli unquam fuit, ne patri, aut socero quidem Galerio. 15. Galerius autem fuit (licet inculta agrestique justitia) satis laudabilis,[n] pulcher corpore, eximius et felix bellator, ortus parentibus agrariis, pastor armentorum, unde ei cognomen Armentarius fuit. 16. Ortus Dacia Ripensi,[o] ibique sepultus est: quem locum Romulianum ex vocabulo Romulæ matris appellarat. 17. Is insolenter affirmare ausus est, matrem more Olympiadis, Alexandri Magni creatricis, compressam dracone semet concepisse. 18. Galerius Maximinus, sorore Armentarii progenitus, veroque nomine ante imperium Daca dictus, Cæsar quadriennio, dehinc per Orientem Augustus triennio fuit; ortu quidem atque instituto pastorali, verum sapientissimi cujusque ac literatorum cultor, ingenio quieto, vini avidior. 19. Quo ebrius quædam corrupta mente aspera jubebat: quod cum pigeret factum, differri,

viginti. Imperator genuit distinguit Ald.—13 *Muliebri* in *mulieris* mutandum censet Gruter. '*Auspicio. Gratissimi cœpti* Augustanus codex: Mss. omnes *gratissimi partus cœpti a puero*, quomodo et Veronensis. Mox etiam *socio* perperam pro *socero* scripserant.' *Schott.* 'Corruptissimæ hoc loco sunt omnes edd. quædam *auspicio pravissimi cœpti a puero*, [ut Schott.Gaesb.Delph.Pitisc.] aliæ *a. gratissimi cœpti a. p.* exhibentes. Primus veram lectionem eruit eruditissimus Schottus, qui tamen corruptam scripturam maluit sequi.' *Arntz. Auspicio gravissimi* Ald.—14 'Pro *Maximianus*, *Maxentius*, de quo sermo est, aut scripserat auctor, aut, ut alii jam animadverterunt, debuerat scribere.' *Harl.* Mox *nec patri* Ald.—16 *Datia ripensi* Ald. Mox '*Romulianam*, prima declinatione, vetus codex.' *Vinet.* 'Vulgati omnes *Romulianum etiam vocabulo*. Mss. et Veronensis *Romulianum ex vocabulo*.' Schott.—18 *Dara dictus* Ald. *Daza dictus* Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. 'Nostri codd. *Daca*, nisi quod Guelf. literam addat *Dacia*. *Dara* pro varia lectione in margine posuerat Gryphius. Mox *institutione* Leid. 1.' *Arntz.*—19 '*Qui cum pigeret facti, differri quæ præcepit*. Sic editi libri. *Quod cum pigeret*, et mox *cepisset* pro *præcepisset*, Mss. duo. Veronensis vero *Quod cum pigeret*, *factumque differri*

NOTÆ

[k] *Arte muliebri*] Optime Gruterus *Arte mulieris*.

[l] *Auspicio gratissimi partus cœpti* [*pravissimi cœpti*] Mss. omnes, ut et editio vetus, *auspicio gratissimi partus cœpti a puero*. Optime.

[m] *Is Maximianus*] Miror hunc errorem hic tamdiu hæsisse. Lege *Maxentius*.

[n] *Satis laudabilis*] Eutrop. 'Galerius vir et probe moratus, et egregius in re militari.'

[o] *Dacia Ripensi*] Sic dicta, quia ad Danubii ripam sita ad distinctionem

quæ præcepisset,[p] in tempus sobrium ac matutinum statuit. 20. Alexander fuit Phryx origine,[q] ingenio timidus, inferior adversus laborem vitio senectæ ætatis.

præcepisset in tempus.' Arntz. *Qui cum pigeret* Ald. Schott. Gaesb. Delph. Pitisc.—20 *Ætatis* abest a Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. contra Guelf. Leid. 1. et Mss. ap. Schott.

NOTÆ

Daciæ Mediterraneæ. Dacia Ripensis Mœsiam primam et Mœsiam secundam disterminat.

p *Differri quæ præcepisset*] Sic supra de Trajano Victor: 'Vinolentiam,' inquit, 'quo vitio, uti Nerva, angebatur, prudentia molliverat, curari vetans jussa post longiores epulas.'

q *Alexander fuit Phryx origine*] Ex Zosim. ad verbum fere: Ἀλεξάνδρῳ Φρυγί τε ὄντι τὸ γένος, καὶ δειλῷ, καὶ ἀτόλμῳ, καὶ πρὸς πάντα πόνον ὀκνοῦντι, καὶ εἰσέτι γεγηρακότι· id est, *Alexandro, qui natione Phryx erat, et timidus, et formidolosus, et ad omnem laborem suscipiendum piger, et insuper ætate provectus.*

CAP. XLI.

CONSTANTINUS, LICINIUS, CRISPUS, CONSTANTINUS, LICINIANUS, MARTINIANUS, CONSTANTIUS, CONSTANS, DELMATIUS, ANIBALIANUS, MAGNENTIUS, VETRANIO.

1. His omnibus absumtis, imperii jura penes Constantinum et Licinium devenere. 2. Constantinus, Constantii Imperatoris et Helenæ filius, imperavit annos triginta.[a] Hic dum juvenculus a Galerio in urbe Roma religionis specie obses teneretur, fugam arripiens, atque ad frustrandos insequentes, publica jumenta, quaqua iter egerat, interfecit, et ad patrem in Britanniam pervenit: et forte iisdem

CAP. XLI. 2 *Constantis* pro *Constantii* in Mss. ap. Schott. Mox *annos triginta* Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. Tum *obsides* pro *obses* Ald. In seqq. *quaqua iter ageret, interficiens* Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. '*Quaqua iter egeret.* Cujacii, Pithœi, et Veronensis cod. *quaqua iter egerat interfecit, et ad patrem in Britanniam situm pervenit.* Floriacensis *quibus iter egerat.*' Schott. 'Quod Guelf. cod. uterque habet *in Britanniam situm pervenit,* Grunerus haud inepte conjicit *confestim*: acutius tamen aptiusque Klotzius l. m. *cito* inde

NOTÆ

a *Annos triginta*] Vide quæ infra dicta sunt.

diebus ibidem Constantium parentem fata ultima perurgebant. 3. Quo mortuo, cunctis qui aderant annitentibus, sed præcipue Eroco, Alamanorum rege,[b] auxilii gratia Constantium comitato, imperium capit. 4. Hic sororem suam Constantiam Licinio Mediolanum accito conjungit: filiumque suum Crispum nomine,[c] ex Minervina concubina susceptum, item Constantinum, iisdem diebus natum oppido Arelatensi, Licinianumque, Licinii filium, mensium fere viginti, Cæsares effecit. 5. Verum enim vero ut imperia difficile concordiam custodiunt, discidium [d] inter Licinium Constantinumque exoritur: primumque apud Cibalas [e] juxta paludem Hiulcam nomine, Constantino nocte castra Licinii irrumpente, Licinius fugam petiit; Byzantiumque [f]

elicit.' *Harl.* *Situm* interponit Ald. et Guelf. ap. Arntz.—3 *Croco* pro *Eroco* Mss. ap. Schott. Leid. uterqne, et Ald. qni mox habet *comitatu.*—4 *Mediolanium* Mss. ap. Schott. cum Guelf. et Leid. 1. qui omnes cum Ald. mox *idem* pro *item* habent. Tum *iisdem* pro *hisdem* Schott. Gaesb. Delph. Pitisc.—5 *Dissidium* edd. ante Schott. et Ald. 'Veronensis *discordia* excusum habet, ut 'concordiæ' altera ex parte respondeat. Augustanus liber supra *difficile cum concordia custodiuntur:* non male. Sic *Liciniumque* corrupte Gryphius pro *Licinianumque.*' Schott. Infra *Vulcam* pro *Hiulcam* vetus exemplar ap.

NOTÆ

[b] *Eroco, Alamanorum rege*] Hunc 'Crocum' alii vocant; et *Croco* legitur in Mss.

[c] *Filiumque suum Crispum nomine*] Zosim. Κωνσταντῖνος μὲν καθίστησι Καίσαρα Κρίσπον ἐκ παλλακῆς αὐτῷ γεγονότα Μινερβίνης ὄνομα, ἤδη νεανίαν ὄντα, καὶ Κωνσταντῖνον, οὐ πρὸ πολλῶν ἡμερῶν ἐν Ἀρελάτῳ τεχθέντα· ἀναδείκνυται δὲ σὺν αὐτοῖς Καῖσαρ καὶ ὁ Λικινίου παῖς Λικινιανὸς, εἰς εἰκοστὸν προελθὼν μῆκος τῆς ἡλικίας· id est, *Constantinus Cæsarem dicit Crispum ex concubina Minervina nomine natum, jam adolescentem; item Constantinum ante non multos dies in Arelatensi oppido natum. Cum iisdem Cæsar designatus Licinii filius Licinianus qui jam vigesimum tantum ætatis diem attigerat.* Male interpres, *qui jam ætatis annum vigesimum ingressus erat.*

[d] *Discidium* [*dissidium*] Melius in Mss. *discidium*, quod distractionem et divortium aliquando significat, a discindendo, id est dirimendo; ut 'excidium' ab excindendo. *Dissidium* vero dissensionem, a dissidendo; illud corporis, hoc animi. Terent. Andr. act. IV. sc. 2. 'Valeant qui inter nos discidium volunt:' ubi male quædam edd. habent *dissidium*.

[e] *Apud Cibalas*] Cibalæ vel Cibalis urbs in Pannonia, non longe a Sirmio: ibi 'palus Hiulca;' vel ut in vet. exemplari *Vulca.* Vide Zosim. qui locum describit.

[f] *Byzantiumque*] Hic historiam conturbat Epitomista. Nam post pugnam ad Cibalas iterum in Thracia pugna commissa: postquam pax inter Imperatores facta; qua post septennium diremta, ad urbem Hadriano-

fuga volucri pervenit. 6. Ibi Martinianum, officiorum magistrum,[g] Cæsarem creat. 7. Dehinc Constantinus acie potior apud Bithyniam adegit Licinium pacta salute indumentum regium offerre per uxorem. Inde Thessalonicam missum, paulo post eum Martinianumque jugulari jubet. 8. Hic Licinius annum dominationis fere post quartumdecimum,[h] vitæ proxime sexagesimum, occidit: avaritiæ cupidine omnium pessimus, neque alienus a luxu venerio, asper admodum, haud mediocriter impatiens, infestus literis, quas per inscitiam immodicam virus ac pestem publicam nominabat, præcipue forensem industriam. 9. Agraribus[i] plane ac rusticantibus, quia ab eo genere ortus altusque[k] erat, satis utilis; ac militiæ custos ad veterum instituta severissimus. 10. Spadonum et aulicorum omnium vehemens domitor, tineas soricesque[l] palatii eos

Vinet.—7 *Uxorem, unde Thessal.* Ald.—8 '*Quartumdecimum.* Ita codd. Mss. et verum est, si a morte Galerii Maximiani, qui A. Chr. CCCXI. vivere desiit, numerare incipias. Licinius enim periit A. Chr. CCCXXV. Sed Pagi, Crit. in Annal. C. Baron. ad ann. 318. n. 8. alteram scripturam [quam Schott. Gaesb. Delph. Pitisc.] *annum dominationis fere post quintum decimum*, præfert, annosque illos XV. utrimque incompletos intelligit.' *Gruner.* Mox *occiditur* Ald. Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. 'Veron. et Mss. *occidit* pro *occiditur*, et *venerio* per iota, ut *ætherio*, quod antiquarii jam pridem ex Mss. et lapidibus literatis monuerunt. August. tamen codex *luxu ventris* præfert.' *Schott.* 'Pro *venerio*, *ventrio* corrumpit Guelf. Paulo post *inscientiam* volebat Leid. primus.' *Arntz.*—9 *Agrariis* Delph. 'Alii codices doctiores *agrariis;* alii (forsan a manu Victoris) *agralibus* habuisse videntur; quæ stupor librarii miscuit creavitque horridum vocabulum *agraribus*.' Harl. 'Mox Veronensis *quod ab eo genere ortus auctusque erat* pro *altusque*. Pithœi codex *alitusque*.'

NOTÆ

polin in Thracia pugnatum; quo prælio victus Licinius Byzantium fugit; unde a Constantino fugatus Chalcedona petiit, ibique sibi adjunctum socium Martinianum Cæsarem dicit. Inde ad Nicomediam fuga elapsus, ibique obsessus Constantino supplex factus est, eumque adlata purpura Imperatorem ac Dominum vocavit. Constantinus ibidem Martinianum satellitibus occidendum tradidit; et Licinium Thessalonicam ablegavit, eique paulo post laqueo vitam ademit.

[g] *Officiorum magistrum*] Hoc est, Palatinorum ordinum ducem. Jam supra.

[h] *Fere post quartumdecimum* [*quintumdecimum*] Mss. *post quartumdecimum*. Licinius Imperator factus A. U. 1062. post C. N. 310. dignitatem amisit A. U. 1076. post C. 324. occisus vero sequenti anno.

[i] *Agraribus* [*Agrariis*] Al. edit. ut Mss. *agraribus;* quod magis placet, ob vocis rusticitatem.

[k] *Altusque*] Pro 'alitus.'

appellans. 11. At Constantinus, obtento totius Romani imperii, mira bellorum felicitate, regimine, Fausta conjuge, ut putant, suggerente, Crispum filium necari jubet. 12. Dehinc uxorem suam Faustam[a] in balneas ardentes conjectam interemit, cum eum mater Helena dolore nimio nepotis increparet. 13. Fuit vero ultra quam æstimari potest, laudis avidus. Hic Trajanum herbam parietariam[b] ob titulos multis ædibus inscriptos, appellare solitus erat. Hic pontem in Danubio construxit. 14. Habitum regium gemmis, et caput exornans perpetuo diademate. Commodissimus[c] tamen rebus multis fuit: calumnias sedare legibus severissimis; nutrire artes bonas, præcipue studia literarum; legere ipse, scribere, meditari, audire legationes, et querimonias provinciarum. 15. Cumque, liberis filioque fratris Delmatio Cæsaribus confirmatis, tres et sexaginta annos[d] vixisset, ex quibus dimidios ita, ut tredecim solus[e] imperaret, morbo consumtus est. 16. Irrisor potius quam blandus. Unde proverbio vulgari Trachala[f]

Schott. *Quia ab eo genere* Ald.—11 'Τὸ *imperii* abfuit a Cujacii et Pithœi libb. Floriac. *Romuniæ miræ felicitate* scripsit.' *Schott.* 'Nec agnoscit *imperii* Guelf. pro quo etiam Leid. 1. *Romaniæ.*' Arntz.—12 'Deinceps *dolore* in *ardore* mutant Aldus et Gryph. minus recte, quamvis et 'ardor' dicatur de desiderio quod ex amore oritur. Valer. Max. lib. IX. cap. 13. ex. ext. 3. &c. quomodo 'ardere dolore' dixit Cicero pro Mil. c. 7.' *Arntz.*—13 '*Fuit vero.* Ed. Veronens. ad matrem refert: *Fuit vero mater ultra laudis avida.* Idem liber *multis ædibus* infra.' *Schott.* *Multis* quoque uterque Leid. ap. Arntz. et uterque Guelf. ap. Harl. Itaque *multis* reposuit Gruner. pro vulgat. *multos.* Supra *herbam Parietinam* lib. Cassiani ap. Vinet. et Leid. 2.—14 *Sedare, legibus severissimis nutrire* distinguit Ald. Tum '*Studia* deest in Veronensi, qui mox *pronuntiare* pro *provinciarum* legit: non placet.' *Schott.* 'Pro *legationes* supposuit *legatos* Leid. 2. non cogitans hæc ita poni, ut 'servitia' pro servis, 'matrimonia' pro uxoribus et similia.' *Arntz.*—16 Minorem distinctionem post *Trachala* ponendam putat Arntz. qui præterea, quod

NOTÆ

[1] *Tineas soricesque*] Quod omnia corrodunt, fœdant.

[a] *Uxorem suam Faustam*] Vide Zosim.

[b] *Herbam parietariam*] Quod ut herba ista parietibus adhæret, sic Trajani nomen ubique in ædibus inscriptum viseretur. Vide Ammian. lib. XXVII.

[c] *Commodissimus*] Appellatio fausta; ut contra 'incommodus,' atrox, dira; ubi de malo principe.

[d] *Tres et sexaginta annos*] Sed vixit annos 66.

[e] *Tredecim solus*] Immo duodecim tantum.

[f] *Trachala*] Notavit Festus Trachalos dici Ariminenses maritimos

decem annis præstantissimus, duodecim sequentibus latro, decem novissimis [g] pupillus ob profusiones immodicas nominatus. 17. Corpus sepultum in Byzantio, Constantinopoli dicta. 18. Quo mortuo, Delmatius militum vi necatur. 19. Ita ad tres orbis Romani redacta dominatio est, Constantino, et Constantio, ac Constante, filiis Constantini. 20. Hi singuli has partes regendas habuerunt: Constantinus junior cuncta trans Alpes; [h] Constantius a freto Propontidis, Asiam atque Orientem; Constans Illyricum, Italiamque et Africam, Dalmatiam, Thraciam, Macedoniamque, et Achaiam; Anibalianus, [i] Delmatii Cæsaris consanguineus, Armeniam, nationesque circumsocias. 21. Interim ob Italiæ Africæque jus [k] dissentire statim Constanti-

---

Victor dixerat Constantinum imperasse XXX. annos, bene, judice Harl. per concinnitatis legem, conjecit, *præstantissimus dux, decem sequentibus, &c.* Mox *nominatur* Ald.—17 *In Byzantio.* Gifanius ex veteri cod. legit *sepultum Byzantio;* ut supra in Probo: 'Sirmio in turri ferrata occiditur.' *Sylb.* *Ex Byzantio* Guelf. Leid. 2. et Ald.—19 *Constantinum ac Constantium ac Constantem filios* Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. Alii *redacta dominatio est orbis Romani.*—20 *Cuncta* post *junior* abest Ald. Tum Mss. ap. Schott. et Veronens. *Delmatius Trachiam.* 'Cum codd. Guelf. atque chronica tria habent *Dalmatius;* Gruneri suspicio, h. l. *Delmatium* aptius legendum esse, haud omnino improbanda videtur.' *Harl.*—21 *Constantinus et Constans cœperunt* Ald. *Const.*

NOTÆ

homines; Constantinus igitur decem annis, Trachalus sive Trachala præstantissimus dictus, quod irrisor esset, sed minime blandus: notum enim maritimos homines irrisores esse, &c. Nihil aliud video.

[g] *Decem novissimis*] Hic priores anni decem et duodecim, et alteri decem annos efficiunt XXXII. atqui supra triginta tantum ait regnasse Constantinum, nisi pro XXX. legas XXXII.

[h] *Constantinus junior cuncta trans Alpes*] Mendum turpe: lege *Constantinus senior.* Zosim. *Κωνσταντῖνος μὲν πρεσβύτερος ἅμα τῷ νεωτάτῳ Κώνσταντι τὰ ὑπὲρ τὰς Ἄλπεις ἅπαντα, καὶ τὴν Ἰταλίαν καὶ Ἰλλυρίδα πρὸς τούτοις ἔλαχεν ἔχειν· ἔτι δὲ τὰ περὶ τὸν Εὔξεινον Πόντον, καὶ τὴν ὑπὸ Καρχηδόνα Λιβύην. Κωνσταντίῳ δὲ τὰ περὶ τὴν Ἀσίαν, καὶ τὴν Ἑῴαν, καὶ Αἴγυπτον ἐπετέτραπτο.* Id est, *Constantinus quidem natu maximus cum minimo natu Constante, omnia trans Alpes sita, et Italiam et Illyricum sortitus est; præterea Ponto Euxino finitima, et Africæ omnia ad Carthaginem usque. Constantio datum est quidquid esset in Asia, et Oriente et Ægypto.* Unde vides Zosimum ab Epitomista transcriptum.

[i] *Anibalianus*] *Ἀναβαλλιανὸς* vocatur Zosimo.

[k] *Ob Italiæ Africæque jus*] Zosim. *Κωνσταντίνῳ δὲ καὶ Κώνσταντι περὶ τῆς ὑπὸ Καρχηδόνα Λιβύης καὶ Ἰταλίας γενομένης ἀμφισβητήσεως, &c.* Id est, *Ceterum controversia mota inter Constantinum et Constantem, de pertinente ad Carthaginem Africa, deque Italia.*

nus et Constans. Constantinus latrocinii specie dum incautus fœdeque temulentus in aliena irruit, obtruncatus est, projectusque in fluvium, cui nomen Alsa est, non longe ab Aquileia. 22. Constans vero venandi cupidine dum per sylvas saltusque erraret, conspiravere aliquanti militares[l] in ejus necem, auctoribus Chrestio[m] et Marcellino, simulque Magnentio: qui ubi patrandi negotii dies placuit, Marcellinus, natalem filii simulans,[n] plerosque ad cœnam rogat. Itaque in multam noctem convivio celebrato, Magnentius, quasi ad ventris[o] solita secedens, habitum venerabilem[p] capit. 23. Ea re cognita, Constans fugere conatus, apud Helenam,[q] oppidum Pyrenæo proximum, a Gaisone cum lectissimis misso interficitur anno tertio decimo Augustæ dominationis (nam Cæsar triennio fuerat), ævi septimo vicesimoque.[r] 24. Hic fuit debilis pedibus manibusque, articulorum dolore; fortunatus cœli temperie, fructuum proventu, nulla a barbaris formidine; quæ profecto majora fierent,[s] si provinciarum rectores non pretio, sed judicio provexisset. 25. Hujus morte cognita, Vetranio, magister militum,[t] imperium in Pannonia apud Mursiam[u]

et Const. [*cæperunt*] Schott. Gaesb. Delph. Pitisc.—22 *Cupidine* [*ductus*] eæd. Mox *Charistio* pro *Chrestio* est in Leid. 2. Tum *Marcellus* pro *Marcellinus* lib. vet. ap. Vinet. et Leid. 2. In seqq. *ventris secreta* Ald. Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. contra Mss.—23 *Peireneo* Ald.—24 *Fuerint* pro *fierent* editi libb.—

NOTÆ

[l] *Militares*] Pro 'milites;' jam sæpius.

[m] *Chrestio*] Hujus Chrestii non meminit Zosim. Sed Marcellini, quem ærarii præfectum dicit, et Magnentii.

[n] *Natalem filii simulans*] Zosim. Γενέθλιον ἕξειν ἡμέραν οἰκείου παιδὸς ὁ Μαρκελλῖνος εἰπὼν, ἐκάλει πρὸς ἑστίασιν ἄλλους τε πολλοὺς ἐξέχοντας τοῦ στρατοπέδου, καὶ Μαγνέντιον σὺν αὐτοῖς, &c. *Marcellinus natalem filii se celebraturum dicens, cum alios multos in castris dignitate præstantes, tum Magnentium invitabat.*

[o] *Quasi ad ventris*] Zosim. Μαγνέντιος διότι δῆθεν τῶν ἀναγκαίων διαναστὰς ἐκ τοῦ δείπνου. *Magnentius, quasi rei necessariæ causa de mensa surgens, &c.* reliqua vide.

[p] *Habitum venerabilem*] Βασιλικὴν στολήν. *Regiam stolam.* Zosim.

[q] *Apud Helenam*] Retinet nomen, nam ab Hispanis *Elna* dicitur.

[r] *Ævi septimo vicesimoque*] Vixit annis fere XXIX.

[s] *Fierent*] Pro 'fuissent.'

[t] *Vetranio magister militum*] Pannoniorum exercituum dux. Zosim.

[u] *Mursiam*] 'Mursam' vocat Zosim. Ad Dravum fluvium sita est supra Sirmium.

corripuit, quem Constantius non post multos dies regno exuit, grandævæ ætati non vitam modo, sed etiam voluptarium otium concedens. Fuit autem prope ad stultitiam simplicissimus.

25 *Murtium* alii; et mox *grandæva ætate.* Ald. legit *grandævo ætati.* 'In fine capitis *voluptuarium* exstat in Guelf. et Leid. 1. faventibus priscis edd. sed alterum melius tuentur Borrichius, Dausquius, Vossius, ceterique cum Salmas. ad Capit.' *Arntz.*

CAP. XLII.

GALLUS, DECENTIUS, NEPOTIANUS, SILVANUS, ET JULIANUS

1. CONSTANTIUS Gallum fratrem patruelem Cæsarem pronuntiat, sororem Constantinam illi conjungens. 2. Magnentius quoque Decentium consanguineum suum trans Alpes Cæsarem creavit. 3. His diebus Romæ Nepotianus,[a] Eutropiæ Constantini sororis filius, hortantibus perditis, Augusti nomen rapit: eum octavo die vicesimoque[b] Magnentius oppressit. 4. Hoc tempore Constantius cum Magnentio apud Mursiam dimicans vicit. In quo bello[c] pæne nusquam amplius Romanæ consumtæ sunt vires, totiusque imperii fortuna pessumdata. 5. Dehinc cum se Magnentius in Italiam recepisset, apud Ticinum plures fudit, incautius, et, ut in victoria solet, audacius persequentes. 6. Nec multo post apud Lugdunum coangusta-

CAP. XLII. 3 '*Proditis* pro *perditis* Jacobi Cujacii scriptus liber.' *Schott.* '*Proditoribus* Leid. 1. deinde *eum octavo* reposuimus ex omnibus scriptis, pro *quem oct.* ut exhibent edd. [Ald. Schott. Gaesb. Delph. Pitisc.]' *Arntz.*—4 Veronens. *in quo bello, nusquam amplius.* Tum *forma pessumdata* Leid. 2.—5 Ald. et tres editi ap. Schott. *Thicanum* pro *Ticinum*, et mox *pulsi* pro *pulsu.*—6 'Veronens. *imperii quadragesimo, ætatis prope quinq. anno expiravit.* Pithœan. cod. Floriacens. et Cujacii *ætatis prope quinquaginta annos expiravit.*'

NOTÆ

[a] *Nepotianus*] 'Potentianum' vocat Victor.

[b] *Octavo die, vicesimoque*] 'Tricesimo die triduo minus:' supra Victor.

[c] *In quo bello*] Vide Zosim. qui fuse.

tus, gladio occulte proviso, ictum pulsu parietis juvans, transfosso latere, ut erat vasti corporis, vulnere naribusque et ore cruorem effundens, mense imperii quadragesimo secundo,[d] ætatis anno prope quinquagesimo, expiravit. 7. Ortus parentibus barbaris, qui Galliam inhabitant:[e] legendi studio promtus, sermonis acer, animi tumidi, et immodice timidus: artifex tamen ad occultandam audaciæ specie formidinem. 8. Ejus morte audita, Decentius laqueo fascia composito[f] vitam finivit. 9. Hoc tempore Gallus Cæsar a Constantio occiditur. 10. Imperavit annos quatuor. Silvanus imperator effectus, die imperii vicesimo octavo perimitur. Fuit ingenio blandissimus. 11. Quanquam barbaro patre genitus, tamen institutione Romana satis cultus et patiens. 12. Constantius Claudium Julianum, fratrem Galli, honore Cæsaris assumit, annos natum fere tres atque viginti.[g] 13. Iste in campis Argentoratensibus[h] apud Gallias cum paucis militibus infinitas hostium copias delevit. 14. Stabant acervi montium similes,[i] fluebat cruor

Schott. *Ætatis vero quinquagesimo* Ald.—7 Tò *barbaris* omissum in libris typo notatis, teste Schott. et in Ald. Gryph. teste Arntz.—8 '*Audita*, absque dubio incuria typothetarum, neglexerant in sua ed. Variorum Notarum curatores.' *Arntz.* Mox *laqueo fasciæ ad collum posito* Ald. Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. —10 *Annos tres* lib. vet. ap. Vinet. contra Mss. et Veronens.—14 *Rex nob.*

NOTÆ

[d] *Mense imperii quadragesimo sec.*] Ἔτη βασιλεύσας τρία, καὶ μῆνας ἔτι πρὸς τούτοις ἕξ. Zosim. *Cum regnasset annis tribus, et mensibus præterea sex.*

[e] *Ortus parentibus . . . qui Galliam inh.*] Zosim. γένος μὲν ἕλκων ἀπὸ βαρβάρων, μετοικήσας δὲ εἰς Λετοὺς ἔθνος Γαλατικὸν, παιδείας τε τῆς Λατίνων μετασχών· ἐν μὲν τοῖς πλεονεκτήμασι τῆς τυχῆς θρασὺς, δειλὸς δὲ ἐν ταῖς περιστάσεσι· τὴν ἐνοῦσαν αὐτῷ φύσει κακοήθειαν κρύψαι δεινὸς, καὶ τοῖς ἀγνοοῦσι τὸν αὐτοῦ τρόπον εὐήθης εἶναι καὶ χρηστὸς νομιζόμενος. Id est, *originem generis a barbaris ducens; sed qui transmigraverat apud Letos Galliæ populos: literis Latinis satis eruditus; audax fortuna prospera, timidus adversa, occultandæ pravitati natura insitæ mirus artifex, iis etiam qui ejus ingenium ignorabant simplex et bonus apparens.*

[f] *Laqueo fascia composito* [*fasciæ ad collum*] Mss. ut monuit Gruter. *Laqueo fascia composito.* Cum Zosim. consentit vulgata lectio: βρόχῳ περιστρέψας τὸν τράχηλον, &c.

[g] *Fere tres atque viginti*] Ex annalibus tamen constat tunc annos XXVI. natum fuisse.

[h] *In campis Argentoratensibus*] 'Apud Argentoratum Galliæ urbem ingentes Alamanorum copiæ extinctæ sunt.' Eutrop. Argentoratum, hodie *Strasbourg.*

[i] *Stabant acervi montium similes*]

fluminum modo, captus rex nobilis Chonodomarius; fusi omnes optimates; redditus limes[k] Romanæ possessionis; ac postmodum cum Alamanis dimicans, potentissimum eorum regem Vadomarium cepit. 15. Hic a militibus Gallicanis Augustus pronuntiatur. 16. Hinc Constantius urgere legationibus, in statum nomenque pristinum revertatur.[l] Julianus mandatis mollioribus refert, se sub nomine celsi imperii multo officiosius pariturum. 17. His Constantius magis magisque ardens dolore, atque, ut erat talium impatiens, in radicibus Tauri montis apud Mopsocrenen[m] febri acerrima, quam indignatio nimia vigiliis augebat, interiit anno ævi quarto et quadragesimo,[n] imperii nono atque tricesimo, verum Augustus quarto vicesimoque: octo solus, cum fratribus atque Magnentio sedecim, quindecim Cæsar. 18. Felix bellis civilibus,[o] externis lacrymabilis: mirus artifex in sagittis: a cibo vinoque et somno multum temperans,[p] patiens laboris, facundiæ cupidus; quam cum assequi tarditate ingenii non posset, aliis invidebat. 19. Spadonum aulicorumque amori deditus et

Nodomarius Mss. ap. Schott. Veronens. et Augustan. codd. Cassiani et Gryphii, Lugdunensis typographi exemplaria, et Ald. Tum pro *Vadomarium* quod ex Ammiano Marcellino restituit Gruner. codd. Guelf. Ald. Schott. G. D. P. habent *Badomarium*, habetque Arntz. e cod. Leid. 1. *Baldomarium*.—16 ' *Hunc Const. . . . . ut in statum* Arntzen. *Hinc* ex codd. Leid. et utroque Guelferb. Gruner. qui præter ea *ut* delevit auctoritate cod. Guelf.' *Harl.*—17 *Hinc Constantius* Schott. Gaesb. Delph. Pitisc.—18 *Multum* [*in*]

NOTÆ

Vide Ammian. lib. XVI. in fine.

[k] *Redditus limes*] Eutrop. ' Summotique ultra Rhenum Germani, et finibus suis Romanum imperium restitutum.'

[l] *Nomenque pristinum revertatur*] Cæsaris.

[m] *Apud Mopsocrenen*] Mopsocrene, Μοψωκρήνη, urbs in Cilicia ad radices montis Tauri; Latine *Mopsi fons*, a Mopso Mantus filio: unde et quibusdam Μοψουεστία, *Mopsuestia* dicitur, ' Mopsi domus.' Ammian. lib. XXI. ' Petiit per vias difficiles Mopsuestiam Ciliciæ ultimam hac pertingentibus stationem, sub Tauri montis radicibus positam.' Male opinor Rob. Stephani editio, quæ *Myandam*, pro *Mopsuestiam* repræsentat.

[n] *Ævi quarto et quadragesimo*] Natus enim A. U. 1069. post C. 317. mortuus vero A. U. 1113. post C. 361. Cæsar dictus anno ætatis quinto.

[o] *Felix bellis civilibus*] ' Et cujus in civilibus, magisquam iu externis bellis, sit laudanda fortuna.' Eutrop.

[p] *Multum temperans*] *Temperans* Mss. et Veronens. ed. bene: quæ lectio confirmatur ab Ammiano, quem vide.

uxorum; quibus contentus, nulla libidine transversa aut injusta polluebatur. 20. Sed ex conjugibus, quas plurimas sortitus est, præcipue Eusebiam dilexit, decoram quidem, verum per Adamantias[q] et Gorgonias, et alia importuna ministeria[r] vexantem famam viri, contra quam fœminis modestioribus mos est; quarum sæpe præcepta maritos juvant. 21. Namque ut ceteras omittam, Pompeia Plotina, incredibile dictu est, quanto auxerit gloriam Trajani: cujus procuratores[s] cum provincias calumniis agitarent, adeo ut unus ex iis diceretur locupletium quemque ita convenire, Quare habes?[t] alter, Unde habes? tertius, Pone, quod habes; illa conjugem corripuit; atque increpans, quod laudis suæ esset incuriosus, talem reddidit, ut postea exactiones improbas detestans,[u] fiscum lienem vocaret,[x] quod eo crescente, artus reliqui tabescunt.

temperans eæd. cum *intemperans* in priorr. extaret edd.—20 *Quasi plurimas* Ald. quæ mox cum Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. legit *Amantias* pro *Adamantias*. Jac. Durantius mavult *amentias*.—21 ' *Unus ex his*, non *ex iis*, omnes scripti, qui cum edd. *locupletium* non *locupletum* expressere: nam utroque modo hic genitivus terminari solet.' *Arntz.* ' *Locupletum quemque. Locupletissimum quemque* Veronensis: et mox duæ voces *ad mensam* non huc pertinent; relegandæ igitur: absunt enim in Mss. et Veronensi, qui *quare habes? alter unde habes? tertius pone quod habes* præferunt. Rursum *laudis suæ incuriosus*.' Schott. ' *Quæ habes ad mensam*, vulgo; quod etiam defendit J. F. Gronov. Observatt. IV. 24. p. 797. ed. Lips. at, quia vocc. *ad mensam* omnibus absunt codicibus, et semidocti sapiunt glossam, Arntzen. uncis inclusit ea, et Gruner plane delevit: qui præter ea e codd. rescripsit *quare habes?*' Harl. In Leid. 2. *ad menses*. Præterea *Pone quæ habes* omnes aliæ edd. præter Bip. Legit Ald. *Quæ habes ad mensam unde habes, tertium pone quæ, &c.* Tum *suæ* post *laudis* in Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. desideratur. Deinde Ald. Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. habent *improbans et detestans*. ' *Exact. improbas detestans* Veronensis et scripti libri. Vidi qui *auctiones* pro *exactiones* excuderant. Inde *quod ea crescente artus reliqui tabescunt*.' Schott. ' Favent omnes nostri, et *ea crescente* Guelf. et Leid. 1. ut *lien* genere fœminino videatur usurpasse.' *Arntz.*

NOTÆ

[q] *Adamantias* [*Amantias*] Mss. et Veronensis ed. *Adamantias*.

[r] *Importuna ministeria*] *Ministeria* pro ' ministris.' ' Importunus,' dira et atrox appellatio, qui neque quiescit, neque alios sinit quiescere.

[s] *Procuratores*] Qui fiscalium rerum procurationem gerebant, procuratores fisci, procuratores Cæsaris dicti.

[t] *Quare habes?* [*Quæ habes ad mensam*] In Mss. et Veronensi ed. *Quare habes? alter unde habes, &c.* Sed altera lectio stare potest: vide J. F. Gronovium Observat. IV. 24. in ' mensis ' enim pecuniæ reponebantur,

NOTÆ

unde 'mensarii,' et 'mensularii' dicti.

[w] *Exactiones improbas detestans* [*improbans et detestans*] Melius Mss. et ed. Veronensis, *exactiones improbas detestans*. Neque enim quævis exactio detestanda; sed nimia, sed improba.

[x] *Fiscum lienem vocaret*] Claudius Minos: 'Humani quod splen est corporis, in populi re, Hoc Cæsar fiscum dixerit esse suum: Fisco aucto, reliqui tabescunt corporis artus, Fisco aucto arguitur civica pauperies.'

CAP. XLIII.

JULIANUS.

1. IGITUR Julianus, redacta ad unum se orbis Romani curatione, gloriæ nimis cupidus, in Persas proficiscitur. 2. Illic a transfuga quodam in insidias deductus, cum eum hinc inde Parthi [y] urgerent, e castris jam positis, arrepto tantum clypeo procurrit. 3. Cumque inconsulto ardore nititur ordines ad prælium componere, ab uno ex hostibus, et quidem fugiente, conto percutitur.[z] 4. Relatusque in tabernaculum, rursusque ad hortandos suos egressus, paulatim sanguine vacuatus, circa noctis fere medium defecit, præfatus, consulto sese de imperio nihil mandare; ne, uti solet in multitudine discrepantibus studiis, amico ex invidia,[a] reipublicæ discordia exercitus periculum pararet. 5.

CAP. XLIII. 1 *Orbis curatione*, omissa voce *Romani*, quidam ap. Arntz.—2 '*E castris jam*. Veron. *urgerent, armis jam positis:* mox *ad prælium* in eodem deficit: et in Ms. uno *insulto* pro *inconsulto*. Forte *insulso* repererat librarius: nihil tamen demuto.' *Schott.*—3 *Ex host. et quidem surgente* Ald. cum priscis edd.—4 In finem, *discrepantibus stud. amicorum, ex invidia reipublicæ, discordia, &c.* Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. 'Mss. *ex invidia rei p̄. discordia.* At Veron. pro abbreviato *reip̄.* scribit *reipublica*. Sic enim locum edidit: *discrepantibus studiis amico ex invidia reipublica discordiam exercitus periculum pararet.* Quæ scriptura cum intricata sit, nescio an hæc sit commodior: *amico invidiam, reipublicæ discordiam, exercitui periculum pararet.*' Sylburg. 'Ut est in textu, sic edidit ducibus codd., et ope interpunctionis locum exposuit Grunerus: 'Julianum veritum esse, ne amico, si successorem nominaret, ex invidia, reipublicæ ex discordia exercitus periculum oriretur; cum scindi in contraria studia multitudo soleat.' Alii aliter.... Arntzen. vero

NOTÆ

[y] *Parthi*] Pro Persæ.

[z] *Conto percutitur*] Sub dextera axilla Ammian.

[a] *Amico* [*amicorum*] *ex invidia*] Mss. *amico ex invidia, reip. discordia.* Veronensis edit. *amico ex invidia reipub.*

Fuerat in eo literarum ac negotiorum ingens scientia; eo juverat philosophos,[b] et Græcorum sapientissimos. 6. Usu promtior corporis; quo validus quidem, sed brevis fuit.[c] 7. Hæc minuebat quarundam rerum neglectus modus. Cupido laudis immodica;[d] cultus numinum superstitiosus: audax plus, quam Imperatorem decet; cui salus propria, cum semper ad securitatem omnium, in bello maxime conservanda est. 8. Ita illum cupido gloriæ flagrantior pervicerat, ut neque terræ motu, neque plerisque præsagiis, quibus vetabatur petere Persidem, adductus sit finem ponere ardori; ac ne noctu quidem visus ingens globus[f] cœlo labi ante diem belli[g] cautum præstiterit.

reposuit *discrepantibus studiis amico, ex invidia rei, discordia exercitus periculum pararet.* Klotz. in Misc. Crit. p. 41. suspicabatur *n. v. s. in m. d. st. amica, reipublicæ invidia et discordia ex. per. par.*' Harl. 'Aldus et Gryphius *amicorum ex invidia rei præ discordia.* Non ineptum est, quod conjecit Sylburgius. Certe *amico* scribendum esse volunt omnes Mss. et deinceps in edd. est *rei* non *reipublicæ:* quomodo sine illa emendatione sensus erit simplicissimus: Ne discordia exercitus pararet periculum amico, discrepantibus aliorum studiis ex invidia rei. Nihil melius video, quamvis et *præ discordia* retineri posset, et tum *pararet* ad ipsum Julianum referri, quod et rectum erit, si *præ* omiseris; sic enim *discordia* sexto casu causam atque modum exprimet. Optime huc facit locus Vopisci in Aurel. c. 41. 'Electi periculum erit et eligentis invidia.'' *Arntz.*—5 *Æquaverat philosophos* Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. *eo juvaverat* Ald. cum Basil. duobus.—6 '*Quam validus* edd. ante Schott. et reduxit Arntzen. sed *quo*, propter vocc. *quidem* et *sed*, e codd. cum Schotto et Grutero reposuit Gruner.' *Harl.* *Quam validior* Schott. Gaesb. Delph. Pitisc.—7 *Laudis immodicæ* Delph. Statim *cultus nimium superstitiosus.* Infra [*tum*] *maxime in bello* Schott. Gaesb. Delph. Pitisc.—8 *Abductus sit* Augustan. cod. et Ald. '*Ingens globus cœlo labi. Cœlo labi ante* Veronensis et Floriacensis et scripti libri: *cœlo labiente diem* Cujacianus et Pithœanus.' *Schott.* 'Pro *ingens globus* rectius legemus *igneus globus.* Ammianus certe flagrantissimam facem et nitorem igneum vocat ex genere τῶν διαϊσσόντων.' *Sylburg.* probb. Gruter. Arntz. '*Labante* cum Gryphio (non *labente* ut est in Schotti notis) Aldus. *Lapsus* ed. Frobeniana: utrumque male. Melius Leidenses quoque codd. *cœlo labi ante diem.*' Arntz. Præterea *die belli* malit Anna.

NOTÆ

discordiam exercitus per. par. editi tres, *ex invidia reipub. discordia exercitus periculum pararet:* quos sequor. 'Ne discrepantibus studiis amicorum, discordia exercitus ex invidia nata republicæ periculum pararet.'

[b] *Eo juverat* [*æquaverat*] *philosophos*] 'In quibusdam philosopho propior.' Eutrop.

[c] *Sed brevis fuit*] Neque enim totum triennium imperavit; quamvis alii aliter.

[d] *Cupido laudis immodica*] Gloriæ avidus, ac per eam animi plerumque immodici.

[f] *Ingens globus*] *Igneus globus* Sylburgius, cui favere videtur Ammian. nihil tamen muto.

[g] *Diem belli*] J. E. *per diem belli.* Sed malim *die belli.*

CAP. XLIV.

JOVIANUS.

1. JOVIANUS, genitus patre Varroniano in solo agri Singidonensis[h] provinciæ Pannoniæ, imperavit menses octo.[i] 2. Ejus patri, cum liberos crebros amitteret, præceptum somnio est, eum, qui jam instante uxoris partu edendus foret, diceret Jovianum. 3. Hic fuit insignis corpore, lætus ingenio, literarum studiosus. 4. Hic dum a Perside hyeme aspera mediaque Constantinopolim accelerans, cruditate stomachi, tectorio novi operis gravatus[k] [esset], repente interiit, annos gerens proxime quadraginta.[l]

CAP. XLIV. 1 *Incola agri Singidonensis.* Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. '*Insula* Mss. Pithœi; Danielis vero *in solo agri Sigindonensis*, quomodo fere et Veronensis, qui mox *dicere* legit.' *Schott.* '*Insula* Guelf. Aldus et Gryphius: *in solo* uterque Lugd. quod sumus secuti. Pro *Jovianus* omnes olim edd. [eum Ald.] *Jovinianus;* uti et mox.' *Arntz.*—2 *Cujus patri* Ald.—4 Legendum putavit Schott. infra *cruditate stomachi, vel tectorio novi operis:* et Gruner. conj. *stomachi, et tectorio . . . gravatus, rep. &c.* 'Superius *dum* uncis incluserat Schottus; [Gaesb. Delph. Pitisc.] sed apud nos abest a solo Leid. 2. et quod sequitur *esset* non reperitur quoque in [Ald. nec in] utroque Lugd.' *Arntz.*

NOTÆ

[h] *Agri Singidonensis*] Singidonum urbs Pannoniæ non procul a Sirmio.

[i] *Imperavit menses octo*] 'Decessit Imperii mense septimo.' Eutrop. Factus est Imperator A. U. 1115. post C. 363. mense Junio; mortuus anno sequenti mense Feb.

[k] *Cruditate stomachi, tectorio novi operis gravatus*] Legendum putavi, *Cruditate stomachi, vel tectorio novi operis.* Eutrop. 'Multi exanimatum opinantur nimia cruditate; inter cœnandum enim epulis indulserat: alii odore cubiculi, quod ex recenti tectorio calcis, grave quiescentibus erat: quidam nimietate prunarum quas gravi frigore adoleri multas jusserat.' Tectorium dicitur cataplasma quo parietes induuntur.

[l] *Annos gerens proxime quadraginta*] Eutrop. 'Ætatis, ut qui plurimum ac minimum tradunt, tertio et trigesimo anno.'

CAP. XLV.

VALENTINIANUS, ET FIRMUS.

1. VALENTINIANUS imperavit [m] annos duodecim, minus diebus centum. 2. Hujus pater Gratianus mediocri stirpe ortus apud Cibalas,[n] Funarius appellatus est, eo quod venalitium funem portanti quinque milites nequirent extorquere. 3. Eo merito ascitus in militiam, usque ad præfecturæ prætorianæ potentiam conscendit: ob cujus apud milites commendationem, Valentiniano imperium resistenti oggeritur.[o] 4. Hic Valentem consanguineum suum sibi socium in imperio ascivit; ac demum Gratianum filium,[p] nec dum plene puberem, hortatu socrus et uxoris Augustum creavit. 5. Hic Valentinianus fuit vultu decens, solers ingenio, animo gravis, sermone cultissimus. Quanquam esset ad loquendum parcus, severus, vehemens, infectus tamen vitiis, maximeque avaritiæ; cujus cupitor ipse fuit acer, et in his, quæ memoraturus sum, Hadriano proximus.

CAP. XLV. 3 *Resistenti aggeritur* Ald. Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. contra Mss.—5 *Quanquam enim* Ald. Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. '*Quanquam esset* Veronens. et Mss. *hæsit* pro *esset*, in quibus et τὸ *vehemens* desideratur. Mox *infectus vitiis* Pithœi, Cujacii Mss. et Veronens. non placet; nec illud *cupitor* pro *punitor*. Inde *memoratus sum* scripti libri; vulgatam tamen lectionem ut castiorem præfero.' *Schott.* '*Quanquam hæsit ad* Leid. 1. *Quamquam esset ad* Leid. alter; et *quamquam enim hæsit ad* Guelf. *Quamquam esset* confirmat Paullus Diaconus, qui hæc et multa iisdem narrat verbis initio libri undecimi. *Vehemens* abest ab utroque Leid. Pro *infestus* [ut Schott. Gaesb. Delph. Pitisc.] omnes mox scripti *infectus*, quæ videtur vera scriptura, quamvis displiceat eruditissimo Schotto. Per voculam enim *tamen* reliquis virtutibus quas memoraverat addit, eum infectum fuisse vitiis, et maxime vitio avaritiæ. Quod in eo Imperatore damnat itidem Ammianus lib. XXX. c. 8.' *Arntz.* 'Quod *tamen* abest codd. Guelf. cum Gruner. malim legere ac interpungere *serm. cultissimus; quanquam esset ad loquendum parcus: Severus, vehemens, infectus vitiis, &c.*' Harl. *Punitor* pro *cupitor*, et mox *in iis* pro *in his*

NOTÆ

[m] *Imperavit*] Electus est A. U. 1116. post C. 364. mortuus A. U. 1127. post C. 375.

[n] *Cibalas*] In Pannonia. Jam supra.

[o] *Oggeritur* [*aggeritur*] Mss. et Veronensis edit. *oggeritur*. Utrumque bonum.

[p] *Ac demum Gratianum filium*] Quem Augustum proclamavit anno quarto imperii.

6. Pingere venustissime, meminisse,[q] nova arma meditari,[r] fingere cera seu limo[s] simulacra, prudenter uti locis, temporibus, sermone: atque, ut breviter concludam, si ei fœdis[t] hominibus, quis sese quasi fidissimis prudentissimisque dederat, carere, aut probatis eruditisque monitoribus uti licuisset, perfectus haud dubie princeps enituisset. 7. Hujus tempore[u] Firmus[x] apud Mauritaniam regnum invadens, extinguitur. 8. Valentinianus apud Bergentionem[y] legationi Quadorum respondens, anno ævi quinto et quinquagesimo, impetu sanguinis,[z] voce amissa, sensu integer, expiravit. 9. Quod quidem[a] intemperantia cibi, ac saturitate, qua artus diffuderat, accidisse plures retulere. 10. Itaque eo mortuo, Valentinianus adhuc quadriennis, auctore Equitio ac Merobaude e propinquo,[b] ubi cum matre fuerat, allatus, creatus est Imperator.

Ald. Schott. Gaesb. Delph. Pitisc.—6 *Genera vetustissimorum meminisse*, et mox *terra* pro *cera*, et dein *sermonibus* pro *sermone* Ald. Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. nisi quod Ald. *genere* legat. Præterea distinguit Ald. *simulacra prudenter, uti locis, temp.* In seqq. *si ei infidis hominibus, quibus sese* Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. *concludam, semper criminibus, queis sese* antiquitus excusi et Ald. qui mox *careret* cum libb. quibusdam legit.—7 *Firmius* Leid. 1. —8 *Apud Bregitionem* alii. *Quadrorum* Delph. Tum *sensus integer* Leid. 2.— 9 *Securitate* pro *saturitate* Mss. ap. Schott. et Veronens. cum aliquot Mss. ap. Arntz. Mox iidem et edd. cum Ald. *detulere* pro *retulere*.—10 '*Equitio. Æquitio et Merobaudo e propinquo creatur Imperator* Floriacensis et Cujacii

NOTÆ

[q] *Pingere venustissime,* [*Genera vetustissimorum*] *meminisse*] Tamen nil tale de Hadriano me legisse memini. Sed hic tantum memoria Hadriano proximum fuisse Valentinianum dicit Epitomista. Nam supra de Hadriano: 'Memor supra quam cuiquam credibile est, locos, negotia, milites absentes quoque nominibus recensere.'

[r] *Nova arma meditari*] Nescio an idem de Hadriano auctores prodiderint.

[s] *Fingere cera* [*terra*] *seu limo*] Mss. *cera*. Huc refer quæ supra de Hadriano: 'Pictor, fictor ex ære vel marmore proxime Polycletos et Euphranoras:' et Dionis verba, ἔπλασε καὶ ἔγραψε· *finxit et pinxit.*

[t] *Fœdis* [*infidis*] Mss. *fœdis*: non probo propter τὸ *fidissimis* quod sequitur.

[u] *Hujus tempore*] Anno decimo ejus imperii.

[x] *Firmus*] Contra quem missus Theodosius. Vide Ammian.

[y] *Bergentionem*] 'Bregentionem' vocat Ammian. 'Bregætium' aliis dicitur; urbs in Pannonia superiori.

[z] *Impetu sanguinis*] Hic est 'ictu sanguinis.' Vide quæ supra in L. Annio Vero dicta sunt.

[a] *Quod quidem*] Aliter Ammianus, qui ait ex iracundia subito concidisse.

[b] *Ac Merobaude e propinquo* [*Mero-

Mss. Vide quæ notavi cap. 36.' *Schott.* *Merobaude propinquo*, omissa *e*, Ald. Præterea *creatur* codd. Guelf. prob. Gruner.

NOTÆ

baude propinquo] Hæc sunt mendosa: expediunt Mss. ubi, *ac Merobaude e propinquo, ubi cum matre erat, allatus, &c.* Allatus e propinquo, ubi erat cum matre.

CAP. XLVI.

VALENS, ET PROCOPIUS.

1. VALENS, una cum Valentiniano, germano suo, de quo diximus, regnavit annos tredecim,[c] menses quinque. 2. Hic Valens cum Gothis lacrymabili bello commisso, sagittis saucius, in casa deportatur vilissima: ubi supervenientibus Gothis, ignique supposito, incendio concrematus est.[d] 3. In quo probanda hæc fuere. Fuit possessoribus consultor bonus: mutare judices rarius,[e] in amicos fidus: irasci sine noxa[f] ac periculo cujusquam, sane valde timidus. 4. Hujus temporibus[g] Procopius tyrannidem invadens extinguitur.

CAP. XLVI. 1 *Annos X.* Ald. *annos decem* vulgati ante Schott.—2 *In casam ... vilissimam* Ald. Schott. Gaesb. Delph. Pitisc.—3 Vulgati ante Schott. *mutare judicia, verus in amicos:* alii *judicia rarius.* Ald. *mutare indicia verus.* Mox *cujusquam* e codd. Guelf. reposuit Gruner. pro vulg. *cujusque*, quod omnes alii. Veronens. amplius *peric. cujusquam insuetus. Sane valde timidus.*—4 *Procopius tyrannus cadens extinguitur* edd. ante Schott. et Ald.

NOTÆ

[c] *Annos tredecim*] Lege *duodecim;* ex notis mendum natum XIII. pro XII.

[d] *Concrematus est*] Anno tertio post mortem Valentiniani. Regnavit an. 14. mens. 4.

[e] *Mutare judices rarius*] Quædam edit. *Mutare judicia rarius:* quod magis placet. Et sic cum superioribus continuanda existimo, *Fuit possessoribus consultor bonus, mutare judicia rarius:* ut sensus sit 'ita possessoribus favisse Valentem, ut rarius quod semel judicatum fuerat, demutaret.'

[f] *Noxa*] Id est, 'damno.'

[g] *Hujus temporibus*] Et Diocletiani potius, cujus imperii anno primo imperium sumsit Procopius. Sed ideo potius hunc Valentis temporibus assignat Epitomista, quia per eum debellatus Procopius. Vide Ammian.

CAP. XLVII.

GRATIANUS, ET MAXIMUS.

1. GRATIANUS, genitus Sirmii, imperavit cum patre Valentiniano annos octo, dies octoginta quinque; cum patruo et fratre[a] tres;[b] cum eodem fratre ac Theodosio quatuor; et his omnibus[c] accedente Arcadio,[d] menses sex. 2. Hic apud Argentariam,[e] oppidum Galliæ, triginta Alamanorum millia in bello extinxit. 3. Hic cum animadvertisset, Thraciam Daciamque tanquam genitales terras possidentibus Gothis Taiphalisque,[f] atque omni pernicie atrocioribus Hunnis[g] et Alanis, extremum periculum instare nomini Romano; accito ab Hispania[h] Theodosio, cunctis faventibus, degenti annum

CAP. XLVII. 1 '*Sirmi* Guelf. *Sirmio* Leid. 1. de qua constructione egimus supra c. XXXVII.' *Arntz.* Mox *et cum his omnibus* edd. exhibent, sed præpositionem uncis claudebat Schott. cum eam sui Mss. non agnoscerent; quod cum nec nostri faciant, ea vocula ex superioribus erit repetenda.' *Arntz.*—2 *Argentarium* Ald. Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. 'Ceterum vox *millia* desideratur in omnibus Arntzenii scriptis, neque legitur in codd. Mss. Guelf. Assentior autem laudato Arntzenio scriptum fuisse *trig. Alemannorum bello cæt.* atque inde τὸ *in* ortum. Etsi igitur non ineptam putem viri doctissimi conjecturam, *uno bello*; mallim tamen *trig. Alemannor. millia bello extinxit.* Num vero tot Alemannorum millia eo prælio ceciderint, dubitat Muratorius in den Gesch. von Italien ad ann. CCCLXXVIII. vol. II. p. 530. Mox, pro *animadvertisset* in cod. Guelf. 1. est *advertisset.*' Gruner. Præterea *extraxit* pro *extinxit* Ald.—3 *Taifalis* Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. '*Taifalisque* Mss. Froben. *Thaiphalis*; And. Cratandri [et Ald.] *Triballisque*; post, *degenti* iidem scribunt, pro quo hactenus excusi *agenti.*' Schott. Mox *Unis* pro *Hunnis* Leid. 2. *Hunis* Leid. 1. Tum *accitum* ... *Theodosium* Ald. et infra *agenti* pro

NOTÆ

[a] *Cum patruo et fratre*] Valente patruo, fratre Valentiniano.

[b] *Tres*] Desunt circiter menses tres.

[c] *His omnibus*] Valentiniano scilicet, ac Theodosio.

[d] *Accedente Arcadio*] Theodosii filio. A. U. 1135. post C. 383. sexto mense post Gratianus occisus.

[e] *Argentariam* [*Argentarium*] Libri vett. *Argentariam*, ut et P. Diaconus; sed Argentaria urbs mihi æque ignota. Suspicatur Schottus esse oppidum illud in agro Lemovicum quod vulgo vocamus *Argenton*. Sed dubito; præsertim cum ex Ammiano certum sit Gratianum non longe a Rheno has Alamanorum copias extinxisse. Putabam *Argentoratum*. Nodum solvent eruditi: neque enim quicquam audeo.

[f] *Taiphalisque*] *Taifali*, vel ut alii, *Tafali*, Dacica gens circa Hierasum fluvium, ex Mamertini Panegyrico notissima, et ex Ammiano lib. XXXI.

[g] *Hunnis*] Hunni, et Alani populi in Sarmatia Europæa supra paludem Mæotidem.

[h] *Ab Hispania*] Quo, tanquam in exilium voluntarium, concesserat me-

a tricesimo tertium, imperium committit. 4. Fuit autem Gratianus literis haud mediocriter institutus: carmen facere, ornate loqui, explicare controversias rhetorum more; nihil aliud die noctuque agere, quam spiculis meditari, summæque voluptatis divinæque artis credere ferire destinata. 5. Parcus cibi somnique; et vini ac libidinis victor; cunctisque fuisset plenus bonis, si ad cognoscendam reipublicæ gerendæ scientiam animum intendisset, a qua[k] prope alienus non modo voluntate, sed etiam exercitio fuit. 6. Nam dum exercitum negligeret, et paucos ex Alanis, quos ingenti auro ad se transtulerat, anteferret veteri ac Romano militi, adeoque barbarorum comitatu et prope amicitia capitur,[l] ut nonnunquam eodem habitu iter faceret, odia contra se militum excitavit. 7. Hoc tempore cum Maximus apud Britanniam[m] tyrannidem arripuisset, et in Galliam transmisisset, ab infensis Gratiano legionibus exceptus, Gratianum fugavit, nec mora extinxit;[n] qui vixit annos XXIX.[o]

degenti Schott. Gaesb. Delph. Pitisc.—4 *Controversa rhetorum* Veronens. Cujacii et Pithœi Mss. et Guelf. teste Arntz. Mox *credere ferire perite sibi destinata, cibique, vini ac libid.* Ald. *credere ferire* [*perite sibi*] *destinata. Parcus* Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. 'Totus hic locus in quibusdam legitur, *ferire destinata, cibique vini ac libidinis victor: cunctisque* (Veronensis *cunctis*) *esset plenus, si ad cognoscendam;* ut absint *parcus somnique* et *bonis*. In seqq. *regendæ* est in Mss. qui et *neglegeret* quatuor *e* disertim pingunt; ut infra cap. seq. § 2. *intellegamus*.' Schott.—5 'Priori membro nil variant Mss. et Paullus Diaconus: sed pro *gerendæ*, *regendæ* Guelferb. et totam vocem ignorat Leid. 2.' *Arntz*.—6 *Caperetur* pro *capitur* malit Sylburg. *Capi* Mss. ap. Arntz.—7 *Ad Britanniam* Guelf. Tum Ald. *annis XXVIX*. 'Veronensis *XXVIII*. nisi operarum incuria *X*. signum decussatim positum omissum. Mss. duo *XXXVIIII*. id est, *triginta novem*. Cujacii vero exemplum antiquissimum denario minus *XXIX*.' Schott. 'Guelf. *XXXIX*. ubi tamen prior numerus *X*. inducta linea delebatur: unde et *XXIX*. scribit Leid. 2. Corrumpere potuit librarius *X*. pro *V*. ut posuerit *XXIX*. cum esse deberet *XXIV*. nihil facilius, nec tamen quicquam pronuntio.' *Arntz*.

NOTÆ

tu Valentis.

[k] *A qua*] Scientia.

[l] *Capitur*] Scribere debebat, *caperetur;* ut supra 'negligeret.' Verum sic solet hic auctor.

[m] *Maximus apud Brit.*] Anno ultimo imperii Gratiani.

[n] *Extinxit*] Prope Lugdunum.

[o] *Annos XXIX*. [*annis XXXVIII*.] At quomodo vixisse potuit annis *XXXVIII*. si regnavit tantum an. XVI. fuitque nondum plane puber Imperator creatus, ut supra auctor? In annalibus reperies eum vixisse annis tantum *XXIV*.

CAP. XLVIII.

THEODOSIUS.

1. Theodosius, genitus patre Honorio,[a] matre Thermantia, genere Hispanus, originem a Trajano[b] principe trahens; a Gratiano Augusto apud Sirmium Imperator effectus, regnavit annos decem et septem.[c] 2. Huic ferunt nomen somnio parentes monitos sacravisse, ut Latine intelligimus, A Deo datum.[d] 3. De hoc etiam oraculo in Asia divulgatum est, eum Valenti successurum, cujus nomen e *Θ* et *E* et *O* atque *Δ* Græcis literis initiaretur. 4. Qua cognatione principii[e] deceptus Theodorus, cum sibi imperium deberi præsumeret,[f] scelestæ cupidinis supplicia persolvit. 5. Fuit autem Theodosius propagator reipublicæ, atque defensor eximius. Nam Hunnos et Gothos, qui eam sub Valente defatigassent, diversis præliis vicit. Cum Persis quoque petitus pacem pepigit. 6. Maximum[g] autem tyrannum, qui Gratianum interfecerat, et sibi Gallias vindicabat, apud Aquileiam extinxit; Victoremque ejus filium, intra infantiæ annos a Maximo patre Augustum

---

CAP. XLVIII. 1 *Regnavit annis viginti septem* olim legebatur; ut in vulgatis ap. Schott. demto Veronensi.—3 Mss. ap. Schott. pro Δ *Græcis* habent *a Græcis*. Ald. legit *nomen theta et e, o, et à Græcis*.—4 *Cognitione principum* Mss. ap. Schott. et Ald. 'Supra *intellegimus* Mss. *intelligimus* priscæ edd. pro quo Schott. *intelligemus*. Vide ad cap. præc. modo dicta.' *Arntz*. Tum τὸ *deberi* in Ald. ut in edd. ante Schott. desideratur. Mss. etiam *persolverat* pro *persolvit* legunt: Ald. *perceperat*.—5 *Penitus pacem* Ald.—6 Ad verba *Maximum . . . apud Aquileiam*, vide Nott. Var. Mox *Victorem quoque ejus*

NOTÆ

[a] *Patre Honorio*] Alii patrem etiam Theodosium vocant.

[b] *A Trajano*] Qui et ipse Hispanus erat.

[c] *Annos decem et septem*] Imperavit tantum annos XVI. Nam Imperator factus A. U. 1131. post C. N. 379. die 16. Januar. mortuus A. U. 1147. post C. N. 395. die 17. ejusdem mensis.

[d] *A Deo datum*] Nam θεοδόσιος, id est, *Deo datus*.

[e] *Qua cognatione principii*] Quod nomen suum ab iisdem literis initiaretur.

[f] *Cum sibi imperium deberi præs.* [*imperium præs.*] In Mss. et Veronensi ed. *Cum sibi imperium deberi præsumeret:* quod magis placet. Sic et Paulus Diaconus.

[g] *Maximum*] Vide Ammianum.

factum, necavit. 7. Eugenium[h] quoque tyrannum, atque Arbogasten superavit,[i] deletis eorum decem millibus pugnatorum. Hic etenim Eugenius confisus viribus Arbogastis, postquam apud Viennam Valentinianum extinxerat,[k] regnum invasit: sed mox simul cum vita imperium[l] perdidit. 8. Fuit autem Theodosius[m] moribus et corpore Trajano similis, quantum scripta veterum et picturæ docent.[n] Sic eminens status, membra eadem, par cæsaries, os,[o] absque eo, quod illi aliquantum vellendo[p] steriles genæ, neque tam ingentes oculi erant, nescio an et tanta gratia, tantusque flos[q] in facie, seu tanta dignitas in incessu. 9. Mens vero prorsus similis, adeo ut nihil dici queat, quod non ex libris in istum videatur transferri. Clemens animus, misericors, communis, solo habitu differre se ceteris putans; in omnes homines honorificus, verum effusius in bonos: simplicia ingenia æque diligere, erudita mirari, sed innoxia: largiri magno animo magna; amare cives vel privato contubernio cognitos, eosque honoribus, pecunia,

Ald.—8 *Moribus et vita* Leid. 2. Mox 'Guelf. et priscæ edd. *pictura edocet*, ut præcedentis vocis litera sequenti adhæserit sine necessitate. Tertullianus Apol. c. 10. 'Saturnum itaque, quantum literæ docent.'' *Arntz.* Tum *os simile, absque eo* in quibusdam exemplaribus ap. Vinet. ut Paullus Diaconus.—9 In

NOTÆ

h *Eugenium*] Qui grammaticam olim docuerat, ab Arbogaste Franco Imperator creatus.

i *Superavit*] Anno imperii sui ultimo.

k *Postquam apud Viennam Val. extinxerat*] Arbogastes scilicet. Is enim apud Viennam Valentinianum laqueo curavit interfici, anno XVI. imperii Theodosii.

l *Cum vita imp.*] A Theodosii satellite occisus. Arbogastes vero biduo post sibi manus infert.

m *Fuit autem Theodosius*] Quæ sequuntur omnia fere ad verbum apud Paulum Diaconum legas.

n *Scripta veterum et picturæ docent*] Quæ scilicet de Trajano facta sunt. Nam infra innuit auctor se Theodosium præsentem vidisse.

o *Par cæsaries, os*] Apud Paulum Diacon. 'Par cæsaries, os simile.' Optime.

p *Vellendo*] Passive.

q *Nescio an et tanta gratia, tantusque flos*] Ea enim ex picturis colligi non possunt. His innuit Epitomista se Theodosium vidisse, qui sic ejus oris florem et gratiam, et incessus dignitatem prædicet: unde liquet Paulum Diaconum qui eadem habet, ab isto transcripsisse, contra quod viro doctissimo Vineto visum fuit, qui putavit hæc ab aliquo qui Paul. Diacon. legisset, huic Epitomæ fuisse adjecta.

beneficiis ceteris munerare, præsertim quorum erga se[r] vel patrem aspero casu officia probaverat. 10. Illa tamen, quibus Trajanus aspersus est,[s] vinolentiam scilicet et cupidinem triumphandi, usque eo detestatus, ut bella non moverit, sed invenerit, prohibueritque lege ministeria lasciva[t] psaltriasque[u] commessationibus adhiberi: tantum pudori tribuens et continentiæ, ut consobrinarum nuptias vetuerit, tanquam sororum. 11. Literis, si nimium perfectos contemplemur, mediocriter doctus; sagax plane, multumque diligens ad noscenda[x] majorum gesta. 12. E quibus non desinebat execrari, quorum facta superba, crudelia, libertatique infesta legerat, ut Cinnam, Marium, Syllamque,[y] atque universos dominantium, præcipue tamen perfidos et ingratos. 13. Irasci sane rebus indignis, sed flecti cito: unde modica dilatione emolliebantur aliquando severa præcepta. 14. Habuitque a natura munere,[z] quod Augus-

finem τὰ *vel patrem* non comparent in Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. Stephani ed. prob. Sylburg. legit *velut patrem*. '*Vel patrem* et *scilicet* [post *vinolentiam*] similiter interserit Guelf. Leid. 1. Aldus et Gryphius: sed ille *velut patrum*, hic *velut patrem*. Denique non *munerari*, sed *munerare* Mss.' *Arntz.*—10 Τὸ *scilicet* abest Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. qui mox legunt *detestatus* [*est*]: τὸ *est* habet Ald. sine uncis. Tum *inminuerit* pro *invenerit* Leid. 2. In seqq. *lascivia psalteriasque* Ald. Præterea *tanquam reorum* tres editi et Ald.—11 *Multum perfectos* Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. qui et inf. legunt *ad* [*cog*] *noscenda*. '*Si nimium perfectos* Mss. et Veronensis optimus, et *morum gesta* vulgati aliquot: nihil demuto: et mox iidem *execrari veterum facta superba, crudelia, libertati infesta quæ legerat: ac Cinnam, Marium, Sullamque.* Mss. *libertatique infesta legerat.* Mss. tamen *Sillam* hic per i præferunt.' *Schott.* *Morum* Ald.—12 *Libertati infesta* Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. *inf. legerat Cinnam* Ald.—13 *Emolliebantur. Aliquando severa præcepta habuit de Livio, vel quod* legit et distinguit Ald.—14 *Naturæ munere* Schott. Gaesb. Delph.

NOTÆ

[r] *Erga se*] Mss. et ed. Veron. *erga se vel patrem*. Inde corrupte, ut puto, apud Paulum Diacon. 'Erga se velut patrem:' forsan pro *Erga se vel in patrem*.

[s] *Quibus Trajanus aspersus est*] Nam cibo vinoque deditus fuit. Supra suo loco; de triumphandi cupidine qua Trajanus tenebatur, vide in Cæsaribus: 'Vires Romanas trans Istrum propagavit. Et ad ortum solis cunctæ gentes quæ inter Indum et Euphratem amnes inclytos sunt concussæ bello,' &c.

[t] *Ministeria lasciva*] *Ministeria* pro 'ministris;' ut alibi.

[u] *Psaltriasque*] Uti eas veteribus adhiberi mos fuit. Hæc nota sunt.

[x] *Ad noscenda* [*cognoscenda*] Lib. vett. *ad noscenda:* et sic apud Paulum Diaconum.

[y] *Cinnam, Marium, Syllamque*] De quorum crudelitate ac superbia vide Florum.

tus a philosophiæ doctore. 15. Qui cum vidisset eum facile commoveri, ne asperum aliquid statueret, monuit, ubi irasci cœpisset, quatuor atque viginti Græcas literas memoria recenseret; ut illa concitatio, quæ momenti est, mente alio traducta, parvi temporis interjectu languesceret. 16. Melior haud dubie, quod est raræ[b] virtutis, post auctam annis potentiam regalem, multoque maxime post civilem victoriam.[c] 17. Nam et annonæ curam solicitius attendere, et auri argentique grande pondus sublati, atque expensi a tyranno,[d] multis e suo restituere; cum benigni principum,[e] et quidem vix fundos solerent[f] nudos ac deformata prædia concedere. 18. Jam illa minutiora, et, ut dicitur, Intra aulam, quæ quidem, quia occulta sunt, magis naturæ hominum curiosæ oculos auresque ad se trahunt: patruum colere tanquam genitorem; fratris mortui sororisque liberos habere pro suis; cognatos affinesque parentis animo com-

Pitisc. quæ edd. mox post *doctore* exhibent in uncis *didicerat*. Vide Nott. Delph. et Varr. 'Quod *munere* abest a nonnullis exemplaribus, id voc. abesse posse videtur Grunero. Per se quidem id verum, certe probabile est; sed quod mox sequitur *a philosophiæ doctore*, (n. Athenodoro,) concinnior fit oratio, *a natura munere*. Fateor tamen, vel propter concinnitatis leges me malle *a naturæ* (uti legitur in quibusdam exemplis) *munere*.' Harl.—15 *Statuere monuit, ut ubi* Ald. τὸ *ut* etiam habent in uncis inclusum Schott. Gaesb. Delph. Pitisc.—16 *Claræ virtutis* Ald. cum vulgatis ante Schott.—17 *Grave pondus* Ald. cum vulgatis ante Schott. Tum *benigni principes* iidem prob. Schott. *principium* Leid. 2.—18 Τῷ *quidem* caret Ald. qui mox *curiose* legit, et infra

NOTÆ

[a] *Habuitque a natura* [*naturæ*] *munere*] Mss. et Veronens. ed. *Habuitque a natura, quod Augustus a philosophiæ doctore;* relegata voce, 'didicerat.' Quæ neque apud Paulum Diaconum comparet; apud eum tamen legitur 'a naturæ munere.' Quare non temere damnandum. In Floriac. codice, *Quod Augustus a philosophiæ doctore* . . . . Unde suspicabatur Schottus deesse nomen Athenodori, qui hoc Augusto consilium dedit. Sed illud utique non prætermisisset Paulus Diaconus, si temporibus suis ita scriptum invenisset.

[b] *Raræ*] Vulg. *claræ* inepte.

[c] *Civilem victoriam*] De Maximo.

[d] *A tyranno*] Maximo. Paul. Diacon. 'A tyrannis:' ut Maximus pater et Victor filius intelligantur.

[e] *Benigni principum*] Vulg. *Benigni principes*. Benigni dicuntur liberales; ut contra maligni, parci, sordidi.

[f] *Fundos solerent*] Ait Theodosium multum pondus auri quod a Maximo expensum fuerat, multis de suo reddidisse, cum principes, iique benigni, vix quidem 'fundos nudos et deformata prædia' iis soleant reddere quibus per vim fuerant ademta.

plecti; elegans lætumque convivium dare, non tamen sumtuosum; miscere colloquia [g] pro personis, studia dignitatibus,[h] sermone cum gravitate jucundo: blandus pater, concors maritus. 19. Exercebatur neque ad illecebram,[i] neque ad lassitudinem; ambulationibus magis, cum esset otium, reficiebat animum; ac vescendi continentia valetudinem regebat: sicque in pace, rebus humanis,[k] annum agens quinquagesimum, apud Mediolanum excessit:[l] utramque rempublicam [m] utrisque[n] filiis, id est, Arcadio et Honorio, quietam relinquens. 20. Corpus ejus eodem anno [o] Constantinopolim translatum atque sepultum est.

non tantum sumtuosum. Mox in Ald. non comparet *pro* ante *personis;* et *studio* pro *studia* habent Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. prob. Harl. '*Studio dignitatibus.* Malo, quod est in Mss. Veron. et Aug. *studia dignitatibus:* in quibus libris τὸ *pro* abfuit. Iidem libri veteres *illecebram* vel *inlecebram* scribunt, et edd. *ambulat: magnis.* Post rursum [ut Ald.] *ad vescendi continentiam.* Pro *utrique* Ms. cum Veron. *utrisque filiis.*' Schott.—19 *Illecebras* Ald. Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. Infra *utrisque* sine *filiis* Ald. *Utrique* Schott. Gaesb. Delph. Pitisc. Præterea '*Id est* glossam sapit, nec agnoscitur a Paullo Diacono.' *Harl.*

NOTÆ

[g] *Miscere colloquia*] Quod de Augusto Sueton. cap. 74. 'Cœnam trinis ferculis, aut, cum abundantissime, senis, præbebat, ut non nimio sumtu, ita summa comitate; nam et ad communionem sermonis tacentes, vel summissim fabulantes provocabat.' Idem de Trajano Plinius, 'Non provocas, reddisque sermones?'

[h] *Studia* [*studio*] *dignitatibus*] In Mss. et Veronens. ed. *studia dignitatibus:* quam lectionem amplectitur Schottus. Ego vero alteram seqnor, et Theodosium intelligo colloquia miscuisse pro personis, earumque studio et dignitate. Et ita plane Paul. Diaconus.

[i] *Ad illecebram* [*illecebras*] Vetus cod. *ad illecebram;* sed 'ad illecebras' Paulus Diaconus.

[k] *Rebus humanis*] Junge 'cum excessit rebus humanis.'

[l] *Excessit*] A. U. 1147. Vide supra.

[m] *Utramque remp.*] Romanam et Constantinopolitanam.

[n] *Utrisque* [*utrique*] Mss. cum Veronensi ed. *utrisque filiis.* Et ita Paul. Diaconus qui etiam non agnoscit *id est.*

[o] *Eodem anno*] Post mortem mense octavo.




UNIVERSITY OF MICHIGAN
3 9015 02872 1598

